In Eruditissimi Authoris, & Frontispicii Mentem Divinatio.

1. Phœbus, *Eruditionis (cæltus datæ Lucis) Typus.* Phœbi hic Lucus *omnia ad Eruditionem spectantia, continet.*
2. Phœbigenarũ *proprium, sibi, aliis, prodisse.*
3. Phœbi Comites, *non Scientiæ tantùm & Musæ, sed & Virtutes, & Gratiæ.*
4. Phœbi Arbores, *insignia, communia Principibus, Doctis, & Ducibus.*
5. Phœbi, *& Eruditionis fructus, pretiosi, & immortales.*
6. Phœbo Aquila *ob oculorũ aciem invictam dilecta; Typus tam fortitudinis quàm Doctrinæ Romanæ.*
7. Phœbo Noctua *chara; Typus felicitatis Græcorum, & Doctrinæ, studio vigilantiaque comparatæ.*
8. Phœbi Fontes, *humilior, Grammatices; Sublimior, Parnassi Pegaseius: prior, Janua Scientiarum.*
9. Phœbi Alumnus *ingenuus præfert Fontem purum Sordidis lacunis: & tales gloriâ excitandi sunt, ad studiorũ pensa.*
10. Phœbi Sublimiores *Artes non attinguntur absque solido Grammatices fundamento; ideo post cyathum Laurea porrecta.*
11. Phœbi *dignissimus Palmâ Laureaque Author hic Eruditissimus; qui nulla admittit præcepta Grammatices, nisi illustrium Scriptorum, id est, Fontium, authoritate stabilivantur.*
12. Phœbi Impuberes, *vulgò, præcepta erroribus infecta imbibunt, ut, provecti ætate, insciliam à Scientia discernere nõ potuerint, nisi temporiùs præcavarint, præmoniti.*

1. Phœbe, *tuum licet hìc* Lucum *lustrare? Supernus*
Lustras, Tu illustras Lampade cuncta, tuâ.

2. *Cernis; & ut cernant, aliis das: æmula Patris*
Sic Soboles *tua; quæ discit, & illa docet.*

3. Pieridum *Sacra cura Novem; Septẽ arma* Sororum;
Vincla Trium Charitũ; *quàm tibi, Phœbe, placent?*

4. *Martis, & Artis honos,* Laurus; *Pacisquè beatis*
Palma *favens Studiis; quàm tibi, Phœbe, placent?*

5. *Non vitæ,* Arboribus *nata his, alimenta caducæ;*
Aeterni hinc fructus, Fama, Sophia, Salus.

6. *Quin & avi* Iovis *hìc sedes; ea, Gloria Romæ;*
Lucis amans; spirans ardua; & alta petens.

7. *Quin & Lucifugæ locus hìc? agè, filia Noctis;*
Græciæ ab excubiis Laurea *parta tuis.*

8. Fons *Sacer, ô Salve; Salve ô* Dea, *grammate fulgens;*
Cujus ope hìc Hortos *purior* Vnda *rigat.*

9. *Macte,* Puer *docilis; cui,* Palma, *hinc* Laurea, *calcar:*
Dulciùs ex ipso hoc Fonte bibentur Aquæ:

10. *Altior, hinc, Genios altos manet* Hippocrene;
Nemo, nisi hoc humili, scandit in alta, gradu.

11. *Quicquid & hoc humile est,* Phœbæis Fontibus *Ex-*(*thor*
Hausit; nec cæcùm somnia promit iners.

12. Grex tener, *impuros* Latices *fuge; conspicis angues?*
Tutiùs ex ipso Fonte bibentur Aquæ.

GEORGIVS BARKHAMIUS
è Collegio S. *Joan. Baptistæ Oxon.* Generos.

In Eruditissimi Authoris, & Frontispicii Mentem Divinatio.

1. Phœbus, *Eruditionis (cæltus datæ Lucis) Typus.* Phœbi hic Lucus *omnia ad Eruditionem spectantia, continet.*
2. Phœbigenarũ *proprium, sibi, aliis, prodisse.*
3. Phœbi Comites, *non Scientiæ tantùm & Musæ, sed & Virtutes, & Gratiæ.*
4. Phœbi Arbores, *insignia, communia Principibus, Doctis, & Ducibus.*
5. Phœbi, *& Eruditionis fructus, pretiosi, & immortales.*
6. Phœbo Aquila *ob oculorũ aciem invictam dilecta; Typus tam fortitudinis quàm Doctrinæ Romanæ.*
7. Phœbo Noctua *chara; Typus felicitatis Græcorum, & Doctrinæ, studio vigilantiaque comparatæ.*
8. Phœbi Fontes, *humilior, Grammatices; Sublimior, Parnassi Pegaseius: prior, Janua Scientiarum.*
9. Phœbi Alumnus *ingenuus præfert Fontem purum Sordidis lacunis: & tales gloriâ excitandi sunt, ad studiorũ pensa.*
10. Phœbi Sublimiores *Artes non attinguntur absque solido Grammatices fundamento; ideo post cyathum Laurea porrecta.*
11. Phœbi *dignissimus Palmâ Laureaque Author hic Eruditissimus; qui nulla admittit præcepta Grammatices, nisi illustrium Scriptorum, id est, Fontium, authoritate stabilivantur.*
12. Phœbi Impuberes, *vulgò, præcepta erroribus infecta imbibunt, ut, provecti ætate, insciliam à Scientia discernere nõ potuerint, nisi temporiùs præcavarint, præmoniti.*

1. Phœbe, *tuum licet hìc* Lucum *lustrare? Supernus*
Lustras, Tu illustras Lampade cuncta, tuâ.

2. *Cernis; & ut cernant, aliis das: æmula Patris*
Sic Soboles *tua; quæ discit, & illa docet.*

3. Pieridum *Sacra cura Novem; Septẽ arma* Sororum;
Vincla Trium Charitũ; *quàm tibi, Phœbe, placent?*

4. *Martis, & Artis honos,* Laurus; *Pacisquè beatis*
Palma *favens Studiis; quàm tibi, Phœbe, placent?*

5. *Non vitæ,* Arboribus *nata his, alimenta caducæ;*
Aeterni hinc fructus, Fama, Sophia, Salus.

6. *Quin & avi* Iovis *hìc sedes; ea, Gloria Romæ;*
Lucis amans; spirans ardua; & alta petens.

7. *Quin & Lucifugæ locus hìc? agè, filia Noctis;*
Græciæ ab excubiis Laurea *parta tuis.*

8. Fons *Sacer, ô Salve; Salve ô* Dea, *grammate fulgens;*
Cujus ope hìc Hortos *purior* Vnda *rigat.*

9. *Macte,* Puer *docilis; cui,* Palma, *hinc* Laurea, *calcar:*
Dulciùs ex ipso hoc Fonte bibentur Aquæ:

10. *Altior, hinc, Genios altos manet* Hippocrene;
Nemo, nisi hoc humili, scandit in alta, gradu.

11. *Quicquid & hoc humile est,* Phœbæis Fontibus *Ex-*(*thor*
Hausit; nec cæcùm somnia promit iners.

12. Grex tener, *impuros* Latices *fuge; conspicis angues?*
Tutiùs ex ipso Fonte bibentur Aquæ.

GEORGIVS BARKHAMIUS
è Collegio S. *Joan. Baptistæ Oxon.* Generos.


PARALIPOMENA
Orthographiæ, Etymologiæ, Prosodiæ: vnà cum
Scholijs m-11-22
Ad Canones, de Genere Substantivorũ, de Anomalis,
Præterito et Supinis Verborũ, Syntaxi, Carminũ
ratione, et Figuris.
Ex optimis Authoribus, et Grammaticorũ
Coryphæis, collecta et asserta.
In 4. libros distributa.
Studio et industria
Joannis Danesij
Dulcia ex ipso Fonte bibuntur aquæ.
Iohn Droeshout
fecit
Londinij Typis T. L. Impensis Ph: Stephanii & Ch: Meredithij Sub
aureo Leone in Cæmeterio Paulino. 1639.



1558.97

PARALIPOMENA ORTHOGRAPHIAE, ETYMOLOGIAE, PROSODIAE, VNA CVM SCHOLIIS AD CANONES, DE GENERE SVBSTANTIVORVM, DE ANOMALIS, PRÆTERITO ET SVPINIS VERBORVM, SYNTAXI, CARMINVM RATIONE, ET FIGVRIS.

m-11-22

EX OPTIMIS AVTHORIBVS, ET GRAMMATICORVM CORYPHÆIS, COLLECTA ET ASSERTA.

In quatuor libros distributa. Studio & industria JOANNIS DANESII.

BIBL. CANT. ACAD.

Londini Typis *I. L.* Impensis PH. STEPHANI et CH. MEREDITH sub aureo Leone in Cœmeterio Paulino. 1638.

~~11-68-67~~
75-5108

REVERENDO
ET
AMPLISSIMO VIRO,
DOMINO JOANNI BARKHAMIO,

Sacræ Theologiæ Doctori, Decano *Bockingæ*, *Essexiâ*; quâ Pietate, quâ Prudentiâ, quâ Eruditione, præstantissimo; Mæcenati suo summâ observantiâ colendo.

Singularia tua in me merita, V. A. quibus arctissimo obsequii nexu, Humanitati, Benignitatique tuæ in perpetuum astrictus teneor, jure exigunt, ut operam meam omnem, & meipsum totum Prudentiæ tuæ ductui committere debeam. Non enim humanæ, sed divinæ cujusdam naturæ

turæ eſſe videtur, quòd contra morem horum temporum, hominumq; tui loci, & dignitatis, ſic te demittas ad conſulendum homini mei ordinis: qui, ut nullo antea officio benevolentiam tuam ſum promeritus; ita tantùm abſum, ut eam unquam compenſandi ſpem concipiam, ut & gratias agendi facultatem mihi deeſſe videam. Quum igitur tibi (cui non ſolùm debeo quæ poſſum, ſed & ea quoque quæ non poſſum,) pro egregia illa tua Rei literariæ provehendæ cura, viſum eſt hanc mihi negotioſam imponere Provinciam, officii mei eſſe duxi, ſtudia, animum, cogitationeſque omnes in hoc defigere, ut, ſiquo modo fieri poßit, gratitudinem meam D. T. in ea exornanda teſtatam facerem. Subeſt autem & altera non diſſimulanda cauſa. Dolebam ſanè, & indignabar, à tempore diſertiſſimi noſtri Linacri, cujus Emendata Structura ad barbariem expellendam non parùm contulit, ad hunc uſque diem extitiſſe neminem è noſtratibus, cui res Grammatica curæ. Grammatices (inquam) Methodicæ; nam in altera parte, quæ ἐξηγητικὴ dicitur, D. Tho. Farnabius utilem navavit operam. Cui autem non mirum videatur,

Thomas Linacer Anglus, Henrico octavo Medicus, libros ſcripſit de Emendata Structura, adprimè elegantes.

deatur, quòd in hac nostra ætate, ut virorum doctissimorum feracissimâ, ita scribendi prurigine plùs nimio laborante, prodierit nemo, qui Arti tam insigniter necessariæ, (quam apud nos medicinâ egere, eâque non invalidâ fatentur, queruntur omnes, nisi qui defecti planè judicii, meroque meridie caligant) medicam adhiberet manum? Sed in promptu est ratio; nulla huic Arti gloria, honor nullus. Ea enim est vulgi de hac opinio, quòd neminem profiteri putant, nisi qui propter ingenii tenuitatem ad altiora nequit aspirare: quodq; aiunt, in Græcis artificibus Eos auletas esse qui citharœdi fieri non potuerint. *Nec* Vulgus *solum, sed quod verè olim observavit Ludovicus* Vives*, Nonnulli qui viriles admodum viros existimari se cupiunt, Grammaticam contemnunt, quòd pueris tradi sit solita. *Imo, ideo despicatui habent, quia non nôrunt, nec nôsse cupiunt, quia magnum hæc res postulat studium, & industriam. Nec enim* Grammaticus *esse potest, qui non sit multæ lectionis, in omnibus tam* Poetis *quàm* Oratoribus, *cæterisq; probè versatus. At hi boni viri, ne suam prodant ignorantiam,*

*Quintil. in Præmio Institut. Procul hæc ab ostentatione, ut operum fastigia delitiantur, latent fundamenta.

*Cicero pro Murœna.

*Lib. 2. de caus. corruptarum Artium.

*Quintill. l. c. 4. Nec Poetas legisse satis est, excutiendum omne scriptorũ genus.

aut parte aliquâ manci existimentur, id contemnere præ se ferunt, quod non habent. Pulchrè horum ingenium depinxit Vives. Oderunt magis hanc disciplinam, quia ignotam sibi, quam contemnunt tanquam vilem, aut se indignam. Sed ne odisse existimentur, contemptum, aut negligentiam præ se ostendunt, tanquam eam pro nihilo ducant, curâ rerum præstantiorum occupati. *Excidit nimirum istis illud Philonis,* Ἀμήχανον τὰ μεγάλα πρὸ τῶν μικρῶν παιδευθῆναι· *et minora hæc si negligantur, majoribus non esse locum. Et certè, si res, ut jam cœpit ire, longiùs processerit, verendum ne brevi in veterem relabamur barbariem; dum pauci admodum reperiantur, qui oleum & operam, scientes, lubentes perdere volunt, nihil inde præter contemptum lucraturi. At longè aliud Quintiliani, Erasmi, Politiani, Lipsii, Scaligeri, aliorumque summorum virorum judicium, quì huic Arti eam subtilitatem inesse judicant,* quæ altissimam eruditionem, ac scientiam exercere possit. *Hinc, Philosophorum maximus* Aristoteles, Genera & Affectus *primorum elementorum literis mandavit,* Nomina,

Lib. 2. de caus. corruptarum Artium.

Quintil. in Proœmio Institut.

Quintil. l. 1. c. 5.

Quintil. l. 1. c. 6.

&

& Conſtructiones *tradidit*; & *Imperatorum doctiſſimus* Julius Cæſar, *inter tumultus bellicos libros ſcripſit ad* Ciceronem *de* Analogia. *Vt* Varronem, Meſſalam Corvinum, *alioſque majorum, & minorum gentium, taceam, cum generis ſplendore, tum ingenii dexteritate, & doctrinæ celebritate adprimè Nobiles. Ingenteſque olim Romæ Grammaticorum mercedes, pretiaque fuiſſe docet Suetonius in libro de* Illuſtribus Gram- Cap. 3.
maticis. *Et quidem affulget jam nova, meliorque ſpes, ſi Eminentiſſimo Archipræſuli Cantuarienſi, magno tam Eccleſiæ, quàm Reipub. literariæ Præſidio, vitam diuturnam (quod vovent ſperantque pij doctique omnes) largiatur propitius nobis Deus; futurum, ut antiquus, ſuuſq; nitor Literis reſtituatur. Sed quò me non ſentientem ab inſtituto abripit affectus?* Αυδάδεις *iſtos ſupercilioſos, quibus nihil, niſi quod ſuum, pulchrum,* φιλαυτίαν *ſuæ relinquo; & ad te, vir ornatiſſime, qui meliori fictus es luto, nec ignoras*

—— quid diſtent æra lupinis,

redeo, ſupplexque peto, ut quemadmodum mihi hujus operis ſuſcipiendi autor ſuaſorque

fueris, meque huc usque consilio, & benignitate tuâ juvare non desisti: ita hunc Librum, multis nominibus tibi debitum, sub Nominis tui tutelâ, quo à virulento maligni livoris dente Autoritatis tuæ scuto protegatur, exire digneris. Nemo enim est, qui Te, hoc est, summam Eruditionem, castigatissimum Iudicium, singularem Prudentiam, divinas Virtutes, locumq; quem apud omnes bonos, doctosq; viros tenes, cognitum habuerit, qui non verebitur oblatrare ei, cui te Patronum esse viderit. Deus Opt. Max. pro immensâ suâ bonitate. D.T. Ecclesiæ, Literisq; quàm diutissimè servet incolumem. Ita vovet

R. T. D.

Devinctissimus et
Deditissimus,

JOANNES DANESIUS.

Benevolo Lectori.

EQuis de Arte Grammatica poſt Voſſium? Strenuè quidē ille Atlas Grammaticum hoc cœlum ſuffulcit: ſed abſolutæ, aliquot antè annis, hæ noſtræ Lucubrationes, iiſque, ex conſilio Horatii, otium domi datum, quàm publici is juris factus, aut lucem aſpexerit, aut ego illum. Quem multâ curâ diu quæſitum, tandem utendum accepi beneficio candidiſsimi, reconditioriſque literaturæ viri D. Gulielmi Delli, Reverendiſsimo Domino Cant. ab Epiſtolis. Perlecto, ſeriò gaudebam, virum tam magni nominis, in omnibus penè mecum ſentire eôque magis, quod Dogmatum ſuorum plurimùm teſtes laudet fide dignos. Quum vulgo Grammaticorū nihil magis ſolenne, quàm nuda ſua Placita nobis obtrudere, nullumque adferre ſententiæ ſuæ aſſertorem, tanquā ipſorum autoritas Lectoribus Minervæ ſit calculus. Hoc expertus dico; quum enim decem plùs minùs abhinc annis, Vir ſummus, mihi non ſine honore nominandus, Antiquitatis univerſæ ſcientiâ inſignis, omnique Literarum genere verſatiſsimus, Dominus Dr. Barkhamius, qui omnes curas, & cogitationes ad Rei Literariæ propagationem intendit, hoc mihi onus impoſuit, ut Grammaticæ ad Pueritiam Noſtratium imbuendam præſtitutæ, quæ vulgò aſcribitur Lilio (licèt minima illius pars eum habeat autorem) * Manum medicam admoverem: Grammaticorum tam antiquorum, quàm neotericorum proceres

— Nonum prematur in annum. Horat. Art. Poet.

* Canones ſcil. de Genere Subſtantivorum, & de Præterito, & Supinis Verborum (Rudimenta ſiquidem Anglicana Joann. Coleto Decano Divi Pauli. Heteroclita Robin ſino; Syntaxis Eraſmi; aliaq. e aliis debentur.)

proceres omnes, quos prece, pretiove parare potui, in consilium adhibui. Vtque illos multùm inter se dissidentes, meque eorum operâ, ultro citroque inter dubitationis Symplegades jactatum sensi, iis paulisper sepositis, ipsos fontes, classicos, scilicet, Autores, adii. In quibus perlegendis, cum Analogiâ, tum Anomaliâ, summâ qua potui diligentiâ, observatâ, ad Grammaticos meos redii, illorum Præcepta ad usum purioris Latinitatis Scriptorum, tanquam ad Lydium lapidem adfricturus. Ita tandem ipsum opus aggressus sum, eique absoluto nomen inditum, Lux Lilio. Sed quòd in eo brevitati, captuique Pueritiæ inserviendum, ne, dum Lucem promitto, tenebras tenellæ ætati offunderem, aliud, grandiusque opus necessariò emittendum fuit: ut quæ in altero strictim compegimus, in hoc fusiùs, uberiùsque explanari, asserique possent. Habes jam, benevole Lector, quid operi huic nostro vitam dederit. In quo, prima cura, optimorum Autorum usu stabilire, quicquid in minore isto præceptum; χαλεπὸν γὰρ μὴ παραδείγματι χρώμενον, ἱκανῶς ἐκδίκνυσθαι. In re quidem Grammaticâ, quæ * exemplo solo nititur, non ratione, prorsus ἀδύνατον. Res quidem illa magnæ difficultatis, & industriæ, sed nullum laborem recusandum putavi, quo publico inservirem commodo. Et ut Scholia ad Canonas statim citra ullam moram, aut indaginem reperiantur, ipsum Canonem Scholiis perpetuo præfiximus; in Syntaxi figuras etiam Arithmeticas, iis respondentes, quæ habentur in Lnce Liliana: quas ibi hac ipsa de causa apposuimus, ut instar Mercurii Euhodii viam compendiariam ad Notas nostras monstrent. Et quia omnis fere structura, qua ab usitata loquendi forma receditur, non est Romanæ consuetudinis, sed Græcæ, ex qua Latinus sermo magnâ parte conflatus est (quum enim

Quintil. l. 1. c. 9. Non enim cum primum fingerentur homines, Analogia demissa cœlo formam loquendi dedit, sed inventa est postquam loquebantur, & notatum in sermone quid quo modo caderet; itaque non ratione nititur, sed exemplo: nec lex est loquendi, sed observatio, ut ipsam analogiam nulla res alia fecerit, quam consuetudo.

enim omnes ingenuas Artes, & Disciplinas à Græcis habuerunt, dum Græcis Literis studuerunt, difficile fuit eorum loquendi modum interdum non sequi, hanc ob causam operæ pretium duxi, Græcorum *etiam testimonia adducere, quos* Latini *in illis* παρὰ πάντα *imitati sunt. Hoc, opinor, affirmare licebit, nihil me attulisse, quo à Grammatico aliquo melioris notæ dissentio, quod non validâ ratione, aut idonei alicujus Autoris testimonio confirmaverim. Et hac quidem in parte maximè desudavi. Secunda autem cura fuit, ut aliquid adiicerem, quod & provectioribus esset usui. Quod an satis feliciter præstiterim, candidi Lectoris judicio permitto. Quem oratum etiam atque etiam velim, ut si quid me ex festinatione, aut lapsu humano fefellerit, aut fugerit, benignè ignoscat, & amicè moneat; quem habebit, & dirigenti auscultantem, & gratè agnoscentem per quem profecero*

Dat. ex Ædibus
Lambethanis
Martii 31.
1638.

Imprimatur.

GUIL. BRAY.

LIBER PRIMVS.

DE ORTHOGRAPHIA ET ETYMOLOGIA.

CAPVT PRIMVM.

DE GRAMMATICA ET EJVS PARTIBVS.

GRammatica eſt benè loquendi ars. Addunt alii & ſcribendi, ſed perperam, cum ſcriptio accidat loquelæ, Sola autem eſſentialia ingrediuntur definitionem. Nomen habet ἀπὸ τῶν γραμμάτων literis; Latinè Literaturam vocari docet Quintilianus, l. 2. c. 1. Convenit igitur nomen propriè Orthographiæ ſoli, ſed Synecdochicè toti tribuitur Arti. *Grammatica quid, & unde nomen.*

Conſtat autem hanc artem initium ſumpſiſſe à cognitione Literarum, quam qui docebant dicebantur *Camerarius de arte Grammaticæ.*

Aristoteles Topic. 6.

bantur γραμμάτων; olim enim, ubi lingua vernacula fuit, solum legere discebant, & scribere: unde *Aristoteles* definit Grammaticam, ἐπιστήμην τοῦ γράφειν, καὶ τοῦ ἀναγνῶναι, scientiam scribendi & legendi; usu enim sermonem vernaculum consequimur, artem præceptis.

Grammaticæ, finis, media, subjectum.

Hujus finis est bene loqui: media quæ ad hunc finem ducunt, sunt Regulæ classicorum Scriptorum usu fundatæ: Subjectum *Dictiones* quatenus faciunt ad emendatam structuram.

Grammaticæ partes.

Cum autem *Oratio* constet ex dictionibus, *Dictio* ex syllabis, *syllaba* ex Literis, hinc 4 partes Grammaticæ, Orthographia sive Orthoepia, quæ circa *Literas*; Prosodia, quæ circa *Syllabas*; Etymologia sive Analogia, quæ circa singulas *Dictiones*; Syntaxis quæ circa voces conjunctas versatur. Quarum tres priores continent Prægnita, Syntaxis rem ipsam aggreditur. Postulat igitur Naturæ ordo, ut primo loco de Orthographiâ, secundo de Prosodiâ, deinde de Etymologiâ, & Syntaxi ageretur. Sed quia à facilioribus incipere discentibus, præsertim pueris, non modò utile, sed pene necessarium: Prosodiam in ultimum locum rejecimus; incedere enim priùs discendum, quàm saltare; & loqui, quàm canere.

Grammatica Simplex, & Figurata.

Unaquæq; harum partium est, Simplex, & Figurata. *Simplex*, quæ communem loquendi rationem sequitur: *Figurata*, quæ ab hac recedit. Orthographia *simplex*, seculum; *Figurata* seclum. Etymologia *simplex*, Paridem; *Figurata* Parida, Syntaxis *simplex*, *pars secat*; *Figurata*, *pars secant*, Prosodia *simplex*, *evolvisse*; *Figurata*, *evolüisse*. Priùs de *Simplice*, dein de *Figuratâ* dicemus, σύνθεσιν.

CAP.

CAP. II.

De Orthographiâ, ſive Orthoepiâ, ubi de Literis, & earum Affectibus; Figura, Nomine, Poteſtate.

ORthographia eſt quæ *Literarum* Naturam, & Affectiones docet, quæ Orthoepia potius dicenda, quia loquela prior ſcriptione, quæ ſermoni accidit. *Orthographia, melius Orthoepia.*

Litera (definiente *Scaligero*) eſt pars dictionis indiviſibilis, i. e. minima pars in quam *Dictio* reſolvi poteſt. Quæ definitio, ut optimè convenit Literæ, in iis *Dictionibus* quæ pluribus conſtant Literis, ita fallit in iis quæ unicâ conſtituuntur, in quibus Litera non eſt *pars* dictionis, ſed tota dictio; ut *à fratre, è foro, i intro, ô clementia!*; in his *Litera* meliùs definitur, Vox articulata individua. *Litera quid* Scaliger *de cauſ. L. L. l. c. 5.*

Vocantur Literæ etiam Elementa; quaſi prima orationis principia, quòd ex iis omnis Dictio conſtet, ſicut ex quatuor elementis omne corpus miſtum. Differunt, ut Græcis στοιχεῖον & γράμμα. Litera enim characteris, Elementum elocutionis nomen, hìc promiſcuè uſurpantur. Dictæ autem Literæ, vel à *lineaturâ* per Syncopen, vel a Supino *litum*, vel a Græco λιτὸς *tenuis*, quia tenues lineolæ. Voſſius. *l. 1. c. 8.* *Differentiâ literæ & elementi.* *Priſcianus l. 1.* *Litera unde.*

In *Literis* conſideranda, *Figura, Nomen, Poteſtas, Ordo.*

Figura eſt forma literarum, quâ pinguntur; hinc, quæ ducuntur lineâ rectâ, dicuntur *junceæ*; quæ obliquâ, vel curvâ, *ventricoſæ*, ſive *hydropicæ*; 1. *Figura quid. Hanc Latini à Græcis ſumpſerunt.*

quæ utrâque conſtant, *miſtæ*. *Figuram* Literarum Latini habent a Græcis, in his A. B. E. I. K. M. N. O. T. Y. Z. eâdem manente figurâ: C. & G, ex Γ, D ex Δ, rotundatis. F a *Digamma* Æolico, H ex Η, quod antiquiſſimis Græcis pro ſpiritu denſo, P. ex Π. incurvato, Q. ex C. & V; S. ex Σ. V. ex Υ recisâ virgulâ. X ab antiquo *Sigma* duplicato & obverſo, quod figuram habuit ſemicirculi. Martial. l. 14. epig. 87.

Accipe lunatâ ſcriptum teſtudine Sigma.

In duobus reliquis L. & R. deductio non adeo aperta. ſed L ex Λ inverſo, videtur, & R ex Ρ lineola diducta.

I Vocalis duplici figurâ pingi ſolita.

I *Vocalis*, duplici antiquitùs pingi ſolet figurâ, modò breviore, in brevibus ſcilicet ſyllabis, ut *pius*, fecit; modò longiore, cum videlicet ſonaret *ei*, aut poneretur pro duobus *ii*. ut PIſo, DIs, pro *Diis*. Reperitur etiam interdum in ſyllabis ancipitis naturæ, ut *ſibi*, imò & brevis, ut *ſine*: ſed ratio eſt, quòd & hæc per *ei* ſcripta.

Literæ Majuſculæ, & Minuſculæ.

Ratione *Quantitatis* hujus figuræ, Literæ dicuntur, vel *Majuſculæ*, quæ majoribus pinguntur characteribus (quales apud antiquiſſimos tantum in uſu) ut A. B. C. vel *Minuſculæ*, quæ minoribus, ut a. b. c.

Majuſculis ſcribuntur *Principia* ſententiarum, *Propria* Nomina, initia *Verſuum*, nomina *Artium*, *Officiorum*, & *Dignitatum*.

Hæ cum ſolæ, ac paucæ ſcribuntur, aliquando ſignificant Dictiones integras, quæ ab his incipiunt, ut, A. Aulus. C. Cajus. D. Decius, S. P. Q. R. *Senatus Populuſque Romanus*, T. C. *Tua clementia*, &c. Aliquando *Numerum*; ut I, *unum*, V. *quinque*, X *decem*,

X *decem*, L *quinquaginta*, C. *centum*, D. vel IↃ *quinginta*. M vel CIↃ *mille*, IↃↃ *quinque millia*, CCIↃↃ *decem millia*, &c. Cum minor Numerus majorem præcedit, eum minuit, quantùm minor valet, ut IV. *quatuor*, IX *novem*, XL *quadraginta* XC *nonaginta*, CD. *quadringinta*.

Nomen eſt propria cujuſque Literæ appellatio, ut a,be,ce,de,e,ef,ge, ha,i, ka,el, em,en,o,pe,qu, er,es, te, ix, duæ reliquæ, y, & z. propterea quòd non niſi in Græcis vocibus occurrunt, neque *Figuram*, neque *Nomen* mutent, Quibus adde j & v *conſonas*, quarum uſus & nomen ab Hebræis *jod*. & *vau*; nam has pro *conſonis* Græci non admittunt. *Aeolibus* quidem eſt ſuum *Digamma* F. a figura, gemino ſcilicet *Gamma*, ita appellatum, a ſono autem Vau, teſte Priſciano, l. 1. ubi ait, v loco conſonantis poſita, eandem prorſus in omnibus vim habuit apud Latinos, quam apud Aeoles habuit olim *Digamma*. i. e. vau, ab ipſius voce profectum, teſte Varrone, & Didymo, qui id ei nomen eſſe oſtendunt. Conſonans autem v. ævo Claudiano characterem habuit F, inverſi, ut *ampliaꟻit*.

2. *Nomen literarum.*

j. *Et v conſonne.*

v *Conſonæ hanc figuram aſſignavit Claudius.*

Quint. l. 1. c. 12

Priſcian. l. 1.

Martianus Capella l. 3.

K, &, C. eadem prorſus Litera, licèt diverſo charactere, nec in Græcis tantùm, ut *kalendis*, & quibuſdam aliis *Propriis* (ut vulgo creditum) ſurpârunt, ſed in merè Latinis, ut in *kapitolium*, *kandidatus*, *kardo*, &c. imò ea quæ a Græcis accipiunt, per c ſcribunt non k, ut *Cupreſſus*, *Cyclops*, *Cygnus*, & innumera alia, Subſcribendum ergo Priſciano, l. 1. k quidem penitùs ſupervacua eſt; nulla enim ratio videtur, cur, A ſequente, k ſcribi debeat; *Carthago* enim & *Caput*, ſive per c. ſive per k, ſcribantur, nullam faciunt nec in *ſono*, nec in *poteſtate*,

k *Litera eadem cum c.*

Quintil. l. 1. c. 12.

ejuſdem conſonantis differentiam. Alij Q. etiam è numero literarum eximunt, eandemque volunt eſſe Literam, c. k. & q. quod etſi magnos viros fautores habeat, & ſpecioſis nitatur rationibus, ſtatuere tamen non auſim.

[a] *Priſcianus, l. 1. Voſſius, l. 1. c. 18.*

Literæ quot. x. & z. propriè non literæ, ſed literarum compendium.

Literæ itaque ſunt 22. a,b,c,d,e,f,g,i,l,m,n,o, p,q,r,ſ,t,u,x, z. j. v. ex quibus x & z. non tam *literæ*, quam *literarum compendium* eſſe videntur; certè non competit iis Literæ definitio, cum x in *cs*, z in *ds* reſolvitur: quod autem duas in ſe continet Literas, non eſt pars *dictionis* minima, & individua.

Vocales, quot & quare ita dictæ.

Dividuntur hæ *Literæ* in *Vocales* & *Conſonas*. Vocales 5. a,e,i,o,u, quæ ita vocantur, quod per ſe ſyllabam poſſunt efficere, reliquæ ſunt conſonæ.

Conſona quid.

Conſonans eſt *Litera*, quæ non niſi cum *Vocali* aliquâ ſonat, hoc eſt, ſyllabam conſtituit; eſt enim *Vocalis* conſonæ, quod *Anima Corpori*; ſicut enim hæc & per ſe movetur, & Corpus unà movet, ita *Vocalis* & per ſe movetur, i.e. ſyllabam ſonúmque conſtituit, & ſecum *Conſonas* movet, quæ ſine eâ ſunt immobiles, i. e. nullam efficiunt ſyllabam ſonumvè.

Mutæ quot. Quando j & v. conſonæ habendæ.

Conſonæ, ſunt *Mutæ*, vel *Semivocales*. *Mutæ* ſunt decem, b,c,d,f,g,p,q,t. j. v. Sunt autem j & v, *conſonæ*, quando *Vocali* in eadem ſyllabâ præponuntur, ut *janua, jecur, conjicio, jocus, judex*; *vates, vetus, vita, vox, vultus*; quæ ſuis diſtinguendæ characteribus, ab i & u vocalibus. Dicuntur *Mutæ*, non quòd omni ſono careant, ſed [b] quòd per ſe ſine adminiculo Vocalium non poſſunt enunciari.

Mutæ cur dictæ.

[b] *Diomedes, l 2. f Muta.*

Omnes *Mutæ* dum pronunciantur, in ſe incipientes,

entes, in e desinunt, (ut be, ce,) præter q. quod in u, & f, quod more *Semivocalium* ab e incipiens in se terminatur; quâ de causâ a [c] nonnullis inter *Semivocales* numeratur. Sed verior videtur sententia Prisciani, [d] qui docet *Mutam* esse, tum quod Φ succesſit, ut Φήμη fama, Φίγη fuga, tum quod in eo nulla dictio terminetur, quod adeò *Semivocalibus* proprium, ut apud Græcos omnes dictiones, vel in *Vocalibus* vel *Semivocalibus* desinunt, & apud Latinos pleræque: certè nulla est *Semivocalis*, quæ dictionem non claudat, præter z *Græcum*, quod non propriè Litera, uti prius ostensum. Adde quod non minùs quàm reliquæ *Mutæ* sequente l. vel r. syllabam facit ancipitem. Virg. Æneid. 2.

Nec prius amissam respexi, animumque reflexi.

Horatius, l. 1. Sat. 4.

Belli ferratos postes, portasque refregit.

[c] *Probus, Capella, Diomedes Victorinus.*
[d] *Priscianus, l. 1.*

Semivocales septem, l, m, n, r, f, x, z, quæ ita dicuntur, quòd dimidium ejus *potestatis* habent, quam *Vocales*; & hæ omnes ab e incipientes, in se desinunt; Ex quibus quatuor vocantur etiam *Liquidæ*, l, m, n, r. vel quia liquescunt sono molliori, vel quia post *Mutas* positæ in eâdem syllabâ, syllabam præcedentem constituunt liquidam i. e. fluxam & ancipitem, m, & n, nonnisi in Græcis, ut *Tecmessa, Progne*, l, & r etiam in Latinis.

Semivocales quot, & unde dictæ. Diomedes. l. 2.
Liquidæ quæ, & quare ita appellatæ.

Dicuntur etiam *Immutabiles*, quòd Dictionem terminantes, in obliquis *Imparisyllabicorum* non mutentur, quod aliis rarò accidit, ut sol, solis, delphin, delphinis, vir, viri.

Eadem immutabiles dictæ, & quare.

S. suæ *potestatis* Litera, quæ interdum etiam apud Veteres liquescit, quod posteà apparebit, ubi de Carminum ratione acturi sumus.

S. monodicon.

Consonæ duplices, quæ. cur ita dictæ.

X, & z duplices sunt *consonæ*, atque etiam i. in medio dictionis inter duas Vocales, quarum altera syllabam præcedentem claudit, altera ipsam i, quæ sequentem syllabam inchoat, immediatè sequitur, ut *major*. Dicuntur autem *duplices*, quia duarum *consonantium* vim habent; x enim valet,

x valet cs.

cs, quomodo antiquissimi etiam scripserunt; dicsit, pro dixit. Sic *Aeoles*, à quibus Latini plurima sumpserunt, caruerunt ꝛ, cujus loco scripserunt,

Diomedes. l. 2. Priscian. l. 1. Jovianus de aspiratione, & alii. Plutarchus in Quæst. Rom.

κσ, ut, κόραξ pro κόρακς; x autem non modo valere *cs*, sed & *gs*, asserunt summi Grammatici, tam antiqui, quam recentiores: idque ex obliquis constare volunt. Ita *Rex*, pro *regs*, quia *genitivus*, *Regis*; ut *pax* pro *pacs* quia *genitivus*, pacis; sed c in g facile transit, uti ex *nec* & *lego* fit *negligo*; adde quod veteres g non habuerunt, sed ejus loco semper c scripserunt, quod à Plutarcho docemur, καὶ γὰρ τὸ κ πρὸς τὸ γ συγγενείαν ἐχει παρ' αὐτοῖς, ὁθὲν γὰρ ἐχρήσαντο τῷ γάμμα Καρβιλίῳ Σπυρίῳ προσείρονλος. Etenim c apud eos affine est literæ g, ac ferò g usi sunt, quod à Spurio Carvilio repertum; z ut volunt quidam

z valet ds.

valet ss, ut *patrizo* quasi *patrisso*, sed melius illi qui poni aiunt pro *ds*, ut *gaza*, *gadsa*, tum quia duplex snequit inchoare dictionem, at z sæpe; tum quòd hasce literas valet apud Græcos, licèt inversas, pro ζυγὸς enim Dores dicunt σδύγὸς. Quod autem z incipiat à d, probari potest autoritate Verrii Flacci, referente Velio Longo. Ita enim ille. *Verrio Flacco placet* (x & z) *Mutas esse, quoniam à* Mutis in-

Quintil. l. 1. c. 4. Priscianus, l. 1.

cipiunt, una à c, altera à d. j prodiit ex duplice i, quo more scribebant veteres, ut *maijor*, *peijor*. At j in *bijugæ*, *quadrijugæ*; & ejusmodi *Numeralibus* compositis, vim duarum Consonantium non habet. Virg. Georg. 3.

Martis

Martis equi bijuges, & magni currus Achillis. Et ibidem.

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

In *Dijambus*, ne *Conſona*, quidem ſed *Vocalis*. Quo argumento adducti nonnulli, j *Conſonam* inter duas *Vocales*, duplicem eſſe negant, quodque, extra iſta à *Iugo* deducta, ſemper producatur, id fieri, non quòd duplex ſit *Conſona*, ſed quòd olim per *Diphthongum* ſcribatur, ut *eijus, peijus, maijor*. *Claudius* & aliàm *duplicem* addidit, quam vocavit *Antiſigma*, hac figurâ, ↄc; *ſigma* enim olim ſcribebatur ut Latinum, C. ſed ut ait Priſcianus, *nulli auſi ſunt antiquam ſcripturam mutare*. *Priſcianus. l. 1.*

Y & z in *Græcis* tantùm Dictionibus inveniuntur. *Y. & Z.*

An *h* Litera ſit vel *Aſpirationis nota*, *magna lis* Grammaticis. Valerius Probus. l. 1. c. 1. Diomedes l. 2. Velius Longus, aliique probæ notæ, *Conſonam* eſſe cenſent, licet imbecilliorem; his argumentis, quòd olim Græcis *Litera* fuit; quòd probatum eunt, ex quibuſdam monumentis antiquis, in quibus ſcriptum reperitur, ΗΟΙ, ΗΟΙΣ, ΗΟΔΟΙΣ, pro ὁῖ, ὁῖς, ὁδῷ. ΗΕΡΟΔΟ, pro ἡρόδε. Tum quod Η ſit Græcis nota *Numeri Centenarii*, ex ἑκατὸν, antiquo Ionico, pro ἑκατὸν, ſicut X *Millenarii*, ex χίλια, & Δ *denarii* ex δέκα. At melior ut autoritas ita & ſententia Varronis, Quintiliani, Nigidii, & Priſciani, qui h. è Literarum numero excludunt. In verſu enim vim *Conſonæ* non habet; figuram autem, & morem cum aliis Literis in eâdem ſerie ſcribendi, ab antiquioribus Græcis traxerunt Latini, quibus nota *ſpiritus denſi* tantùm, antequam *ſpiritus lenis* nota ulla inventa. *An H Litera vel Aſpirationis nota.* *Scaliger in Euſebium. p. 192.* *Vide Priſcianum. l. 1.* *Quintilian. l. 1. Sec. 9.* *Gellius, l. 2. c 3.*

Posteri divisérunt, & dexterâ parte Ε *densum spiritum*, sinistrâ Η *tenuem* notabant; tandem, uti hodiè, duæ sunt factæ semilunulæ. Huc, facit illud Athenæi, l. 9. Ὀίμαι δὲ καὶ διὰ τῦ η στοιχείυ τυπώσασθαι, τοὺς παλαιοὺς τὴν δασεῖαν, διόπερ καὶ Ρωμαῖοι πρὸ πάντων τῶν δασυνομένων ἐνομάτων τὸ η προγράφουσι. *Veteres Græcos arbitror η elemento aspirationem formâsse; quamobrem Romani omnibus aspiratis nominibus η præscribunt.* Nec quidem antiquissimos illos Græcos Literam censuisse puto, antequam de medio dictionum textu, in apicem erat rejecta. Ante Simonidis tempora nulla omnino *spiritus* mentio, ne *asperi* quidem: qui primus hanc longam *Vocalem η*, ex duplici majusculo Ε sibi oppositio, excogitavit, ex quâ, ob soni similitudinem, facta est *Aspirationis nota.*

3. *Potestas literæ quid.*

Potestas Literæ, est sonus quo in pronunciando effertur, qua de re consulas Scaligerum de causis L. L. l. 1. c. 8.

C, ante e, i. & y cum sibilo sicut ſ. pronunciari solet, ut cerdo, cicer, cyathus, aliàs sicut k ut calamus, cor, cubitus, credo &c. veteres ubique ut k protulerunt, ut Cicero, Kikero. Rectè quidem illi. Sed quis Hercules immanem illum *Tyrannum Consuetudinem* in gyrum rationis ducat, ut bonis legibus parere discat, quæ cum omnium rerum domina, tum maximè verborum, ut verè olim Sulpitius Apollinaris apud Gellium.

Scaliger. de causis. L. L. l. 1. c. 16 nec non Varro, Priscianus & alii primi nominis. Gellius l. 12. c. 13.

G, etiam duplici sono efferri solet, crassiore, ut *gula*, molliore, ut *genu*, qui apud Hebræos pulchrè per *dages* distinguitur.

Ti sequente *Vocali*, cum sibilo pronunciatur, ut oratio, patientia, nisi in Græcis Dictionibus, ut *politia*, vel initio Dictionis, ut *tiara*, aut in *Infinitivo paragogico*,

paragogico, ut *mittier*, aut denique præcedente ſ, ut *quæſtio, triſtior*. Sed neſcio an hic etiam Tyrannum agit *Conſuetudo*, & ſemper eodem modo pronunciandum ſine ſibilo. Certe optandum, ut ſonus ſcripturam exprimat, & ut ſcriptura ſonum imitetur. Optimè Quintilianus; *Sic ſcribendum quodque judico, quomodo ſonat. Hic enim eſt uſus Literarum, ut cuſtodiant Voces, & velut Depoſitum reddant legentibus, itaque id exprimere debent, quod dicturi ſumus.*

Scaliger. de cauſis. L. L. l. 1. c. 11. Voſſius. l. 1. c. 28 Quintilianus. l. 1. c. 12.

CAP. III.

De Ordine Literarum, quatenus Dictionis partes ſunt: quæ, cuique Syllabæ debeantur.

Ordo literarum in ſyllabâ conſtituendâ.

LIterarum in eâdem ſyllabâ connexio, à Græcis σύϛασις, in diversâ disjunctio διάϛασις dicitur. Syllabæ nomen impoſitum συνεκδοχικῶς; quòd, ut plurimùm, ex pluribus conſtet Literis.

Hanc Priſcianus ſic definit; *Syllaba eſt comprehenſio Literarum, conſequens ſub uno accentu, & uno ſpiritu prolata.* Quâ Definitione excluduntur Vocales *monogrammatæ*, quæ non minùs ſyllabam conſtituunt quam duæ, plurèſve Literæ, ut *a-mo, e-do, i-ta, o-nus, u-nus*. Grammatici, ut mutilam hanc & mancam Definitionem ſuam excuſent, volunt has dici ſyllabas καταχρηϛικῶς. Acutè Scaliger; *Syllaba eſt elementum ſub accentu*, Plenius ita, Eſt vox Literalis, ſive articulata; ſono indiviſa, *Syllaba* enim tam ex pluribus conflata Literis, quàm ex

Priſcian. l. 2. Syllaba, quid.

unâ, ſoni eſt unici. Syllaba, eſt, vel Literæ unius, quæ ſcilicet ex *vocali* ſolâ conſtet, & dicitur μονόφθογγος, ut, e-a, vel plurium Literarum; eáque vel *pura*, ex duabus *Vocalibus*, quæ dicitur λιφθογγος, i. *biſona*, rectiùs *bivocalis*, ut *au-rum*, vel *miſta*, quæ ex *Vocali* & *Conſonâ*, ut *fa-ce-re*.

Diphthongus quid, & quot.

Diphthongus eſt duarum *Vocalium* in unam ſyllabam comprehenſio, ſuntque 5; *æ*, ut *muſæ*, *au*, ut *audio*, *œ* ut *cœlum*, *ei* ut *hei*, *eu*, ut *euge*: quibus [a] alii addunt, *ai* ut *Ajax*. *oi* ut *Troja*, *ui* ut *Harpuia*; ſed alii i. ad ſequentem ſyllabam referunt, ut fit Conſona. Veteres diphthongum *æ* variè ſcribebant: [b] alii, ſemper per *ai*, alii per ai in genitivo, & dativo ſingulari, & in plurali per *æ*. ut hujus & huic *aurai*, hæ *auræ*. *Diphthongus ei* olim frequentiſſimo in uſu, jam penitus exolevit niſi in *Interjectione*, *hei*, imo, inter cæteras *au* tantùm & *eu*, diſtinctum jam a ſimplicibus Vocalibus ſonum retinent, cùm Veteres omnes diphthongos ita efferebant, ut utraque Vocalis audiretur.

[a] *Voſſius, l. 2. c. 2.*

[b] *Quintil. l. 1. c. 22.*

Nota Diæreſeos.

Cum hæ *Vocales* Diphthongum non conſtituunt, ſed diverſas ſyllabas, efficiunt, duobus in apice punctis notantur, quæ *nota Diæreſeos*, ut *Phaëton*.

Syllaba *miſta* fit a duabus Literis ad *ſenas* uſque, ut *ab*, *pro*, *flos*, *ſtans*, *ſtirps*.

Quæ conſonæ in medio dictionis conjungendæ.

Quæ *Conſonæ* in principio alicujus Dictionis conjunguntur, eædem in medio conjungendæ. Hujus generis ſunt *bl*, ut *pu-blicus*; *br* ut *cre-bro*, *cl*, ut *Patro-clus*, *cn*, ut *cy-cnus*, *chn*, ut *ly-chnus*, *cr*, ut *ma-creſco*, *ct*, ut *do-ctus*, *dr*, ut *Co-drus*, *fr*, ut *re-fringo*, *gl*, ut *fi-glina*, *gn*, ut *i-gnis*, *gr*, ut *ni-grum*, *mn* ut *Clyte-mneſtra*, *pſ*. ut *ſcri-pſi*, *pt*, ut *ſcri-ptura*, *ſc* ut *di-ſco*, *ſcl*, ut *A-ſclepiades*, *ſm*, ut *Bapti-ſmus*, *ſp*, ut

pro-

pro-ſper, ſq. ut *qui-ſquiliæ*, ſt. ut *ve-ſter*, ſth, ut *De-mo-ſthenes*, ſtr, ut *ve-ſtri*: quia dicitur *blandus*, *brachium*, *clunis*, *Cneus*, &c. Valet autem hæc Regula in *Simplicibus* tantùm, in *Compoſitis* enim quæque *Conſonantes* parti ſuæ tribuendæ, ut *in-eo*, *ſuſcipio*, *abſ-tineo*. Si *Vocalis* aliqua priore parte elidituꝛ, reliquæ ejus partis Conſonæ cum ſequente Vocali alterius partis conjungendæ, ut *pe-nultima*, non *pen-ultima*, *po-teſt*, non *pot-eſt*. Quæ autem Conſonæ in principio Dictionis non ſociantur, eæ nec in medio ſociandæ, ut *arduus*, *porcus*. Cum eadem Conſonans in medio Dictionis geminatur, altera ad priorem, altera ad ſequentem ſyllabam pertinet, ut, col-lum, an-nus. *Quintil. l. 1. c. 12.*

Si unica Conſona ponatur media inter duas Vocales, poſteriori Vocali, non priori conjungenda, ut *du-co*, & hinc fit quod poſterior ſyllaba in Dictionibus ſimplicibus nunquam incipiat a Vocali, niſi cum prior deſinat in Vocalem, ut *pi-rus*, Si autem Syllaba antecedens terminetur in *Conſonantem*, ſequens neceſſe incipiat à *Conſonantè*, ut *uncus*, *tar-dus*, niſi in *Compoſitis*, ut *ab-utor*, *ab-eo*, *ad-eo*.

Poſt x, ſ, ſcribi non ſolet, quoniam x valet cs, nulla autem *Conſonans*, aliâ *Conſonante* antecedente geminari poteſt, ſine cacophoniâ; & hinc etiam Græci ξ ſequente σ in κ mutant; ut ἐκσασις. Quod ſi ſcribatur, id fit differentiæ causâ, ut *exſorti ab exſors*, ut diſtinguatur ab *exorti*, ab *exortus*, & *exſilis* ab *exſilio* ut diſtinguatur ab *exilis*, i.e. *gracilis*. *Canon ipſe, & ratio Priſciani.*

H præponitur omnibus Vocalibus, ut *hamus*, *herus*, *hiatus*, *homo*, *humus*, *hymnus*, idque ſæpè differentiæ causâ, ut *ara* an *Altar*, *hara* a *ſwineſty*, interdum interponitur ad vitandum hiatum in concurſu. *H quibus præponitur.*

cursu Vocalium, ut *traho, vehemens*, Consonanti verò nulli adjungitur in Latinis Dictionibus. *carus* enim scribendum, non *charus*, *Charitas* autem Græcum ἀπὸ τῆς χάριτος, & *pulcher* vel ἀπολύχειρ *fortis*, Romani enim qui omnia ponebant in fortitudine, eum demùm *bonum*, & *formosum* putârunt, qui esset *fortis*, vel a πολύχρως *multicolor*, *Lacryma* scribendum non *lachryma* a λάκρυα, unde antiqui *dacrymas* dixerunt. At Dictionibus origine Græcis h sæpe adhibetur post c, p, t. ut *Chremes*, *Philippus*, *thalamus*, *nothus*, *thorax*.

Scaliger de causis L. L. l. 1. c. 17.

Quintilian. l. 1. c. 4.

Gellius, l. 2. c. 3.

Ciceronis temporibus, paulúmque infra, s quoties media Vocalium longarum, vel longis subjecta, ferè geminabatur, ut caussæ, cassus, divisiones, quomodo & ipsum Ciceronem, & Virgilium scripsisse, manus eorum docere asserit Quintilianus.

s Post vocalem long geminatum.

Quintil. l. 1. c. 12.

Cum Dictio in fine lineæ dividitur, ita ut una syllaba in priore, altera in sequente linea scribenda, cohærentiæ signo notanda, quod aliquando etiam partes *Vocis compositæ* internectit, & Hyphen seu Syntheſis dicitur, ut *Homero-mastyx*.

Hyphen.

CAP. IIII.

De Sententiarum punctis.

Comma.

PVncta quibus in scribendo utuntur eruditi, sunt *Comma*, ut (,) *Semicolon* ut (;) *Colon*, ut (:) *Periodus* ut (.) *Comma* respirandi tantùm locus, ita ut quod sequitur, continuò succedere debeat. Ovid. *Vtendum est ætate, cito pede præterit ætas: Nec bona tam sequitur, quàm bona prima fuit.*

Semi-

Semicolon, eſt ubi paulo major, quam in *Commate* reſpiratio, nec ad *Colon* tamen accedit, quod locum habet in *contrariis, disjunctis*, & variâ partitione, iiſque omnibus, quæ inter *comma* & *colon* ſunt media. Saluſt. *Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit, aliud clauſum pectore; aliud promptum in linguâ habere; amicitias, inimicitiaſque non ex re; ſed ex commodo æſtimare; magiſque vultum, quàm ingenium bonum habere.* *Semicolon.*

Colon perfectum ſententiæ membrum continet, ut *Cicero. Tuſc.* 2. ut agri non omnes frugiferi ſunt, qui coluntur: ſic animi non omnes culti fructum ferunt. *Colon.*

Periodus ponitur poſt totam ſententiam perfectam, ſic *Comma*, orationem ſuſtinet, *Colon* ſuſpendit, *Periodus* deponit. Hæ notæ a majoribus ideò inventæ, ut & ſpiritus longâ dictione fatigatus vires ſuas per ſpatia diſcreta reſumeret; & oratio, inde magis etiam perſpicua redderetur. Veteres has diſtinctiones unico puncto variè poſito exprimebant. *Comma*, puncto ad imum literæ poſito, ſic, unde a Græcis ὑποστιγμὴ, a Latinis *Subdiſtinctio* dicitur. *Colon*, puncto ad medium Literæ poſito, ſic: unde Græcis μέση στιγμὴ Latinis *Media diſtinctio*. *Periodum*, puncto ad ſummum literæ poſito, ſic. Græcis τελεία στιγμὴ, Latinis *plena*, & *perfecta diſtinctio*. *Semicolon* Veteres non habuerunt, nec inter puncta recenſet Quintilianus. *Periodus.* *Quintilianus, l. 9. c. 4.*

Periodus, quæ ſine ullo *Commate* aut *Colo* perficitur, *ſimplex* dicitur, ut *Mediocria firma*. Quæ pluribus *Commatibus*, ſed unico membro, μονόκωλα, ut Ovid. *Nox, & amor, vinumque nihil moderabile ſuadent*. Quæ duobus membris, δίκωλα, ut Terent.

Iſtuc

Istuc est sapere, non quod ante pedes modò videre: sed etiam illa, quæ futura sunt prospicere. Quæ tribus, τρίκωλον, ut Cicero, *Magna vis Conscientiæ, & magna in utramque partem: ut neque timeant, qui nihil commiserint: & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccârunt.* Quæ quatuor, πεντάκωλον, ut Cicero. *Est enim hæc judices, non scripta; sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus; verùm ex naturâ ipsâ arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti; sed facti: non instituti; sed imbuti sumus.* Quæ pluribus, vitiosa habetur. Græci λόγον διεξοδικὸν, quasi deviationem vocant.

His annumerari solent *Parentheses*, Notæ *Interrogationis*, ac *Exclamationis*.

Parenthesis. *Parenthesis* est sententia duabus semilunulis inclusa, quâ remotâ, sermo tamen manet integer, sic ( ) ut Virg.

Aeneas (neq; enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad naves præmittit Achatē.

Hîc duo observanda, primò, ut sit rara, & brevis; aliter hiulca redditur Oratio, & obscura. Si quando longior fuerit, repetenda post *Parenthesin* verba quæ antecesserunt. Cicero. Philip 2. *Hastâ positâ pro æde Iovis Statoris, bona (miserum me, consumptis enim lacrymis, tamen infixus animo hæret dolor) bona inquam C. Pompei Magni voci acerbissimæ subjecta Præconis.* Secundò, cavendum ne *Parenthesis* alia alii interseratur: quippe quæ confusam omninò reddit orationem: vel saltem inserta illa duobus commatibus non semilunulis notanda; quo modo Veteres quamvis Parenthesin notâsse probabile est.

Inter-

Interrogatio ſignatur duobus punctis ſuperiore ſurſum caudato ſic? *Interrogatio.*

Exclamationis Notâ utimur in *exclamando, admirando, optando,* & ſimilibus, quæ ſic notatur! Virg. *Exclamatio.*

——— *En quo diſcordia cives*
Perduxit miſeros! en quîs conſevimus agros!

Vitia omnia *Orthographiæ, Etymologiæ,* & *Proſodiæ* communi nomine *Barbariſmi* dicuntur. *Barbariſmus* enim eſt, cum quis vel utitur Dictione barbarâ, & parùm Latinâ; vel Dictionem Latinam vitiosè ſcribit, aut pronunciat, ut *ſaulvus* pro *ſalvus, condicio* pro *conditio, juditium* pro *judicium, perla* pro *unione, aviſo* pro *admoneo.* Meminerint hîc Præceptores præcepti optimi magiſtri, *Laborandum imprimis ut vitia, ſi qua ſunt oris, emendentur: ut expreſſa ſint verba, & ſuis quæque literæ ſonis enuncientur.* *Barbariſmus.* *Quintilianus. l. 1. c. 18.*

CAP. V.

De Etymologia.

Etymologia eſt pars Grammaticæ quæ ſingularium partium orationis proprietates explicat. *Etymologiæ quid.*

Partes Orationis ſunt *declinabiles,* vel *indeclinabiles*; declinabiles flectuntur *caſu,* vel *modo*; quæ caſu, vel rem ſignificant *ſine tempore,* ut *Nomen,* & ejus vicarium *Pronomen,* vel, *cum tempore,* ut *Participium. Modo,* inflectitur *Verbum* tantùm, *Indeclinabilium,* alia, quarundam ſignificationi declarandæ inſervit, ut *Adverbium*; Alia, dictiones, aut *Partium Orationis in ſuas claſſes diſtributio.*

Nec plures, nec pauciores esse partes Orationis multis ostenduntur. *Scaliger de caus. L. L. l. 3 c. 72. & Priscianus, l. 2. & 11.* *Quintilianus. l. 1. c. 4.* *Priscian. l. 2.*

sententias conjungit, ut *Conjunctio*; alia, *Nomen Verbo* connectit, & *Præpositio*; alia perturbati animi motum exprimit, ut *Interjectio*. Ex his, *Nomen* & *Verbum* sunt partes magis principales, quibus reliquæ subserviunt, unde *Syncategoremata*, i.e. *Consignificantia* a Dialecticis appellantur. Antiquissimis, tres tantùm Orationis partes, *Nomen*, *Verbum*, *Conjunctio*.

Latinis deest Articulus. *Quintil. l. 1. c. 6.* *Quæ declinantur declinabiles, quæ indeclinabiles.*

Latini non habent *Articulum*, sed ejus loco in inflexione *Nominis* uti solent *Demonstrativo*, *hic*, *hæc*, *hoc*; sed non ad *Individuum*, sed *Genus* duntaxat indicandum Dicuntur *Declinabiles*, quarum ultima syllaba per *casus*, aut *tempora* variatur: *indeclinabiles*, quibus hoc non contingit.

Omnibus partibus Orationis accidunt *Species*, & *Figura*.

Species quid.

Species est quâ disquiritur, *primàne* sit vox aliqua, an aliunde *deducta*, Quæ prima, i. e. à nullo alio descendunt *Primitiva*, Quæ deducta, & aliunde originem trahunt, Derivativa vocantur.

Figura quid.

Figura est quâ disquiritur, utrùm *simplex* vox aliqua sit, an *Composita*? *Simplex* est quæ ex nullis partibus componitur, ut *justus*, *Composita*, quæ duabus, aut pluribus constat, ut *injustus*.

Dictionem ex *tribus* compositam nonnulli, sed perperàm, *Decompositam* vocant, ut *indefessus*, *repercussus*. Prisciano *Decompositum* est, quod à *Compositio* derivatur, ut *magnanimitas* à *magnanimus*. Voces ex Dictionibus diversarum linguarum compositæ, *Hybridæ* appellantur, ut *monoculus*, a *Græco* μόνος & *Latino oculus*.

Omnibus partibus *Declinabilibus* accidunt, *Analogia*, *Anomalia*, *Numerus*, & *Persona*.

Analogia

Analogia est Convenientia Vocis cum communi Regulâ, ut *Magister, magistri, magistro, amo, amavi, amatum.* *Analogia quid.*

Anomalia est Vocis à communi Regulâ deflexio, ut *duo, duæ, duo, duobus, duabus, duobus, seco secas secui, sectum.* Hinc illa *Analoga* dicuntur, hæc *Anomala.* *Anomalia quid.*

Numerus est unius à multis discretio. Estque vel *Singularis*, qui unum, vel *Pluralis*, qui plura significat. *Numerus quid.*

Persona est distinctio ejus qui loquitur, ab eo ad quem, & de quo loquitur; ideóque triplex, *Prima*, quæ loquitur, *Secunda*, ad quam loquimur, *Tertia*, de qua. *Persona quid.*

Lectorem admonitum velim, in tractandis hisce Orationis partibus, tradi hic, difficiliora tantùm illa, quæ quia tenuioribus minùs apta, in *Rudimentis* Anglicanis sunt à nobis omissa. A Grammaticorum autem tricis & scrupis innumeris consultò abstinebimus, iis tantùm observatis, quæ usui sunt, neglectis quæ ad ostentationem faciunt.

CAP. VI.

De Nomine.

Nomen in prædictis Rudimentis, rem significare diximus *sine Tempore*, hoc est, sine adsignificatione *Temporis*; cùm *Verba* & *Participia* propriæ significationi addunt significationem *Temporis*, de quo plura in Participio dicturi sumus. *Nomen.*

In *Definitione itidem Nominis*, quod diximus, *rem significare sine Tempore* addendum esset, *primò*, quo

Nomen distinguitur a Pronomine, quòd primò Nomen respicit, secundò rem significat. Sed duriusculum fortasse illud videri potuit tenellæ ætati, cui illa *Rudimenta* accommodata, quare hîc illud monere satius visum.

Proprii apud Romanos *Nominis*, tria Genera, *Prænomen, Nomen, Cognomen.*

Propriorum tria genera.

Prænomen.

Prænomen est quod *Nomini* præponitur; estque proprium cujusque, quo ab aliis ejusdem *Gentis* discriminatur; & hinc natum, quod cum *Nomen* mutare non licuit, & *Cognomen* non libuit, tertia *Nota*, discriminis causâ, necessariò excogitanda. Respondet Nominibus nostris in baptismo inditis, *Iohanni, Petro, Iacobo.* Imponebatur die lustrico, ut rectè Scaliger; lustrabantur autem die nono. Quod autem aiunt quidam *Nomen* impositum nono die, *Prænomen* non ante diem assumptæ *Togæ Virilis*, ἄλογον, quid enim imponeretur, quod toti *Genti* perpetuum, nec fas mutare? & cum sit toti *Genti* commune, non est verisimile, pueros per totum illud tempus *Nomine* suo caruisse, quo a Gentilibus distinguebantur. Scitè Scaliger; *Ridiculum fuerit sex liberorum Patrem, unum appellare, omnes respondere: hoc enim faciant nisi nomine distinguantur; Hæredes esse non possunt, quos ille non possit nominare.* Filio natu majori plerùnque *Prænomen Patris*, secundo, *Avi* vel *Patrui. Prænomina* usitatissima sunt *octodecim*, quæ cum suis etymis habe ex Lipsio. Scribuntur vel unâ Literâ, ut A. *Aulus*, quasi *Diis alentibus* natus. C. *Cajus*, a *gaudio* Parentum. D. *Decimus*, a Numero nascendi. K. *Cæso*, ex utero matris *cæsus*. L. *Lucius*, sive à *Lucumone* Hetrusco, sive quòd primâ *luce* natus. M. *Marcus*,

Scaliger de causis. L. L. l. 4. c. 92.

Macrobius Saturnal. l. 1. c. 16.

A.
C.
D.
K. L.

M. *Marcus*, qui natus menſe *Martio*, ut Valerius vult, vel potiùs Nomen Oſcum, M vel M *Manius*, *manè* natus, vel a Sabinâ linguâ, qui *Manum* dicebant *Bonum*. N. *Numerius*, ominis causâ à Numeris dictus. P. *Publius*, vel a *pube*, vel quod gratus *populo*. Q. *Quintus*, ab ordine naſcendi, T. *Titus*, vox Sabina, vel ut alii à *tuendo*, quod Patriam tuerentur. Vel ſcribuntur duabus Literis ut AP. *Appius*, Sabina Vox ab Atta Clauſo. CN. *Cneus* quaſi *nævus*, a nævo corporis. SP. *Spurius*, à cauſa pudenda, quia Sabinis *Spurium* dicta pars qua fœmina eſt, aliàs dicebatur *Favonius*. TI. *Tiberius*, qui *ad Tiberim* natus. Vel tribus literis, ut MAM. *Mamercus* dictum a *Mamerte*, quod Oſcâ linguâ *Martem* ſignificat. SER. *Servius* a *ſervo*, quòd qui primus id *Prænomen* tulit in ſervitute natus. SEX. *Sextus* ab *ordine* naſcendi.

M.
M.
N.
P.
Q. T.
AP.
CN.
SP.
MAM.
SER.
SEX.

Nomen eſt quod univerſæ familiæ eſt commune, & *Prænomen* ſtatim ſequitur, dictúmque *Gentilitium*, quòd perpetuum in quavis *Gente*, *Nomina* omnia deſinunt in *ius* præter Peducæus, Poppæus. *Nomen quid.*

Cognomen dicebatur, quod, ex virtute, vitio, aut eventu aliquo acceſſit, hoc tertio loco poſt *Nomen* poni ſolet: & eſt duplex, alterum *hæreditarium*, quod a majoribus acceptum, ut *Scipio*; alterum, quod proprio merito acquiſitum, ut *Africanus*. *Cognomen quid.*

Hoc poſterius *Cognominis* genus Grammatici diſtinctionis gratiâ *Agnomen*, vocant, & ita quatuor faciunt *Propriorum* genera, *Prænomen*, *Nomen*, *Cognomen*, *Agnomen*. Sed hoc *Cicero*, aliique eruditi illius ſeculi auctores, *Cognomen* fere vocant. Cicero; *Scipio ille Cognomento Africanus*. Idem in *Agnomen.*

Senect. de T. Pomponio Attico. *Teque non Cognomen solùm Athenis deportâsse.*

Prænomen & *Agnomen* singulorum erat, *Nomen* & *Cognomen* omnibus ejusdem *familiæ* commune; sed ita ut *Cognomen* a posteris mutari, & novum sumi fas esset, non autem *Nomen*. Rem totam exemplo illustrabimus; *P. Cornelio, Scipioni Africano*, Publius *Prænomen* fuit, Cornelius *Nomen* toti Corneliæ familiæ commune, Scipio *Cognomen* hæreditarium, quod ab *Avo* suo accepit, qui dictus *Scipio*, quod Patri cæco pro *bacillo* fuit, Africanus *Agnomen*, quod virtute suâ sibi peperit devicta Carthagine, & hic a fratre, *L. Cornelio Scipione Asiatico*, secernebatur *Prænomine*, & *Agnomine*.

Non autem putandum est unicuique quatuor aut tria fuisse *Nomina Propria*, imò nonnullis unicum, ut *Romulo, Tatio, Herstliæ*; aliis duo, ut *Numæ Pompilio, Metio Curtio*; aliis tria, ut *M. Tullio Ciceroni*: paucioribus quatuor. Quod de tribus hisce *Propriis Nominibus* dictum, ad *Ingenuos* pertinet, unde Ausonius in Grypho. *Tres equitum turmæ, tria nomina nobiliorum. Servis* unum solùm, idque plerumque a Patriâ, ut *Davus, Syrus, Geta*, Antiquitùs a *Prænomine* domini, ut Lucipor. i. e. *Lucii puer*, Publipor, i.e. *Publii puer*, Marcipor. i.e. *Marci puer. Manumissus, Prænomen, & Nomen* domini; & loco *Cognominis*, pristinum suum Nomen. Sic Ciceronis *Libertus* dicebatur *Marcus Tullius Tyro. Adoptivis* semper *Prænomen*, & *Nomen* Adoptantis, interdum etiam & *Cognomen*, quibus in fine addi solitum *Nomen* vel *Cognomen* prioris *familiæ*, vel utrumque; sed *Nomen* mutatione aliquâ. Sic *C. Octavius* adoptatus a *C. Iulio Cæsare*, dictus est, *C. Iulius*

Plin. l. 33. c. 1.

Quintil. l. 1 c. 7.

C. Iulius Cæſar Octavianus. T. Pomponius Atticus à *Q. Cæcilio* adoptatus, dictus eſt *Q. Cæcilius Pomponianus Atticus.* A veteri *Prænomine* ſemper abſtinebant. *Fœminis* unigenis *Prænomen* & *Cognomen* rariùs indi ſolitum, ſed *Nomen* tantùm *Familiæ* vel integrum, vel paulùm inflexum: ubi autem duæ *Sorores*, ſenior *Major*, junior *Minor* dicebatur; ubi plures, juxta ordinem naſcendi, *Prima, Secunda, Tertia, Quarta.* Habuiſſe tamen & alia *Prænomina* teſtatur * Varro, hinc *Caia, Lucia, Cæcilia, Volumnia*; quidni & *Cognomen?* certè Milonis neptis dicta *Cornelia Fauſta*, meminitque Cælius ad Ciceronem epiſt. 7. *Paulæ Valeriæ.*

* L. 2. *de Analogiâ.*

Subſtantiva rem in abſtracto, *Adjectiva* rem in concreto ſignificant.

Non ſolùm *Adjectiva*, ſed & *Subſtantiva* quædam terminationem pro *ſexu* variant, quæ *Mobilia* dicuntur; ut *dominus, domina, herus, hera, magiſter, magiſtra, rex, regina.* Quæ terminationem non variant *Immobilia* ſive fixa; ut *domus, ager, homo.*

Sunt quædam *Subſtantiva* quæ *Adjectivorum*, rationem aliquando induere videntur, quæ quòd mediam obtinent Naturam, *Ambigua* vocantur, ut *Rex, Vigil, amicus, hiſtrio:* & *verbalia* in *tor*, & *trix.* Terentius Eunuch. a. 3. ſ. 1. *Regem elegantem narras. Virg. Aeneid.* 1. *Hinc populum latè regem belloque ſuperbum. Cicer. l.* 2. orat. Cum, *ex perſonâ mihi ardere oculi hominis hiſtrionis viderentur.* Virg. in Moreto.

Excubitórque diem cantu prædixerat ales. Martial. l. 8. epig. 51. --- *nec odit Exploratores nubila maſſa focos.* Cicero ad Attic. l. 5. epi. 21. *Quo autem die Caſſii victrices literæ in ſenatu recitatæ ſunt.*

Victrix

Victrix & *ultrix* in Ablativo ſingulari & Numero Plurali leguntur Neutra, ut *Victrici ſolo, Arma Victricia, Bella ultricia.* Virg. Aeneid. 3. --- *Victriciaque arma ſecutus.*

. *Nomini* accidunt *Caſus, Genus, Declinatio, Comparatio.* Nam *Species, Figura, Numerus,* & *Perſona* ſunt *Accidentia* magis *Communia*; de quibus ante.

CAP. VII.

De Derivativis.

Derivativa ferè omnia deducuntur à *Nominibus,* & *Verbis*, paucula quædam ab *Adverbiis,* & *Præpoſitionibus.*

A *Nominibus* quæ derivantur, dicuntur *Patronymica, Gentilia, Poſſeſſiva, Diminutiva,* & *Denominativa.*

Patronymicum. *Patronymicum* propriè dicitur, quod à *Patre, Matre,* aliiſve *Majoribus* derivatum, *filium, filiam, nepotem, neptem, alioſve Poſteros* ſignificat. A *Patre, Pelides,* Achilles filius *Pelei*; à *Matre, Coronides,* Aeſculapius filius *Coronidis*; ab *Avo* Paterno, *Aeacides,* Achilles *Aeaci* nepos; ab *Avo* Materno, *Atlantiades,* Nepos *Atlantis,* Mercurius filius Majæ, quæ filia Atlantis.

Patronymica ſunt vel *Maſculina*, vel *Fœminina. Maſculina* deſinunt in *des,* & *ion. Fœminina* in *as, is, ne. Quæ* in *des,* & *ne* exeunt ſunt *Primæ Declinationis, quæ* in *as, is, ion, Tertiæ.*

Patronymica in *des* fiunt a *Nominibus Primæ, Secundæ,* & *Tertiæ Declinationis.* In *Prima Primitiva*

tiva definunt in *a*, *as*, *e*, aut *es*; a *purum* & *as* mutantur in *ades*, ut ab *Ilia Iliades*, ab *Aeneas Aeneades*, a *impurum* in *ides*, ut *Philyra*, *Philyrides*, e in *iades* ut *Acrisione Acrisioniades*, *es* nunc in *ides* ut *Corinetes Corinetides*, nunc in *ades*, ut *Butes Butades*, nunc in *iades* ut *Laertes*, *Laertiades*. In *secunda*, & *tertia Declinatione* veniunt à *primo casu*, qui definit in i, addito *des*, ut *Aeacus*, *Aeaci*, *Aeacides*, *Aeson*, *Aesonis*, *Aesoni*, *Aesonides*. At quæ fiunt a *Nominibus* in *eus* pro *ei* habent i longum, ut *Tydeus*, *Tydei*, *Tydides*. Nomina in *ius* mutant *ius* in *ades*, ut *Nauplius Nauplíades*. *Scipiades* apud Virg. Geor. 2. *Scipiadas duros bello*, est ad Græcam formam; nam ut ab Ναυπλίου Ναυπλιάδης, sic a Σκίπιος Σκιπιάδης, ἀναλόγως esset Scipionides. *Priscianus l. 2.*

Terminatio *ion* est *Ionica* pro *ides*, vel *iades*, sic ab *Iapetus Iapeti*, dicitur *Iapetion*, pro *Iapetionides*; ab *Oedipus*, *Oedipodis*, *Oedipodi*, *Oedipodion*, pro *Oedipodiades*, sed hæc terminatio rarior. *Fœminina* in *as*, & *is* fiunt a *Masculinis* in *des* amoto *de*, ut ab *Iliades Ilias*, à *Thestiades Thestias*, *Tantalides Tantalis*, *Latoides Latois*. At si *Primitiva* definant in *eus*, vel *es*, *Patronymica Fœminina* fiunt à Nominativis *Primitivorum* mutando *eus*, vel *es* in *eis*, ut *Nereus Nereis*, *Brises*, *Briseis*.

Patronymica in *ne* fiunt a *Primitivis* in *us* & *eus*, mutando *us*, vel *eus* in *ine*, ut *Adrastus Adrastine*, *Nereus Nerine*. A Primitivis in *ius* mutando *us* in *one*, ut *Acrisius Acrisione*. Sed hæc terminatio, uti Masculina in *ion*, est *Ionica*, & rara.

Aliquando *Patronymicum* usurpatur pro omnibus *Posteris*, licèt multa intercesserint secula; sic *Romani* dicuntur *Aeneadæ* ab *Aenea* 400. annis ante Romam conditam.

Patronymica etiam licèt minus propriè derivan-

tur à *Fratribus*, *Regibus* & *Conditoribus*, ut *Phaetontias*; ſoror *Phaetontis*. *Cecropidæ* Athenienſes à *Cecrope*. *Romulidæ* Romani a *Romulo*. Interdum etiam contrà fit, quod Majores à celebri aliquo è *Poſteris* denominentur; ut *Aegidæ*, Majores *Aegei*.

Multa etiam *Patronymica* fiunt *à loco*, ubi quis natus, aut verſari ſolitus, ut *Cypris* Venus a *Cypro*. *Aonides* ab *Aone* monte: Ad hanc etiam formam imponuntur Nomina *Libris* à ſubjecta *materia*, ſeu argumento, ut Homeri *Ilias* ab *Ilio*, Virgilii *Aeneis* ab *Aenea*, & Statii *Thebais* a *Thebis*.

Gentile. *Gentile* quod à *Gente*, vel Natione, ut *Anglus*, *Græcus*.

Poſſeſſivum. *Poſſeſſivum* eſt quod poſſeſſionem, aut proprietatem denotat. Hæc deſinunt in *aris*, ut *puellaris*, in *bris* ut *funebris*, in *ëus* ut *Pythagorëus*, in *icus* ut *ruſticus*, in *ius* ut *Patrius*, in *lis* ut *herilis*, in *nus* ut *paternus*, in *enſis* ut *forenſis*, in *tius* ut *Tribunitius*, in *ivus* ut *æſtivus*.

Diminutivum. *Diminutivum* eſt quod Primitivi ſui *diminutionem* ſignificat, ut *regulus*, *popellus*. Terminantur ferè omnia in *olus*, *ulus*, *culus*, *ellus*, *illus*, *a*, *um*, ut *filiolus*, *filiola*, *negotiolum*, *ſervulus*, *lunula*, *verbulum*, *muſculus*, *muliercula*, *opuſculum*, *agellus*, *feneſtella*, *lucellum*, *bacillus*, *maxilla*, *bacillum*; Pauca in *io*, ut *homuncio*, *ſenecio*, & in *lëus*, ut *equuleus*, *aculeus*. Quædam in *aſter* ut ſurdaſter, i. e. ſubſurdus, *paraſitaſter*, i. e. paraſitus parùm peritus. Hæc a nonnullis appellantur *Imitativa*, ſed haud rectè.

Vide Scaliger. de cauſ. L. L. l. c. 95.

Multa Diminutivorum *terminationes* habent, quæ non ſunt Diminutiva, ut *ridiculus*, *capillus*, *fiſtula*, *macula*, *fabula*.

Diminutiva faciunt vel ad ſignificandam rei *parvi-*

parvitatem, ut culcellus, vel *ad blandiendum*, ut *meum Corculum*, vel ad exprimendam *modeſtiam*, ut *pro meo modulo*, vel ad *contemptum*, ut *homunculus*.

Quædam *Diminutiva* ſua etiam habent *Diminutiva*, ut porcus, *porculus*, *porcellus*, ciſta, *ciſtula*, *ciſtella*, *ciſtellula*, canis, *catulus*, *catellus*, quantus, *quantulus*, *quantillus*, &c.

Denominativum, quod ab alio *Nomine* deducitur, nec eſt *Patronymicum*, nec *Gentile*, nec *Poſſeſſivum*, nec *Diminutivum*, ut *lectica*, à *lectus*, *ſaluber*, à *ſalus*. *Denominativum.*

Quæ ducuntur a *Verbis*, dicuntur *Verbalia*, ut *lectio* à *lego*, *ſcriba* à *ſcribo*. *Verbale.*

Quæ ab *Adverbiis* orta, dicuntur *Adverbialia*, ut *hodiernus* ab *hodiè*, *craſtinus* à *cras*. *Adverbiale.*

Sunt & à *Præpoſitionibus* orta, ut *extraneus* ab *extra*, *poſticus* à *poſt*. *A Præpoſitionibus ortum.*

In *Derivativis* ſæpè *Euphoniæ* gratiâ fit *eliſio* aut permutatio literarum; ut pro *quæſitio quæſtio*, & a *pœna* fit *punio*, De *Mutatione* autem Literarum, tùm in *Derivatione*, tum in *Compoſitione* vide Priſcianum. l. 1. c. 3. & Scaligerum de cauſis L. L. l. 1. c. 26. Quæ, ut alia non pauca huc pertinentia, ne longior ſim, non invitus prætereo.

CAP. VIII.

De Numeralibus.

Numerale eſt quod Numerum ſignificat, eſtque multiplex. *Cardinale* quod Numerum abſolutè, à quo ſeu fonte alii Numeri dimanant. *Cardinale.*

turque *Cardinalia* i. e. *principalia* quòd ab his cætera pendeant, ut a cardinibus januæ, ut *unus, duo, tres, quatuor*, &c.

Ordinale. *Ordinale* quod notat Numerum in *Ordine*, ut *primus, ſecundus, tertius*. Huc referas *Numeralia* in *anus*, ut *primanus*, i. e. *primi ordinis*, *ſecundanus*. i. e. *ſecundi ordinis*: ita *tertiana*, & *quartana* febris, quæ *ordinem* ſervat *tertio* quoque, vel *quarto* die recurrens.

Diſtributivum. *Diſtributivum* quod ſingulis è multis eundem Numerum *diſtribuit*, ut *ſinguli, bini, terni, quaterni*. Cicero, *Binos tabellarios in duas naves impoſui*, i. e. in ſingulam Navem duos.

Multiplicativum. *Multiplicativum*, quod *multiplicationem* rei reſpicit, ut *ſimplex, duplex, bipartitus, tripartitus*.

Proportionale. *Proportionale* quod *proportionem* notat, ut *duplus, triplus, quadruplus*. i. e. *bis* tantum, *ter* tantum.

Temporale. *Temporale*, quod *Tempus*, ut *bimus, trimus, quadrimus*; *bimulus, trimulus, quadrimulus*; *biennis, triennis, quadriennis*; *bimeſtris, trimeſtris, quadrimeſtris*. Quæ in *arius* definunt non ſolum Numerum *Temporis*, ſed etiam *Ponderis*, & aliarum rerum denotant, ut Lapis *centenarius*, i. e. *centum librarum*; grex *centenarius*, qui *centum oves* continet.

Partitivum. *Partitivum*, quod ſignificat vel *multa* ſigillatim, ut *quiſque, unuſquiſque, uterque, neuter*, vel *unum* è multis, ut *alter*: Et hæc ſunt partim *Vniverſalia*, ut *omnis, nemo, nullus*; partim *Particularia*, ut *quidam, aliquis*.

Cardinalia reſpondent quæſtioni factæ per *quot? Ordinalia*, per *quotus? Diſtributiva*, per *quoteni? Multiplicativa*, per *quotuplex? Proportionalia* per *quotuplus? Temporalia* per *quot annorum?*

CAP.

CAP. IX.

De Compoſitis.

Quibuſcum Nomen componitur.

NOmen *componitur* vel cum alio *Nomine*, ut *Paterfamilias*, vel cum *Pronomine*, ut *hujuſmodi*, vel cum *Verbo* ut *agricola*, vel cum *Participio* ut *plebiſcitum*, vel cum *Adverbio* ut *Maleſidus*, vel cum *Conjunctione* ut, *uterque*, vel cum *Præpoſitione* ut *internuncius*, vel denique cum *Syllabicis* adjectionibus, ut *tantundem*. Aliquando *Partes* Compoſiti ſunt *integræ*, ut *jusjurandum*, *juriſconſultus*, aliquando utraque Pars *corrupta*, ut *artifex*, *intelligo*, aliquando *altera* integra, *altera* corrupta, ut *meridies*, *traduco*.

Cum Nomen componitur *ex duobus* Nominativis, ut *reſpublica*, *unuſquiſque*, utraque Dictio declinatur, ſi declinationem recipiat, ut hæc *reſpublica*, hujus *reipublicæ*, &c. Præter *alteruter*, in quo *poſterior* tantùm declinatur ut *alteruter*, *alterutra*, *alterutrum*. Genit. *alterutrius*. Dat. *alterutri*, &c. Reperitur tamen *alteriusutrius* apud Ciceronem in Protag. citante Priſciano. *Niſi in magnitudine alteriusutrius poſita*. Item leopardus leopardi, *oluſatrum* facit *oleriſatri*, & *oluſatri*, prius eſt apud Columellam, l. 11. c. 3. alterum apud Plinium, l. 19. c. 12. *Duo* etiam in Compoſitione non variatur, ut *duodevigeſimus*, *duodetrigeſimus*, &c. Si vero ex *recto* & *obliquo*, componatur, *rectus ſolus* declinatur, ut hoc *ſenatuſconſultum*, hujus ſenatuſconſulti, &c. hic paterfamilias, hujus patrisfamilias, &c. Si

ex *duobus obliquis* totum invariabile, ut *hujuſmodi Recti* enim ſoli in omnibus compoſitis variantur; *obliqui*, invariabiles.

CAP. X.

De Numero, Caſu, & Genere.

Numerus. SUnt nonnulla quæ in *Singulari plura* ſignificant, quæ dicuntur *Collectiva*, ut *turba, plebs*. Alia quæ in *Plurali* rem *unam*, ut Athenæ, Nuptiæ, Literæ. Alia quæ in *utroque* Numero, *idem*; ut *Mycena, Mycenæ, Thebe, Thebæ, Mænalus, Mænala.*

Caſus. Si *Caſui* inde nomen, quòd ab alio *cadat*, *Nominativus* propriè non erit *Caſus*; ſin autem Caſus diverſus ſit Vocis *exitus* quo in has, vel illas ſyllabas *cadit*, *Nominativus* non minùs *Caſus*, quàm alii. Dicitur autem hic *Rectus*, reliqui omnes *Obliqui*, quòd ab eo facta flexione naſcantur. *Genitivus*, *Patrius*, *Poſſeſſivus*, & *Interrogandi Caſus*, dici ſolet, qui à *Nominativo* natus, *generat* omnes obliquos ſequentes. *Ablativus Sextus*, atque *Latinus Caſus* appellatur, quòd *Latinorum* ſit proprius? Hunc, quando ſine *Præpoſitione* effertur, aliqui *Septimum* dicunt *Caſum*, ſicut *Dativum*, quando pro Accuſativo ponitur cum Præpoſitione.

Priſcianus l. 5. *Octavum*, Neutrum placet Priſciano, nec injuriâ, plures enim *Caſus* non ſunt, quàm a *Nominativo* cadunt diverſæ *terminationes*.

Genus. *Genera* tantùm ſunt *tria*, *Maſculinum*, *Fœminum*, *Neutrum*; cætera ex his conflata. Generis *Maſculini* & *Fœminini* ſunt propriè tantum *Mares*

&

& *Fœminæ*; unde Nomina ſua ſortiuntur. At huc *analogicè* multa referuntur *inanimata*, quibus non eſt *ſexus* diſcrimen, quorum *Genus* ex *terminatione Nominativi* ferè dignoſcitur. *Neutrum*, quod & *Fictum* dicitur, nullius eſt ſexus, unde & Nomen habet. *Commune Duûm* eſt, quod, ut tum *maribus*, tum *fœminis* convenit, ita etiam apud Auctores *Adjectivum* utriuſque Generis adjunctum habet. Sunt enim Subſtantiva non pauca, quæ, cum de *utroque ſexu* dicantur, *unius* tamen ſunt *Generis*, ut *ſoboles*, *proles*, *mancipium*. Quod ideò monendum, quia vulgò creditur, omnia quæ *Maribus* ſimul & *Fœminis* conveniunt, *Communis* eſſe *Generis*. Habet autem *hoc Genus* locum in iis, in quibus facilior eſt *ſexus diſcretio*; in quibus autem *ſexus* non facilè dignoſcitur, ut in *Avibus*, *Piſcibus*, & *Beſtiis* quibuſdam, hæc *Promiſcui*, ſive *Epicæni Generis* cenſentur; in quibus, ſub *una terminatione*, *unoque Genere*, *uterque ſexus* comprehenditur: *ut corvus* genere *maſculino*, non ſolùm *Corvum Marem* denotat, ſed etiam *Fœminam*, *Anas* Genere *fœmininо*, Anatem *marem*, Plin. l. 10. c. 12. *Corvi pariunt cum plurimùm quinos, ore eos parere vulgus arbitratur.* Idem l. 30. c. 7. *Siſtit alvum & Anatum maſcularum ſanguis.* Horum tamen nonnulla Auctores in *utroque Genere* aliquando uſurpant, κατ' ἐπινοίαν Re ſcilicet conſiderata, non *Voce*, Plin. l. 10. c. 65. *Supra cuncta eſt Murium fœtus; ex una genitos centum viginti tradiderunt.* Cum tamen ante c. 51. de *mure fœmina dixiſſet*, *Mus marinus in terra ſcrobe effoſſâ parit ova, & rurſus obruit terrâ.* Plaut. Stich. A. 1. Sc. 3. Solere *Elephantum gravidam* perpetuos decem eſſe annos; In quibus nec *una* cum *Mure*, nec

nec *gravidam* cum *elephantum* convenit, ſed cum *fœmina*, quod reticetur, interdum autem diſcriminis causâ exprimitur, ita Columella l. 8. c. 11. dixit *Pavonem maſculum*, & *Pavonem fœminam*. & Ariſtoteles in hiſtoria Animalium. l. 6. c. 24. ſect. 352. Καὶ ὁ Θῆλυς δ' ὀρεὺς ἐπρηρώθη. *Et fœmina quidem Mulus gravida eſt facta.* Quæ autem pro Auctorum libitu & nullâ aliâ ratione, modò *maſculinè*, modo *fœmininè* proferuntur, ea ſola *Dubia* vocari ſolent, ſolent inquam, non enim video, cur ea quorum *Genus* certò cognoſcitur, (eſſe ſcilicet tum *maſculina*, tum *fœminina*) *Dubia* & *Incerta* dicerentur; ea potius *Dubia* dicenda quorum *Genus* in dubium vocatur, an hujus, an illius ſint *Generis*, ut *ſpinus*, *thus*, pro arbore, & id genus alia.

Differentia inter Communia & Dubia. Inter *Communia*, & *Dubia*, hæc notanda differentia, quòd *Communibus*, *Adjectivum* hujus, aut illius *Generis* temere & fortuitò adjicere non licet, ſed cum de *Mare* eſt ſermo Adjectivum poſtulant *Maſculinum*, cum de *Fœmina*, *Fœmininum*. *Dubiis* verò, ſine ullo diſcrimine, *Adjectivum maſculinum* aut *fœmininum* pro tuo arbitratu adjungas. Ovid. Faſt. 4.

Eſt ſpecus exeſi ſtructurâ pumicis aſper,
Non homini facilis, non adeunda feræ.

Differentia inter Communia & Epicæna. Participant in hoc de natura *Communium Epicæna*, quòd *unâ* voce *utrumque* ſexum comprehendant; dicuntur autem ἐπίκοινα, i. e. *ſupercommunia*, quia major hic *communio*, quam in iis quæ *Communia*, nam *aſtuta vulpes*, *pavidus lepus* dicitur, tum de *Mare*, tum de *fœmina*, quòd in *Communibus* non licet,

licet, nec enim de *utroque ſexu* dicas, *fidus conjux, civis Attica.*

Epicæna genuit *Ignorantia*, qui enim primi *Nomina* rebus imponebant, cum in quibuſdam Animantibus neſcirent *Marem* ſecernere a *fœminâ*; vel quia in iis *ſexus* diſcretio fortaſſe non ita facilis; vel quia domeſticæ non erant, altero *Genere* utrumque *ſexum* ſignificabant, ita *Corvum* & *Aquilam* tantùm dixerunt, non *Corvam*, & Aquilum, neſciebant enim qui *Mares*, quæ *Fœminæ*. *Domeſticas* autem propriis diſtinguebant Nominibus, ut *equum* ab *equâ*, *gallum* à *gallinâ*, *arietem* ab *ove*. Et quamvis à Poſteris multorum *ſexus* dignoſcebatur, *Nomina* tamen à *Majoribus* impoſita non mutabant. Etſi *Genus* propriè ad *Subſtantiva* ſpectat, ad *Adjectiva* impropriè, & ratione *convenientiæ* cum *Subſtantivis*, omnis tamen, quanta quanta eſt, de *Genere* diſquiſitio fit penè *Adjectivorum* gratiâ; ſi enim *Adjectiva* omnia *unius* eſſent *terminationis*, uniuſque *Generis*, non magni referret ſcire *Genus Subſtantivorum*, niſi fortè in *Neutris*, quæ in quibuſdam *Caſibus* ab aliis deflectunt.

CAP. XI.

De Declinatione.

Declinatio. Varroni Declinatus, Gellio Inclinatus.

Declinationis vocabulum latè patet; interdum enim comprehendit *Derivationem*, & *Compoſitionem*, quæ Declinatio *Voluntaria* dicitur. Varro de L. L. l. 8. *Declinatus Voluntarios* (eſſe puto) *quibus homines Vocabula impoſuerunt rebus quædam, ut*

à Romulo Roma, à Tibure Tiburtes. Interdum Comparationem, quæ eſt *Declinatio in Gradus*, ut *durus, durior, duriſſimus*. Sæpius autem flexionem *Nominis, Pronominis, Participii*, aut *Verbi* a primâ in alias, atque alias terminationes, quæ *Declinatio* dicitur *Naturalis*, quippe quæ ex ipsâ linguæ Romanæ naturâ cognoſcitur, ut *Magiſter, magiſtri, magiſtro*; *Amo, amabam, amavi*. Varro de L. L. l. 8. *Declinatus Naturalis*, ut ab impoſitis Vocabulis, quæ *inclinantur* in *tempora*, aut in *Caſus* ut ab *Romulus, Romuli, Romulo, Romulum*, & à *dico, dicebam, dixi, dixeram*. Uſitatiſſimè autem ſtrictiùs ſumitur pro *Variatione Nominis in caſus & Numeros*. Imò hoc jam olim peculiariter ſibi *Declinationis* Nomen vendicavit, & de eo jam nobis ſermo.

Declinatio Prima. Prima declinatio complectitur quatuor terminationes, as, es, e, Græcas, ut Aeneas, Anchiſes, Penelope, & a Latinam, & Græcam, ut Aegina, Philoſophia, Victoria.

Sunt & Hebræa quædam in am, ut Adam, Adæ, Abraham, Abrahæ. Quæ meliùs Latio donata fiunt Secundæ, ut Adamus Adami, Abrahamus Abrahami.

As: As genitivum & dativum facit in æ, accuſativum ſæpiùs in an terminatione Græcâ, aliquando in am Latinâ, vocativum, & ablativum in a, ut Nominat. Aeneas, Genit. Aeneæ, Dat. Aeneæ, Accuſat. Aenean, vel Aeneam, Vocat. Aenea, Ablat. Aeneâ. Græca etiam in a interdum apud poetas habent accuſativum in an terminatione ſuâ. Ovid. Faſt. 4. *Majan & Electram*. Statius Thebaid. 7. *Namque ferunt raptam patriis Aeginan ab undis*.

Es

Es genitivum & dativum in æ, accuſativum in en, vocativum & ablativum in e, ut Nom. Anchiſes, Genit. Anchiſæ, Dat. Anchiſæ, Accuſ. Anchiſen, Vocat. Anchiſe. Ablat. Anchiſe, Scipiadam apud Horat. l. 2. Sat. 1. Es.

Attamen & juſtum poteras, & ſcribere fortem
Scipiadam.

Et Atrida in vocativo apud eundem l. 2. S. 3.

Ne quis humâſſe velit, Ajacem Atrida vetas cur?

Et ſi qua hujuſmodi, ſunt à Nominativis in a Propertius, l. 2. El. 14.

Non ita Dardanio gaviſus Atrida triumpho eſt.

Quod fulcitur etiam auctoritate Quintiliani. l. 1. c. 9. *Ne miremur quòd ab antiquorum pleriſque Aenea, & Anchiſa ſit dictus.* Quædam in es vocativum per a tantùm, more Græcorum unde fluunt, ut Oreſtes Oreſta, Thyeſtes Thyeſta. Ovid. Triſt. l. 1. El. 4. *Vide Priſcianum. l. 7.*

Fecerunt furiæ triſtis Oreſta tuæ.

Martial. l. 4. epig. 49. ---- *Aut cænam crude Thyeſta tuam.*

E genitivum in es, dativum in e, Accuſativum in en, Vocativum & Ablativum in e, ut Nominat. Penelope, Genit. Penelopes, Dat. Penelope, Accuſat. Penelopen, Vocat. Penelope, Ablat. Penelope. Hæc Græcorum prorſus ſequuntur declinationem, nec in ullo caſu terminationem habent Latinam, unde à Probo, & Priſciano rejiciuntur, qui huic declinationi tres tantùm tribuunt poſitiones, a, as, es. E.

Hæc Græca in e Latini ſæpe in a mutant, ut ſua faciant, Plaut. Stich. a. 1. ſ. 1. *Credo ego miſeram fuiſſe Penelopam.* Horat. l. 1. epiſt. 2. *Sponſi Penelopæ.*

Virg. Aeneid. 1. *Ornatus Argivæ Helenæ.*

Genitivus antiquus in as, & ai.

Gentivus fæmininorum in a veteribus exibat in as more Græcorum desinentium in ας, συ, ρα, & α purum, nec non in ai, ut Ennius Annal. 7. *Dux ipse vias*, pro viæ, Plaut. Amphit. argumento, *Amore captus Alcumenas Iupiter*, pro Alcumenæ. Plaut. Milit. a. 1. s. 2. *Magnaï reipublicaï gratiâ*, Virg. Aeneid. 6.

Aethereum sensum, atque auraï simplicis ignem.

Invenitur etiam hic genitivus à masculinis in es, Lucret. l. 5.

Quidve tripectora tergemini vis Gerionaï, à *Geriones*.

Cujus rei vestigia adhuc manent in Paterfamilias, Materfamilias, Filiusfamilias, legitur etiam interdum paterfamiliæ. Livius. l. 1. *Bos in Sabinis nata cui patrisfamiliæ dicitur mirandâ magnitudine, ac specie.* Dativus etiam in aï. Quintil. l. 1. c. 7.

Dativus & ablativus plural. in abus.

Hæc, filia, nata, dea, liberta, equa, mula, duæ, ambæ, dativum, & ablativum plurales apud auctores sexus discernendi gratiâ habent in abus. Cicero pro Rabirio. *Ab Iove Optimo maximo, cæterisque diis deabusque immortalibus*, &c. Livius. l. 24. *In sacrarium ad penates confugit cum duabus filiabus virginibus.* Leguntur etiam in eâdem significatione, filiis, natis, libertis, equis, mulis, Plaut. Stich. a. 4. s. 1. *Gratulabor vestrum adventum filiis.* Ovid. Metam. 15.

Et totidem natis Andros fraterna potita est.

His alii addunt anima, adferuntque illud Senecæ, l. 2. decl. 2. *Quædam animabus suis redemerunt maritorum suorum salutem, sollicitudine*, & ita habere melioris notæ codices asserit doctissimus Vossius, at omnes, quos vidi, habent animis. Asinabus

nabus etiam utuntur Juriſconſulti, ſed Plinius aſinis, l. 11. c. 40. *Aſinis mammæ à fœtu dolent.*

Hæc Declinatio fluxit à Primâ, & Secundâ Græcorum, quas nonnulli unam, eandemque faciunt, & quidem omnes utriuſque caſus, excepto genitivo ſingulari, ſimiles; utcunque ſe res habet, certum eſt hanc Declinationem ab illis fluxiſſe, tum ex Terminationibus, tum ex Græcis Latinè factis, tum ex antiquo Genitivo in as ad imitationem deſinentium in ᾶς, ᾶ, ρα. & α purum. *Declinatio Prima fluxit à Primâ, & Secundâ Græcorum.*

CAP. XII.

De Declinatione Secunda.

SEcundæ Declinationis terminationes Latinæ ſunt, *er*, ut aper, *us*, ut dominus, quæ ex Græca ος ut ἀγρος ager, πάπυρος papyrus; & hinc os pro us dixere veteres, Plaut. Perſa. a. 1. ſ. 2. *Pater, avos, proavos, abavos, atavos, tritavos*; *Quaſi mures ſemper edêre alienum cibum.* Et quædam deſinunt in *er* & *us*, ut Teucer & Teucrus, à τεῦκρος, Evander & Evandrus ab Εὔανδρος. *Vm* ut templum à Græcâ ον, ut idolum ab εἴδωλον, & hinc veteribus om pro um. Plaut. Pſeudol. prolo. *Nam bona bonis ferri reor æquom maximè.* *Ir* unicum vir cum Compoſitis, *Vr* item unicum ſatur, niſi hæc manca pro virus, ſaturus. *Declinatio Secunda, Terminationes Latinæ, Er, us.* *Vm.* *Ir, Vr.*

Terminationes Græcæ *os* ut Delos, *on* ut Ilion, *eus* ut Orpheus, *ûs* ut Panthûs. *Terminationes Græcæ.*

Genitivus fit à Nominativo, cæteri caſus à Genitivo mutatis terminationibus. *Formatio Genitivi.*

Us, um, os & on mutantur in Genitivo in i. ut Dominus, domini, regnum regni, Delos, Deli, Ilion Ilii.

Ir & ur assumunt i, ut vir viri, satur saturi.

Quæ in er desinunt præcedente Vocali, vel Semivocali assumunt i, & Genitivo crescunt, ut puer, pueri, tener teneri; At præcedente Mutâ e exterunt, & non crescunt, ut Liber, libri; cancer cancri. Præter hæc quæ e retinent. Liber pro Baccho, pro filio, & Adjectivum. Item asper, & gibber Adjectiva, adulter, Celtiber, exter, lacer, presbyter, prosper, socer; cum Compositis à gero, & fero ut Armiger, lucifer.

Omnia in r penultimam Genitivi corripiunt, præter Celtiber, quod producit.

Vocativus Propriarum in ius. Propria in ius antiquissimi per e in Vocativo efferebant. Livius Andronicus apud Priscianum, l. 7. *Neque enim tè oblitus sum Laertie noster*, & filie pro fili apud eundem. *Pater noster Saturni filie.* Et huic estquòd accentus manet in penultimâ, quamvis sit brevis, Jam verò in omnibus exteritur e, ut Virgili pro Virgilie, nisi in Græcis quæ e retinent, ut Tyrinthius, Tyrinthie, Evius Evie, Sperchius Sperchie.

Vocativus Nominum in us. Vocativus Nominum in *us* aliquando similis est Nominativo, ad mutationem Atticæ Græcorum dialecti, idque vel Euphoniæ, vel Metri causâ. Plaut. Asinar. a. 3. s. 3. *Da meus ocellus, da mea rosa, da mi anime*, Ibid. *O Libane ocellus aureus*, Virg. Aeneid. 1. *Adsis lætitiæ Bacchus dator.* Aeneid. 8. *Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum*, Lucan. l. 2. *Degener ô populus.* Homerus, Iliad. γ. ἠλιὲ θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις, *Sol qui omnia aspicis & omnia audis.*

Deus

Deus in Nominativo, Dativo, Vocativo, & Ablativo pluralibus variat, ut Nominat. Dei, vel dii, Dat. deis vel diis, Vocat. dei, vel dii, Ablat. deis vel diis. *Deus.*

Nominativus pluralis hujus Declinationis olim exibat in ei, ut distingueretur à Gentivo singulari in i, & hinc apud Plautum Captivei pro Captivi. vide Gellium, l. 13. c. 24. *Nominativus pluralis.*

Pro ambos, & duos antiqui dixerunt ambo, & duo ad imitationem Græcorum ἄμφω δύω. Plaut. Amph. a. 5. s. 2. *Puer ambo anguis enecat*, pro ambos angues, Horat. l. 2. s. 3. --- *Iurejurando Obstringam ambo.* Virg. Aeneid. 11. *Si duo prætereà tales Idea tulisset, Terra viros*, pro duos tales viros. Cicero. l. 7. epist. 25. *Præter duo nos loquitur isto modo nemo.* Plaut. ambo in fæminino usus est. Mercat. a. 2. s. 1. *Si ambo in uno essent loco*, scilicet capræ, & dua in neutro pro duo. Atticus apud Ciceronem in Oratore. *Video sepolcra dua duorum corporum.* *Ambo, & duo pro ambos & duos.* *Quintil. l. 1. c. 5.*

Attica in os ex ως Quartæ Simplicium apud Græcos, Genitivum, Dativum & Ablativum in o mittunt, Accusativum in on, & aliquando, more Attico, in o, Vocativum in os, ut Nominat. Androgeos, Genit. Androgeo, Dat. Androgeo, Accus. Androgeon vel Androgeo, Vocat. Androgeos, Ablat. Androgeo. Virgilius Æneid. 2. Latinam formam retinet. *Androgei galeam*, cum Æneid. 6. dicit. *In foribus letum Androgeo.* Flectuntur interdum hæc ad formam Tertiæ declinationis, ut pura Latina, Androgeo, Androgeônis, ôni, ônem, vel ôna, o, ône. Propert. l. 2. El. 1. *Restituit patriis Androgeona focis.* Cicero l. 3. de Repub. apud Priscianum l. 6. *Nisi quis Athoncm pro monumento vult funditùs efficere.* *Attica in os ex ως 4.*

Græca

Græca in os, 2. Græca in ος per omicron, faciunt Accuſativum in on, Vocativum in e, ut Delos, Delon, Dele, reliquos caſus more Latino.

Græca in on. Quæ in on deſinunt in omnibus Latinam ſequuntur declinationem, niſi quod Genitivus pluralis aliquando deſinit in ôn more Græcorum, ut hypomneſticôn.

Græca in eus. Eus Genitivum facit in ei vel eos, Dativum eo vel ei, Accuſativum eum, vel ea, Vocativum in eu Ablativum in eo, ut Nom. Orpheus, Genit. Orphei vel Orpheos, Dat. Orpheo vel Orphei, Accuſat. Orpheum vel Orphea, Vocat. Orpheu, Ablat. Orpheo, Ovid in Ibin habet Orpheon in accuſativo, *Strymoniæ matres Orpheon eſſe ratæ*, quod adeò inſolens (nec enim Græcam, nec Latinam ſervat declinationem) ut quidam putent hìc legendum, *Orphea te eſſe ratæ*, ut Martial. l. 10. epig. 19. *Illic Orphea protinus videbis.*

Græca in ûs. Græca in ûs contracta ex ους formant Vocativum in û, ut Panthûs, o Panthû, Oedipus, o Oedipû, in cæteris non recedunt a Latinis.

Declinatio Secunda à Tertia Græcorum. Fluxit hæc Declinatio à tertiâ Græcorum, quod, ut ex aliis terminationibus videre eſt, ita maximè ex Vocativo ſingulari in e, ut dominus domine, ſicut λόγος λόγε.

CAP. XIII.

De Tertia Declinatione.

De linatio Tertia. NOminativus hujus Declinationis omnes habet terminationes præter um & u.

Formatio

Formatio Genitivi per omnes terminationes.

A mutatur in *atis*, ut dogma dogmatis, poema poematis. *A.*

C in *cis*, ut halec halecis; ſed lac, lactis, ab antiquo Recto *lactis*. *C.*

D in *dis*, ut David Davidis, Bogud Bogudis. *D.*

E in *is*, ut mare maris, rete retis. *E.*

In *i* ſunt Aptota. *I.*

L in *lis*, ut animal, animalis, Daniel Danielis, vigil, vigilis, ſol, ſolis, exul exulis. In al, el, ol, pemultimam Genitivi producunt, præter ſal ſălis, & propria, ut Aſdrubal, Aſdrubalis: in *il* & *ul*, penultimam corripiunt. Sed mel habet mellis, fel fellis. *L.*

N in *nis*, ut Titan Titanis, delphin delphinis. Phorcyn Phorcynis, Coridon Coridonis; at Pan Panos differentiæ causâ; & Græca quædam in *on* faciunt Genitivum in *ontis*, ut Xenophon Xenophontis, Phaëton Phaëtontis. *N.*

At *en* mutatur in *ĕnis*, penultimâ brevi; ut flumen fluminis, pecten pectinis, tibicen tibicinis; præter, attagen, lien, lichen, ren, ſplen, Siren, Trœzen, quæ aſſumunt *is* penultimâ longâ, ut lien lienis: at Hymen hymenis, penultimâ brevi.

O in *onis*, ut ſermo ſermonis, Macedo Macedonis. *O.*

At fœminina in *do* & *go* mutant *o* in *inis*, penultimâ brevi; ut dulcedo dulcedinis, virgo virginis: item Apollo, Cupido, cardo, homo, margo, nemo, ordo, & turbo appellativum; nam proprium nomen gladiatoris facit Turbonis: tendo tendinis, & tendonis. Caro carnis, ab antiquo nominativo carnis, Anio Aniēnis, Nerio Neriēnis, ab Anien, & Nerien.

Græca in o genitivum faciunt in *ûs*, ut Clio Cliûs, de quibus postea.

Hiericho facit Hierichuntis.

R. *R* in ris; ut calcar calcăris, agger aggĕris. Gadir Gadĭris, martyr martyris, honor honōris, guttur guttŭris. Sed far farris, hepar hepătis.

Adjectiva in *ber, cer, ster* abjiciunt e, & fiunt parisyllaba; ut Celeber celebris, acer acris, campester campestris. Sic imber, September, October, November, December, & Gentile Insuber. Uber habet uberis; puber, & impuber apud classicos non reperio, sed pubes, & impubes, Ovid. Fast. 2. *Nam puer impubes, & adhuc non utilis armis.*

Hæc etiam Accipiter, frater, linter, mater, pater, uter, venter exterunt e, ut Accipiter accipitris.

Iter itineris, ab antiquo Nominativo itiner. Cor, cordis, ebur, femur, jecur, robur, mutant ur in ŏris, ut ebur ebŏris, jecur jecŏris, & jecinoris ab antiquo jecinus: jocineris vel jocinoris, quòd non rarò apud Plinium, librariorum incuriæ videtur imputandum.

As. *As* mutatur in *atis*, ut bonitas bonitātis, anas anătis. At As assis, mas maris, hic vas vadis, hoc vas vasis.

Masculina Græca mutant *as* in *antis*, Fæminina in *adis*; ut Pallas Pallantis, adamas adamantis, Pallas Palladis, lampas lampadis, & Gentile Arcas Arcadis.

Es. *Es* in *is*, ut nubes nubis, Achilles Achillis.

Excipiuntur Imparisyllaba.

Quorum hæc mutant *s* in *dis*, Merces, hæres, præs, pes cum compositis, bipes, tripes, semipes; ut merces mercedis, hæres, hæredis, &c.

Com-

Compoſita a ſedeo mutant *es* in *idis*, ut obſes obſidis, præſes præſidis.

Hæc *es* in *ĕtis* penultimâ brevi; Abies, aries, hebes, indiges, interpres, paries, perpes, præpes, ſeges, teges, teres, ut abies abiĕtis, aries ariĕtis.

Hæc *es* in *ētis* penultimâ longâ, locuples, quies, requies, & Græca non pauca, ut lebes, Cres. Propria in *is* & *etis*, ut Chremes Chremis, & Chremetis, Dares, Daris & Daretis, at etis uſitatiùs.

Hæc es in ĭtis penultimâ brevi. Ales, ames, antiſtes, ceſpes, cocles, comes, dives, eques, fomes, gurges, hoſpes, limes, merges, miles, palmes, pedes, poples, ſatelles, ſoſpes, ſtipes, ſuperſtes, termes, trames, tudes, veles.

Aes facit *æris*, bes, beſſis, Ceres Cereris, impubes in genitivo impubis, & impuberis, niſi hoc ab impuber, quod idonei ſcriptoris auctoritate confirmari velim.

Is Latina Genitivum habent Nominativo ſimilem, ut amnis, menſis. *Is.*

Hæc mutant *is* in *idis*, Capis, caſſis pro galeâ, cenchris, cuſpis, lapis. Quædam Græca habent & *idis* ad Latinam, & *idos* ad Græcam formam; ut ægis ægidis, vel ægidos, ita Æneis, pyxis, promuſcis, iaſpis, &c. Pauca genitivum in *is* & *idis*, ut tigris, Tibris, Iſis, Serapis.

Hæc *is* in *eris* cinis, cucumis, pulvis, vomis, Genit. cineris, cucumeris, &c. ab antiquis Nominativis in er, at cucumis in ſingulari potiùs pariſyllabum, in plurali impariſyllabum; glis habet gliris.

Hæc *is* in *inis*, Sanguis ab antiquo ſanguen, & Græca deſinentia in is & in, ut Salamis, delphis; pollinis videtur potiùs Genitivus a recto pollen.

Hæc *is* in *itis*, dis, lis, Quiris, Samnis, Charis.

Quæ Græcis in ευς desinunt, mutant *is* in *entis*, ut Simoïs Simoentis, Pyroïs Pyroentis.

Os. *Os* in *oris*, ut mos moris, flos floris, os oris, *a mouth*; sed os ossis, *a bone*; exos exossis. An Glos *gloris* faciat, (quod tradit Priscianus l. 6.) incertum.

Hæc *os* in ōtis, cos, dos, compos, impos, nepos cum compositis, sacerdos, & Græca, Eros, Anteros, monoceros, rhinoceros, & id genus alia a κέρας composita.

Bos habet bovis, custos custodis, heros herôis, Minos Minois, Tros Troïs.

Vs. *Vs* is *oris* mutant hæc, corpus, decus, dedecus, facinus, fænus, frigus, lepus, litus, nemus, penus, pignus, stercus, tempus, tergus, hoc pecus pecoris.

Hæc us in eris, Acus, fædus, funus, genus, glomus, latus, munus, olus, onus, opus, pondus, rudus, scelus, sidus, vellus, Venus, vetus, viscus, ulcus, vulnus.

Hæc *us* in *uris*, tellus, Ligus Ligŭris, penultimâ correptâ, a Ligur; & Monosyllaba omnia, ut crus, mus, rus, præter grus gruis, sus suis.

Hæc *us* in ūdis, palus, incus, subscus, hæc pecus pecŭdis; at hoc juxta Charisium l. 1. caret nominativo & vocativo.

Hæc *us* in *utis*, juventus, salus, senectus, servitus, virtus; at intercus intercutis, penultimâ brevi, ab intercutis per Syncopen.

A πῦς composita ŏdis habent, ut tripus tripŏdis.

Quædam urbium propria deducta a Græcis in ους in ῦς contracta, mutant ûs in *untis*, ut Opûs Opuntis.

Fraus

Fraus habet fraudis, laus laudis.

In bs, ms, ps interſerunt i. ut trabs trabis, hyems hyemis, ſtips ſtipis. *bs, ms, ps.*

Sed deſinentia in ebs, vel eps, mutant e penultimam in i; ut cælebs cælibis, princeps principis; præter ſeps quod ſepis, & auceps aucupis.

A *caput* compoſita mutant *eps* in *ipitis*, ut biceps bicipitis, triceps tricipitis; ſic anceps, præceps.

Gryps habet gryphis, Cinyps Cinyphis.

Nomina in *ls*, *ns*, *rs*, mutant *s* in *tis*, ut puls pultis, frons frontis pars capitis, *a foreheade*; pars partis. *ls, ns, rs.*

Hæc mutant *s* in *dis*, Glans, juglans, lens fætus pediculorum, *a nit*, frons arboris, libripens, nefrens: & compoſita a cor, ut concors, diſcors.

Tiryns facit Tirynthis,

In *t* unicum *caput* cum compoſitis, quæ mutant *ut* in *itis*, ut caput capitis, occiput occipitis, ſinciput ſincipitis. *t.*

X in *cis*, ut pax pacis, radix radicis, vox vocis, dux ducis, bombyx bombycis, calx calcis, lanx lancis, arx arcis, merx mercis, *X*

Hæc mutant *x* in *ctis*, hylax hylactis, nox noctis; & ab ἄναξ compoſita, ut Aſtyanax, Demonax, & peregrinum illud Bibrax oppidum Galliæ apud Cæſarem.

Quæ in ex deſinunt mutant *ex* in *icis*, ut judex judicis, opifex, opificis; præter fæx, fæniſex, halex, myrmex, nex, prex antiquum, reſex, vervex. quæ ſecundùm Analogiam mutant x in cis; ut fæcis, fæniſecis, halecis, &c.

Hæc *x* in *gis*; Harpax, aquilex, grex, lex, rex, Biturix, maſtix, ſtrix, Japyx, Oryx, Phryx, Styx,

Allobrox, conjux, frux antiquum, phalanx, ſphinx ſyrinx,

Remex facit remigis, ſenex, ſenis, ſupellex ſupellectilis, nix nivis, onyx onychis, ſardonyx ſardonychis.

Ex his quæ diximus liquet Genitivum aut Nominativum æquare numero ſyllabarum, aut unâ ſuperare ſyllabâ. Nam hi Genitivi Itineris, ſupellectilis, præcipitis, ancipitis, fiunt ab antiquis Nominativis itiner, ſupellectilis, præcipes ancipes, Plaut. Mercat. a. 5. ſ. 2. *Inceptum hoc itiner perficere exequar.* Cato adverſus Tiberium Sempronium apud Priſcianum *Si poſſet actio fieri de artibus tuis, quàſi ſupellectilis ſolet.* Plaut. in Commorient. apud eundem. *Saliam in puteum præcipes.* Idem Rudent. a. 4. ſ. 4. *Pòſt altrinſecus eſt ſecuricula ancipes.* Præceps & anceps habent præcipem, ancipem. Idem. Rudent. a. 3. ſ. 3. *Qui ſceleſtus ſacerdotem anum præcipem reppulit.*

Accuſativus. Accuſativus exit in *em*, ut patrem.

Excipiuntur.

1. *Accuſativus in im.* Quæ Accuſativum flectunt in *im* tantùm. Vim, ravim, tuſſim, ſitim, magydarim, amuſſim, charybdim, burim, pelvim, Mephitim, præſepim, ſinapim, leucaſpim, opim, Syrtim, & cucumim pariſyllabum, cannabim, ſecurim, & fluviorum nomina deſinentia in *is* tam Latina quàm Græca; ut Ligarim, Tibrim, Ararim, Albim, Fabarim, Tiberim, Tigrim, Atheſim, Tanaim, Bætim, Halym. Virg. Aeneid. 2 --- *Vimque addere victis.* Plaut. Aulul. a. 2. ſ. 5. *Ad ravim poſcas priùs.* Plin. l. 20. c. 5. *Condita tuſsimemendat.* Horat. l. 2. od. 2. *Nec ſitim pellit.* Plaut. Rudent. a. 3. ſ. 2. --- *Seu tibi confidis fore multam*

tam magydarim. Gellius. l. 1. c. 4. *Vt judicium factum esse ad amussim diceres.* Cicero de orat. 3. *Syrtim patrimonii scopulum libentiùs dixerim, Charybdim bonorum voraginem potiùs.* Virg. Geor. 1. --- *domatur In burim.*

Aeneid. 7. ---*Sævamque exhalat opaca Mephitim.* Plaut. Curcul. a. 2. s. 1. *Ad præsepim suam.*

Aeneid. 6. *Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem.* Aeneid. 1. ---- *Superis in scdibus Opim.* Plin. l. 20. c. 1. *Cucumim silvestrem.* Varro de R. R. l. 1. c. 23. *Sic ubi cannabim, linum* &c. Aeneid. 2. --- *Incertam excussit cervice securim.* Cæsar. l. 8. bel. Gall. *Cùm ad flumen Ligarim veniset.* Aeneid. 3. *Si quando Tibrim vicinaq; Tibridis arva, Intraro.* Virg. Eclog. 1. *Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.* Senec. Medæa. a. 2. ---Albim Persæ Rhenumque bibunt.

Aeneid. 7. *Qui Tiberim Fabarimque bibunt.* Aeneid. 9. --- *Athesim seu propter amænum.* Horat. l. 3. od. 10. *Extremum Tanaim si biberes Lyce.* Livius. l. 28. *Cùm hæc ad Bætim fluvium geruntur.* Cicero de Divinat. l. 2. *Cræsus Halym penetrans magnam pervertet opum vim.*

2. *Accusativus in im, & em.*

Quæ Accusativum habent in *im* & *em*, clavis, puppis, turris, restis, febris, navis, aqualis, strigilis, sementis. Ex quibus, clavis, febris, navis, aqualis, sæpius in *em*; puppis turris, restis sæpius in *im*. Plin. l. 7. c. 56. *Libellam, & tornum, & clavem.* Plaut. Mostell. a. 2. s. 1. --- *Clavim mihi harunce ædium.* Lucan. l. 4. *Texitur in puppem.* Aeneid. 6. *Cæruleam advertit puppim.* Cæsar. l. 2. bel. civil. *Majori cum fiducia ad alteram turrem aggeremque.* Ibid. *Ad hostium turrim murumque perduceret.* Plin. l. 17. c. 10. *Restem*

ſtem circumlini, atque ita ſeri. Terent. Phor. a. 4. ſ. 4. *Ad reſtim mihi quidem res rediit planiſſimè.* Horat. l. 1. epiſt. 16. --- occultam febrem ſub tempus edendi diſſimules. Idem. l. 2. ſat. 3. *In gelida fixum ripa, febrimque reducet.* Idem. l. 1. epiſt. 11. *Idcirco navem trans Aegeum mare vendas.* Aeneid. 1. *Navim in conſpectu nullam.*

Ablativus. Ablativus ſingularis exit in *e*, ut patre.

Excipiuntur

Quæ Ablativum mittunt in i ſolùm, quæ in e, & i. Arare apud Cæſarem. l. 1. bel. Gal Pontem in Arare faciendum curat; non eſt a recto Aris, qui facit Aravim, & in ablat. Arari, ſed ab Avar, quo ipſe eſt uſus libro eodem. Flumen eſt Avar, &c.

Quæ Accuſativum in *im* tantùm faciunt, hæc Ablativum pariter in i tantùm: quæ Accuſativum in *em* & *im*, hæc Ablativum in e, & i. His adde ignis, amnis, ſupellex, unguis, vectis, avis, ovis, claſſis, fuſtis, finis, civis, imber, poſtis, occiput, furfur, pars, ſors, quæ ut longè ſæpius e, ita interdum habent i. Ovid. Metam. 3. *Liquitur, & tecto paulatim carpitur igni.* Horat. l. 1. ſat. 10. --- *Rapido ferventiùs amni.* Cicero in Verrem. 6. *In inſtrumento ac ſupellectili C. Verris.* Horat. l. 3. od. 4. *De tenero meditatur ungui.* Terent. Eunuch. a. 4. ſ. 6. *In medium huc agmen cum vecti Donax.* Horat. l. 1. od. 15. *Malâ ducis avi domum.* Varro. de L. L. l. 7. *Nam ſine reprehenſione vulgi, alii dicunt in ſingulari hac ovi, & hac avi; alii hac ove & hac ave.* Aeneid. 8. *Advectum Aeneam claſſi.* Plaut. Aſinar. a. 2. ſ. 4. *Cum fuſti eſt ambulandum.* Gellius. l. 13. c. 19. *Hac fini hominem dimiſit.* Plaut. Perſ. a. 4. ſ. 3. --- *Auxi civi fæminâ.* Horat. l. 1. ſ. 5. --- *Factum corruptius imbri.* Ovid. Metam. 5. *Rapta de dextro robuſta repagula poſti.* Perſius. ſat. 1. *Occipiti cæco.* Plaut. Capt. a. 4. ſ. 2. *Qui alunt furfuri ſues.* Plaut. Menæch. a. 3. ſ. 2. --- *De parti meâ.* Idem Caſinâ. ſc. 8. *Sorti ſum victus.* Sic colli apud Lucret. l. 2. *Nam ſæpe in colli tondentes pabula læta.* & labi.

labi apud eundem l. 5. *Nec novitate cibi, nec labi corporis ullâ*; item luci l. 4. --- *In luci quæ poterit res accidere ad ſpeciem*; & orbi l. 5. *Pectora terrarum qui in orbi ſancta tuetur.* In quibus poëtæ, ut plurimùm, metri rationem habuerunt. Oratores autem aurem ſunt ſecuti.

2. *Ea neutra in ar habent i in ablat. quorum penuli. naturâ longa, cætera e.*

Neutra definentia in *al, ar*, & *e*; item Menſium nomina, & Adjectiva, quorum Neutrum in *e*, Ablativum mittunt in *i* ſolùm; ut vectigal, calcar, mare, September, Aprilis, fortis, Ablat vectigali, calcari, mari, Septembri, Aprili, forti: præter far, hepar, jubar, nectar, quæ in *e*.

Gauſape, præſepe, Soracte, Prænеſte, Reate, & id genus alia non ſunt hujus loci cum ſint indeclinabilia. Ablativus *rete* apud Plaut. in Perſa. a. 1. ſc. 2. Qui hìc albo rete aliena oppugnant bona; eſt a recto retis apud eundem in Rudent. a. 4. ſc. 3. *ut demiſi retem atque hamum*; ſolebant tamen veteres Neutrorum in *e* ablativum aliquando proferre etiam in *e*: Lucret. l. 1. *E mare primùm homines, e terra poſſit oriri.* Ovid. in Ibin. *Et ſummam Libyco de mare carpat aquam*; & Triſt. l. 5. el. 2. *Exiguum pleno de mare demat aquæ.* Plaut. Milit. a. 4. ſc. 7. *Nam ſi a mare abſtinuiſſem.* Apud poëtas etiam Adjectiva, quorum Neutrum per *e*, Ablativum formant per *e*. Ovid. Metam. 15. --- *Specie cæleſte reſumptâ.* Idem Faſt. 4. *Extaque de porcâ cruda bimeſtre tenet.*

3. *Subſtantiva Appellativa Adjectivis ſimilia Ablativ. in i.*

Subſtantiva Appellativa Adjectivis ſimilia Ablativum fere per i, ut Annalis, affinis, canalis, ſtrigilis, ſodalis, rivalis, ædilis, natalis, popularis, familiaris, bipennis, triremis, contubernalis, &c. Cicero ad Attic. l. 12. epiſt. 24. *Scriptum eſt in tuo*

annali. Idem l. 1. de orat. *Quæret à C. Mario affini noſtro.* Quintil. l. 11. c. 3. *Pleniore tamen hæc canali fluunt.* Horat. l. 2. ſat. 7. *Furtivâ mutet ſtrigili.* Cicero de orat. 2. *Pro meo ſodali qui mihi in liberûm loco.* Idem ad Quint. Frat. l. 3. *Se ipſe amans ſine rivali.* Plin. l. 7. c. 48. *A M. Pomponio ædili plebis.* Horat. l. 4. od. 11. --- *Sanctiorque Pæne natali proprio.* Cicero Philip. 2. *Pro familiari & neceſſario meo.* Æneid. 2. *Ipſe inter primos correptâ dura bipenni Limina perrumpit.* Horat. l. 3. od. 1. *Decedit æratâ triremi.* Interdum tamen more Subſtantivorum, quorum naturam induerunt, *e* habent in Ablat. Quod in paucis eorum oſtendere ſatis erit. Plin. l. 2. epiſt. 13. *Quid enim illo fidelius amico, aut ſodale jucundius?* Ovid. Amor. l. 1. eleg. 8. *Ne ſecurus amet nullo rivale caveto.* Cæſar. l. 2. bel. civil. *Ad proximum littus trireme conſtratâ.* Lucan. l. 7. *Erepto natale foret.* Rudis & volucris Subſtantiva *e* tantùm. Horat. l. 1. epiſt. 1. Spectatum ſatis & donatum jam rude. Plin. l. 9. c. 7. Ocyor volucre. At hujuſmodi propria in *e* tantùm terminantur. Cicero pro Fundanio, *Non modò hoc a Iulio Annale.* Martial. l. 7. ep. 23. *Cum Iuvenale meo.* Sic Felix, Clemens, Martialis, &c.

4. *Adjectiva unius terminationis, in e, & i, mittunt Abl.*

Adjectiva unius terminationis mittunt Ablativum tam in *e* quàm in *i*; ut capax, duplex, Ablat. capace, vel capaci, duplice, vel duplici, præter pauper, ſoſpes, hoſpes, & à *pes* compoſita quæ Ablativum in *e* tantùm: ſolum quadrupes *e*, & *i*. Degener & uber Ablativum in *e*, & *i*: non eſt ergo ut a regulâ excipiantur. Lucan. l. 4. *Si me degeneri ſtraviſſent facta ſub hoſte.* Curt. l. 3. *Vberi & pingui ſolo.* Nec excipiendi Ablativi Participiorum aut Adjecti-

Adjectivorum definentium in *ns*, quasi semper in *e* terminarentur, cùm innumeris testimoniis refellitur hæc sententia. Cicero pro Arch. poet. *Excellenti animo ac virtute. Cæsar* l. 3. bel. civil. *Cum essent ex continenti visi.* Iuvenal. sat. 15. --- *ardenti decoxit aheno.* Virg. Geor. 1. *Area cumprimis ingenti æquanda cylindro.* & Ibid. *Et pluviâ ingenti*, & mox, *flagranti telo.* Aeneid. 2. --- *cæde recenti*, Aeneid. 6. --- *corpusque recenti spargit aquâ.* Aeneid. 1. ---- *levat ipse tridenti.* Ablativi quidem Consequentiæ semper *e* habent; ut, *imperante Augusto, non imperanti.*

Par Adjectivum *pari* tantùm, quia Rectus olim *paris.* Atta in Socru. apud Priscian. l. 7. *Ad hanc fortunam accessit ei fortuna paris.* *Par* substantivum pro socio, *pare*, composita habent *e* & *i*, compare & compari, impare, & impari. *Par.*

Memor habet *i* tantùm, ab antiquo Nominativo hic & hæc memoris & hoc memore. Cæcilius apud Priscianum l. 7. *Itáne est immemoris.* *Memor.*

Comparativa etiam bifariam faciunt Ablativum in *e* & *i*; & ratio est, quòd hæc veteribus unius terminationis fuerint. Valerius Ancias in 6 Annal. apud Priscian. l. 7. *Hoc senatusconsultum prior factum est.* Claud. in 9. Annal. *Qui prior bellum, quod cum his gestum erat, meminissent.* Videas & alia exempla apud Priscianum. l 7. *5. Comparativa Ablativum in e, & i.*

Arpinas, nostras, & id genus contracta in *as*, (cõtracta, inquam; quia priùs integrè dixerunt, hic & hæc Arpinatis, nostratis) Ablativum sæpius in *e*. Plin. l. 2. c. 103. *In Atinate campo*; & mox, *In Casinate fluvius appellatur Scatebra.* Martial. l. 3. ep. 58. --- *Sassinate de sylvâ.* Livius l. 8. *In Capenate agro.* *6. Contracta in as Ablativum in e.*

Cicero pro Varreno apud Priſcianum l. 7. *E municipio Fulginate*: at interdum in *i*. Idem ad Attic. l. 11. epiſt. 4. *De Furſinati, ſi modo futuri ſimus, erit mihi res opportuna.*

Veteres e & i nonnunquam inter ſe commutârunt.

Veteres vocales haſce *e* & *i*. (quarum ſonus admodum vicinus) nonnunquam inter ſe commutârunt *i* pro *e*. Plaut. Mercat. a. 2. f. 1. *Ad portum hinc abii manè cum luci ſimul.* Idem Perſa. a. 1. ſc. 2. *Vt æquâ parti prodeant ad tris viros. e, pro i:* Varro de R. R. *Facilius enim eis quàm minore natu ſunt dicto audientes.* Æneid. 10. *--- hæret pede pes, denſuſque viro vir.* Ovid. *Nocte deæ noctis criſtatus cæditur ales.* Propertius. l. 3. el. 5. *Si placet inſultet Lygdame morte meæ.* In hujuſmodi enim neque rationem verbi, neque conſuetudinem, ſed ſolam aurem ſecuti ſunt. Gellius. l. 13. c. 19.

Nominativus pluralis.

Nominativus pluralis in Maſculinis & Fœminis deſinit in *es*, & interdum in *eis* vel *is*. Varro. de L L. l. 7. *In multitudinis (numero) hæ puppeis, reſteis, & hæ puppes, reſtes*, de quo poſtea in Accuſativo.

Neutra, quorum Ablativus ſingularis exit in *e*, Nominativum pluralem mittunt in *a* impurum. ut onus onere onera. Si in *i*, vel in *e* & *i*, nominativum pluralem mittunt in *ia*; ut mari maria, molli mollia, duplice vel duplici duplicia; præter ubera, vetera; & Comparativa, ut meliora, fortiora, quòd in his Ablativus in *e* longè frequentior: plura antiquè pluria. Vide Gellium. l. 5. c. 21. & Priſcianum l. 3. & 7. Apluſtra, & apluſtria. Sil. l. 10. *Et tranſtra, & mali, laceroque apluſtria bello.* Cicero in Arato *Navibus aſſumptis fluitantia quærere apluſtra*: At potiùs apluſtria ab apluſtre, & apluſtra ab apluſtrum Secundæ. Lucret. l. 4. *Navigia, apluſtris fractis,*

ctis, obnitier undis.

Genitivus pluralis definit in *um*, ut patrum. *Genitivus pluralis.*

Excipiuntur hæc quæ in *ium*.

Quorum Ablativus exit in *i*, vel in *e* & *i*; ut utili utilium, puppe vel puppi puppium. Et hinc Contractorum in as Genitivus in *ium*, quia Ablativus singularis aliquando in i. Cicero ad Atticum l. 4. epist. 7. 1. *Quæ Genitivum faciunt in* ium.

Præter Comparativa quæ in *um*, ut majorum, meliorum, nisi *plus* quod facit plurium. Item hæc Adjectiva; supplicum, uberum, degenerum, congenerum, vigilum, celerum, bicorporum, tricorporum, divitum, quadrupedum, veterum, memorum, inopum, participum, & à facio composita, ut artificum, opificum, carnificum, & hæc Substantiva mugilum, strigilum. *Comparativa, & quædam alia in* um.

Quorum Nominativus singularis in *ns*, aut *rs*, ut infans, adolescens, cohors, infantium, adolescentium cohortium. 2. *Desinentia in* ns, *aut* rs.

Item Parisyllaba in *es*, *is*, & *er*; ut nubes, nubium, mensis mensium, venter ventrium: Plin. l. 9. c. 20. *Pisces attritu ventrium coeunt.* Caro carnium ab antiquo Recto *carnis*, præter canis, panis, juvenis, vates, quæ *um*. Samnitium, & Quiritium, sunt ab antiquis Samnitis, Quiritis. 3. *Parisyllaba in* es, is, & er.

Monosyllaba formant Genitivum in *ium*; ut mas, marium, nix nivium. Excipe, crus, dux, fax, flos, fraus, frux, fur, grex, grus, laus, lex, lynx, mos, nux, pes, præs, ren, rex, splen, strix, sus, vox. 4.

Carentia numero singulari desinunt etiam in *ium*; ut Pænates, mænia, tres, præter cælites, lemures, Luceres, opes, primores, proceres. 5. *Carentia numero Singulari.*

Nominum in *as* Genitivus pluralis olim exibat in *Nomina in* as *olim in* ium, *in Genitivo Plurali.*

in *ium*. Livius l. 5. d. 5. *Neque utilitatium Græciæ* &c. & ibid. *Tam civitatium quàm ſingulorum hominum*. Juſtinus l. 3. *Communia civitatium auxilia*: & l. 9. *Sollicitatus paucarum civitatium direptione*: & l. 13. *Calamitatium neceſſitas fuit*: & l. 17. *Opeſque affinitatium auxilio magnas paravit*.

Syncopata in ium.

Quædam deſinentia in *ium* leguntur Syncopata etiam apud oratores, ut fornacium, Plin. l. 35. c. 14. & fornacum, Idem l. 34. c. 10. ſic apium & apum: Item cohortum, Quiritum, optimatum, locupletum, volucrum; eſt etiam volucrium; Varro de R. R. l. 1. c. 38. Stercus optimum volucrium; at Syncopatum longè uſitatius. Plin. l. 3. c. 11. & l. 10. c. 61. Inprimis autem hoc fit in nominibus deſinentibus in ns; ut potentum, ſequentum, adoleſcentum, ſerpentum, imò parentum contractum uſitatius, quam parentium integrum, quod tamen legitur Horat. l. 3. od. 24. Dos eſt magna parentium virtus.

Boum, bobus, bubus Anomala Feſtorum Nomina Neutra Plurialia, in ium, & interdum in orum.

Boum anomalum eſt, ut etiam bobus & bubus, pro bovibus. Feſtorum nomina neutralia carentia ſingulari genitivum formant in *ium*, & interdum in *orum*; ut Saturnalia Saturnalium & Saturnaliorum, Bacchanalia, Bacchanalium & Bacchanaliorum, Vinalia Vinalium & Vinaliorum, Quinquatria Quinquatrium & Quinquatriorum. Dat. Quinquatribus & Quinquatriis. Cicero Famil. l. 2. epiſt. 12. *dicebatur etiam hoc feſtum Quinquatrus*. Cicero ad Attic. l. 9. epiſt. 15. Gellius l. 2. c. 21. Sic vectigaliorum, anciliorum, exemplariorum pro vectigalium, ancilium, exemplarium. vide Macrobium Saturnal. l. 1. c. 4. Qui Genitivi fortaſſe fluxerunt ab antiquis Nominativis in *um* Secundæ.

dæ. Vectigalium, ancilium, exemplarium.

Accuſativus exit in *es*, olim etiam in *eis* vel *is*. in iis quorum Genitivus pluralis in *ium*, ut partium parteis, vel partis, omnium omneis, vel omnis: Plaut. Pſeudol. a. 1. ſ. 5. *Fac ſis vacivas Pſeudole, ædis aurium.* Æneid. 1. *Treis notus abreptas in ſaxa latentia torquet.* Plaut. Amphit. a. 2. ſ. 2. *Nulla res tam delirantis homines concinnat citò.* Vide Gellium l. 13. c. 19. Ex illis quorum Genitivus pluralis deſinit in *ium*, Priſcianus l. 7. dicit hæc habere accuſativos plurales in *is*. 1. Quorum genitivus ſimilis nominativo, ut navis, omnis. 2 Quæ pluraliter tantùm inflectuntur, ut manes, tres. 3 Quæ in *er* deſinentia ablativum mittunt in *i*, ut acer, imber. 4 Quæ in *ns*, aut *rs* deſinunt, ut mons, pars: Alia vero, licèt genitivus pluralis exit in *ium*, rarò habere *eis* vel *is* in accuſativo. *Accuſativus Pluralis in es, olim in eis, vel is.*

Græca in is per *os* purum declinata, quæ Græcis ſunt 2ª Declinationis Contractorum, & apud Latinos Genitivum habent ſimilem Nominativo, Genitivum faciunt per *is* vel *os*, Dat. *i*. Accuſat. *in* Græcè, quod uſitatius, & *im*, Latinè, Vocat. *i*. Ablat. *i*. ut Nom. Geneſis. Gen. Geneſis vel Geneſeos. Dat. Geneſi. Accuſ. Geneſin, vel Geneſim. Vocat. Geneſi. Ablat. Geneſi. *Græca in is pariſyllaba.*

Barytona impariſyllaba in *is* genitivum *idos* Græcè, & *idis* Latinè, Accuſat. *ida* vel *in*, Græcè, *idem* vel *im* Latinè, ut Nom. Paris. Genit. Paridos vel Paridis. Dat. Paridi. Accuſ. Parida Parin, & Paridem Parim. Vocat. Pari. Ablat. Paride. Sic Iris, Iſis, Daphnis, &c. Accuſativus in a Maſculinis rarior, Fæmininis frequens. Virg. ecl. 1. *Formoſam reſonare doces Amaryllida ſylvas.* & Eclog. 3. *Barytona in is impariſyllaba.*

Phyllida

Phyllida mitte mihi. Accuſativus in *in* frequentiſſimus; reperitur tamen in *em* & *im*. Idem Æneid. 5. *Solus qui Paridem ſuetus contendere contra.* Juvenal. ſat. 6. *Vtque magis ſtupeas ludos, Paridemque reliquit.* Martial. l. 12. ep. 52. *Abſolvit Phrygium veſtra rapina Parim.* Sed Oxytona habent accuſativum in *a* Græcè, & in *em* Latinè; ut Aeneïs (Græcè Αἰνείς vel Αἰνὶς) Æneida vel Æneidem. Sic Amaryllis, Titanis, pyxis, tyrannis, &c.

Oxytona.

Græca in ys tantùm.

Quæ in *is* & *in*, vel *ys* & yn ſimul deſinunt Genitivum *inis*, *vel ynis* retinent; ut delphis vel delphin delphinis, Phorcys vel Phorcyn Phorcynis. At quæ in *ys* tantùm, Genit. vel in *yos* Græcè, vel *yis* Latinè, Accuſat. ſæpius in *yn*, interdum *ym*, Vocat. in *y*, Ablat. in *ye*, vel *y*. ut Nom. Tethys. Gen. Tethyos vel Tethyis. Dat. Tethyi, Accuſ. Tethyn vel Tethym. Vocat. Tethy. Ablat. Tothye vel Tethy. Tethye integrum eſt, Tethy mancum, ad imitationem Dorum qui hujuſmodi declinant pariſyllabicè: Livius. l. 37. *Ab duce eorum Cappye appellatam:* & l. 42. *Ipſe cum Cotye Theſſalonicam eſt profectus.* Idem. l. 1. *Latino Alba ortus, Alba Atys, Aty, Capys Capy Capetus.* Quædam in *ys* genitivum in *ydis*, ut chlamys chlamydis.

Fœminina in ô.

Fœminina in *ô* Genitivum in *ûs*, Accuſativum in *ô* mittunt, ut Sappho, Dido, Aello, Alecto, Calliſto, Calypſo, Clio, Clotho, Echo, Enyo, Erato, Ino, Io, Manto, &c. Virg. Æneid. 10. *Fatidicæ Mantûs, & Tuſci filius amnis.* Ovid. epiſt. Didûs ad Æneam. *Certus es ire tamen, miſeramque relinquere Dido.* Martial. l. 7. ep. 68. *Carmina fingentem Sappho laudavit amatrix.* Veteres tamen, & hos ſecutus Cæſar hæc ad latinam analogiam declinârunt.

Sappho,

Sappho, Sapphonis, Priſcian. l. 6. Ætas autem Quintiliani Græcam ſecuta eſt declinationem, quam & ipſe probat. l. 1. c. 9. Alia Græca Accuſativum tantùm variant in *a* Græcè, & *em* Latinè, ut aer, aeris, aeri, aerem & aera, aer, aere.

Quando Accuſativus ſingularis deſinit in *a*, Accuſativus pluralis in *as* terminari poteſt: ut Lampadas, gigantas, Pleiadas, Hyadas, heroas, Troas, &c. *Accuſativus ſingularis in a.* *Accuſativus pluralis in as.*

Genitivus Græcus in *os*, & accuſativus in *a* Poetis ſolis in uſu, Accuſativus pluralis in *as*, Poetis & Oratoribus, ita tamen ut terminatio Latina *es* Oratoribus frequentior.

Vocativus nominativo maxima ex parte ſimilis. Sed in Propriis in *as* Græcè flexis per *ά*, & in *is*, *ys*, & *us*, a Nominativis ferè abjicitur s, ut Pallas ô Palla, Paris ô Pari, Tethys ô Tethy, Amaryllis ô Amarylli, Theſeus ô Theſeu, Melampus ô Melampu. Quæ tamen interdum more Attico Vocativum habent ſimilem nominativo. Terent. And. a. 1. ſc. 5. O Miſis, Miſis. *Vocativus ſingularis.*

Genitivus pluralis in *ων* interdum retinetur, ut epigrammatôn, hæreſeôn, metamorphoſeôn. *Genitivus pluralis.*

Neutra ſingularia in *ma* Græca ſunt, ut problema, poema, diadema, diploma, quæ veteres ad Latinam quoque formam declinabant, Modò juxta ſecundam Declinationem additâ ſyllabâ *tum*, ut hoc Problematum, hoc poematum: unde Genitivus pluralis problematorum, poematorum, vide Chariſium l. 1. qui hoc probat ex Varrone, Cicerone, & aliis. Dativi & ablativi plurales problematis, poematis, &c. adhuc frequentiore in uſu, Gellius l. 17. c. 21. *Poematis clarum.* Cicero in *Neutra in ma.*

Verrem. 6. *Scapha cum emblematis.* ibid. *Nunc de peripetaſmatis quemadmodum te expedias non habes,* Idem ad Attic. l. 1. ep. 15. Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo poſuiſti contenti erimus. Idem Philip 2. *Conchyliatis Cn. Pompeii periſtromatis,* Plin. l. 29. c. 6. *Glaucomatis medentur.* Idem l. 21. c. 1. *Emplaſtris etiam maxime albis, & malagmatis miſcent.* Apuleius Metam. 11. *Vannos onuſtas aromatis,* vide Priſcian. l. 7. & Chariſium l. 1. qui docet Varronem librum inſcripſiſſe de poematis, Pliniumque exiſtimare rectiùs dici ænigmatis, & peripetaſmatis quam ænigmatibus, peripetaſmatibus. Hoc autem ab Æolibus ut plurima, qui hujuſmodi addunt ſyllabam ῐσι, ut in veteri illo ſenario, quod adfert Euſtathius, in Iliad. β. μὴ κατα γελᾶτε τοῖς ἡμοις παθημαῖσῐσῐ pro παθήμασι. Modò ad formam primæ Declinationis genere Fæminino Plaut. Amphit. prol. *Huc proceſſi ſic cum ſervili ſchemâ.* Idem Milit. a. 1. ſc. 2. *Glaucomam ob oculos objiciemus,* Sueton. in Tiberio c. 43. *Ne cui in operâ edendâ exemplar impetratæ ſchemæ deeſſet.*

Vocativi Chreme, Lache, &c. ſunt Primæ Declinationis, non Tertiæ, Priſcian. l. 6.

Vocativi iſti Chreme, Lache, Socrate, Drance, &c. ſunt Primæ declinationis, in Tertiâ dicitur ô Chremes, ô Laches, ô Socrates. Quæ & Græcis ſunt Primæ, & Quintæ. ὁ Χρέμης Χρέμου, & ὁ Χρέμης Χρέμῃ. Σωκράτης autem, cum ſit proprium Primæ Contractorum, more Attico accuſat. & vocat. habet inſtar Nominum Primæ Simplicium τὸν Σωκρᾶτην ὦ Σωκράτη. unde Socrate Latinis. Sic etiam Achille & Ulyſſe Ovid. Metam. 13. *Tuque tuis armis, nos te potiremur Achille,* & ibid. *Quaque ruit non tu tantum terreris Vlyſſe;* videntur vocativi a Græcis Ἀχίλλη, Ὀδύσση, a nominativis Doricis Ἀχίλλης, Ὀδύσσης.

Quintil. l. 1. c. 9.

Dores

Dores verò, & Æoles in plurimis imitantur Latini. Solent autem Dores teſte Priſcicino l. 6. contracta in ευς efferre per ης Primæ Simplicium. Alii verò malunt fieri a Græcis in ευ abjecto υ, cui ſententiæ favet, quod in illis ε corripitur, Propertius l. 4. el. 12. *Quiq; tuas proavus fregit Achille domos*, nam ε ab η producitur. Eodem modo vocativus Hercule apud Plaut. Rudent. a. 1. ſc. 2. Quique Hercule illi ſocius eſſe diceris, fieri poteſt ab Æolico Ηερκλεῦ, vel a communi Ηερκλες, abjecto s.

Propria in es deducta a Græcis in ευς Genitivum interdum, in ei, & i, ut Vlyſſi, Achilli.

Quædam Propria in *es* deducta a Græcis in ευς Genitivum aliquando habent ad formam Græcorum Secundæ Declinationis, in *eus*, ut Ulyſſes Genit. Ulyſſei, Horat. l. 1. od. 9. *Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei*, & epod. 17. per Synecphoneſin Ulyſſei triſyllabum, & Ablato *i* Ulyſſi. Virg. Æneid. 2. ---- *Aut duri miles Vlyſſi.* Sic Achilles Horat. l. 1. od. 15. *Matroniſque Phrygum claſſis Achillei*, & epod. 17. Virg. Æneid. 1. *Troas reliquias Danaûm atque immitis Achilli.* Sed quid dicendum de illis quæ non fiunt a Græcis in ευς, ſed ης, ut Herculi, Varro de L. L. l. 7 *Herculi, & Herculis clava, utrumque in conſuetudine*, Pericli Perſius ſat. 4. ---*Dic hoc magni pupille Pericli*, Periplectomeni, Plaut. Milit. a. 4. ſc. 1. *Senis hujus uxor Periplectomeni.* Ariobarzani; Cicero ad Attic. l. 13. ep. 2. *Ariarathes Ariobarzani filius*, & Ariſtoteli. epiſt. 28. *Non vides ipſum Ariſtoteli diſcipulum*; item Demoſtheni, Thucydidi, Euripedi & alia apud Priſcianum. l. 6. Videntur hæc fieri ad imitationem Æolum, qui pro ης dixere ευς, ut pro ἡρακλῆς, ἡρακλεὺς, & pariter ωκλεὺς, Αριστοτελεὺς, &c. unde genitivi Herculeï, Herculei, Herculi, uti in Ulyſſes, & ita in cæteris.

Declinatio 3ª a 5ª Græcorum. Fluxit hæc Tertia declinatio a Quintâ Græcorum.

CAP. XIV.

De Quarta, & Quinta Declinatione.

Declinatio Quarta. QUarta Declinatio duas tantùm ſortitur terminationes in Nominativo ſingulari *us* & *u*, ut manus, genu. Quæ in *u* non variantur in caſus. Reperitur tamen cornus in Genitivo ſingulari, & Nominativo plurali apud Plinium l. 28. c. 11. *Cervini cornus cinere ſcabrities eorum inungunt*, & ibid. *Ad hanc & cornus cervini è vino.*

Genitivus & Dativus antiquus. Veteribus Genitivus in *uis* & *i* Dativus in *u*, Terent. Heaut. a. 2. ſc. 2. *Ejus anuis opinor causâ*, Varro. de R. R. l. 1. *Ejus enim ſalivam eſſe fructuis venenum.* Idem l. 1. de vita populi Rom. *De victuis conſuetudine primogeniâ.* Plaut. Capt. a. 4. ſc. 2. *Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me adferas.* Terent. And. a. 2. ſc. 2. *In ædibus nihil ornati, nihil tumulti.* Virg. Geor. 2. *Quòd neque concubitu indulgent.* Idem Adelph. a. 1. ſc. 1. *Veſtitu nimio indulges.* Cæſar l. 1. bel. Gall. *Qui ſummo magiſtratu præerant*, ib. *Quum exercitu frumentum metiri oportet*; & l. 7. *Cujus conſenſu ne orbis quidem terrarum poſſit obſiſtere.* Imò ſemper ille ita loquitur, nec mirũ cum in libris de Analogiâ, omnia iſtiuſmodi fine *i* Literâ dicenda cenſet, ut auctor eſt Gell. l. 4. c. 16. Saluſt. Jugurth. *Non ſe luxu atque inertiæ corrumpendum dedit.* Tacit. l. 24. *Luxu propior*, & 14. *Cruciatu, aut præmio cuncta pervia eſſe.* Spiſſus ergo eſt

eorum

eorum error, qui hoc metri causâ fieri putant, vide Priſcianum l. 7.

Fuere olim multa Secundæ, & Quartæ, quæ jam Quartæ tantùm, quod videri eſt vel ex illo Quintiliani l. 1. c. 9. *Quid de aliis dicam, cum ſenatus, ſenatus, ſenatui, an ſenatus, ſenati, ſenato faciat incertum ſit?*

Jeſus in Accuſativo Jeſum facit, in reliquis caſibus Ieſu. *Ieſus.*

Hæc Dativum, & Ablativum pluralem formant in *ubus*, Acus, arcus, artus, lacus, partus, portus, ſpecus, tribus. Cæſar. l. 3. bel. civil. habet portibus, *Quòd ſe longiùs portibus committere non auderent*, ſed portubus uſitatius. Cicero pro lege Maniliâ. *Non modò provinciis, atque oris Italiæ maritimis, ac portubus noſtris.* Quæſtubus apud Senecam, Thyeſt. a. 2. *Quæſtubus vanis agis iras.* Alii quæſtibus. Virg. Geor. 4. --- *Et mæſtis latè loca quæſtibus implet.* Verubus apud Claudian. in Eutropium l. 2. *Quas figat verubus.* Ovid. Metam. 6. *Pars verubus ſtridet.* Sed an verubus, an veribus ſcribendum, adhuc ſub judice lis eſt. Genubus. Ovid. in epiſt. *Victa precor genubuſque tuis regalia tendo.* Senec. in Hippol. --- *et ſupplex jacet allapſa genubus*, ſæpiùs genibus. Virg. Æneid. 3. --- *Genibuſq; volutans.* Horat. l. 1. od. 23. & l. 2. 7. Addunt nonnulli Ficubus, quercubus, ſed nulla ſtabiliunt auctoritate. Imò nec ficibus legi puto, ſed ficis duntaxat Secundæ, tam pro arbore, quàm fructu. Cætera omnia in ibus. *Quæ Dativum & Ablativum in* ubus.

Hæc Declinatio orta eſt a Tertiâ Latinorum per contractionem, cum enim antiqui dixerunt hæc anus, hujus anuis, hæ anues, has anues, poſteri *Declinatio Quarta a Tertiâ Latinorum.*

iis & ues in u contraxerunt dicentes hujus anus, hæ anus, has anus.

Declinatio Quinta. Nominativus Quintæ Declinationis ſemper *es*, genitivus *ei*, olim *ii*, *e*, & *es*. Cicero pro Roſcio. *Genitivus antiquus, in* ii, ei, es. *Quorum nihil pernicii cauſâ.* Virg. Æneid. 1. *Munera lætitiamque dii*, Saluſt. in Jugurth. *Vix decimâ parte die reliquâ*, Ovid. Metam. 3. *Prima fide vociſque ratæ tentamina ſumpſit*, & Metam. 6. *Vtque fide pignus dextras utraſque popoſcit.* Lucret. l. 4. --- *Rabies unde illæ hæc germina ſurgunt.* Cicero pro Seſtio. *Equites vero daturos illius dies pœnas.* Virg. Geor. 1. *Libra dies ſomnique pares ubi fecerat horas*, ita utrumque locum legit Gellius l. 9. c. 14. at Priſcianus die, nec terminationem hanc *es* agnoſcit.

Dativus antiquus in e. Dativus olim in *e*, Lucil. l. 7. *Qui te diligit, ætati, facieque tuæ ſe Fautorem oſtendat.* Horat. l. 1. ſat. 3. *Prodiderat commiſſa fide, ſponſúmve negarit.*

Antiquè juxta hanc Declinationem flectebantur quædam Tertiæ, ut plebes, plebei, fames, famei, Eſt enim hæc declinatio Tertiæ non multùm diſſimilis, a qua fluxiſſe videtur.

CAP. XV.

De Adjectivis.

Adjectivorum Terminationes. ADjectivorum alia ſunt trium Terminationum, quæ deſinunt in *er*, *ur*, *us*, ut niger, nigra, nigrum, ſatur, ſatura, ſaturum; bonus, bona, bonum. Alia duarum, quorum maſcul. & fæmin. exit in *is*, neutrum in *e*, præter Comparativa, quorum

rum masc. & fœmin. in *or*, neutrum in *us*, ut hic & hæc *tristis*, & hoc *triste*, hic & hæc *tristior*, & hoc *tristius*. Alia unius tantùm, ut *felix*, *vetus*, *par*, *clemens*. Alia duarum simul, & trium, Quæ his versibus comprehenduntur.

Adjectiva duarum, & trium Terminationum.

Campester, volucer, celeber, celer, atque saluber,

Iunge pedester, equester, & acer, junge palustер,

Ac alacer, sylvester;

Ut hic campester, hæc campestris, hoc campestre, & hic & hæc campestris, & hoc campestre: & ita in reliquis; terminatio er olim etiam Fœmin. Ennius l. 16. Æstatem autumnus sequitur pòst acer hyems.

Quo modo veteres flexêre Adjectiva mobilia.

Veteres Grammatici, ut videre est apud Varronem l. 3. de Analogiâ, omnia Adjectiva mobilia. i. e. quæ duas tresve habent formas, sive figuras (ita terminationes appellat) separatim more Substantivorum flexerunt, non conjunctim, ut hodiè, ut hic bonus, hujus boni, huic bono, &c. sicut dominus, hæc bona, hujus bonæ, huic bonæ, &c. sicut musa, hoc bonum, hujus boni, huic bono, &c. sicut regnum, sic hic & hæc tristis, hujus tristis, huic tristi, &c. ut parens: hoc triste, hujus tristis, huic tristi, &c. ut mare.

Quæ jam formant Genit. in ius, olim flectebantur Analogicè.

Solebant etiam veteres ea Adjectiva quæ jam genitivum formant in *ius*, dativum in *i*, secundum analogiam inflectere, sicut bonus, viz. unus, totus, solus, ullus, alius, alter, uter, neuter; cum compositis. Cicero, *Hoc judicium sic expectatur, ut non unæ rei statui sed omnibus constitui putetur*. Autor ad Herennium. *Non res totæ rei necesse est similis sit.* Terent.

Cicero pro M. Tullio Decla. apud Priscian. l. 6.

rent. Eunuch. a. 5. sc. 7. *Mihi sola ridiculo fuit.* Idem And. a. 3. sc. 5. *Tam nulli consilii sum.* Plaut. Milit. a. 3. sc. 1. *Studiosus rei nullæ, aliæ est,* Idem Trucul. a. 1. sc. 1. *Si alter alteri potitus est,* Terent. Heaut. a. 2. sc. 2. --- *Alteræ dum narrat.* Genitivo neutri utitur Varro l. 2. de Analogiâ, *Maris, fœminæ, & neutri,* quem sequuntur Probus, Phocas, Diomedes, cæterique Grammatici veteres, & ex recentioribus Grammaticis non pauci, iique non indocti; at *Neutrius* Cicero ad Attic. l. 12. ep. 30. *Fructum autem neutrius.*

Alius. Alius neutrum facit aliud, pro quibus antiquissimi dixerunt alis, alid, Lucret. l. 2. *Sic alid ex alio nunquam desistet oriri.* Catullus de comâ Berenices, *Conjugium quo non fortior ausit alis,* & hinc est quòd alius aliud facit, non alium in neutro; fit enim ab antiquo alid interposito *u.*

Vnus. Unus Substantivo plurali non adjungitur, nisi quòd careat numero singulari, & in plurali, rem tantùm unam significat, Cicero ad Attic. l. 1. ep. 50. *Vnas mihi scito literas redditas esse, one letter.* Salust. *Postquam in una mœnia convenêrunt, one citie.* Illud autem Virgilii Æneid. 2. --- *Satis una superque, Vidimus excidia,* pro unum excidium, Poeticum est quibus Enallage numeri frequens. Plaut. tamen Trinum. a. 1. sc. 2. dixit, *Quia rure dum sum ego unos sex dies, pro solos.*

CAP.

CAP. XVI.

De Comparatione Adjectivorum.

COmparantur Adjectiva, quorum Significatio augeri minuive potest, si modò illorum Comparationem usus approbaverit. Sunt enim non pauca, quorum significatio nihil impedit, quò minùs comparentur, quæ tamen usu recepta non sunt, qualia sunt, Memor, magnanimus, canus, canorus, degener, delirus, jejunus, claudus, egenus, &c. *Comparatio Adjectivorum.*

Comparatio triplex, voce tantùm, ubi vox convenit, significatio dissentit; ut Novus *neuve*, novissimus *last*. Significatione tantùm, ubi significatio convenit, vox dissentit, ut Bonus, melior, optimus. Voce & significatione, ubi utráque conveniunt, ut Doctus doctior doctissimus.

Nomina Graduum comparationis non satis accommoda, Comparativus enim & Superlativus non minùs ponunt, quàm Positivus, & Comparatio æquè fit per Superlativum, ac Comparativum, imò & in quibusdam positivis, ut similis, dissimilis, æquè, &c. Hoc vidit acutissimus Scaliger qui nova, eaque meliora substituit; Positivum vocat ἀόριστον Indefinitum, mallem acquievisset illo Quintiliani, qui absolutum dicit. Comparativum appellat ὑπερθετικὸν Superativum; Superlativum autem ἐκφορικὸν, defuit illi Latinum nomen quo summum exprimeret excessum. *Quintilianus l. 9. c. 3.*

Positivus desinit in *er, es, is, us, ns, rs, x*, ut Niger, locuples, tristis, lætus, frequens, iners, felix. *Positivorum terminatio.*

Comparativus aliquando excedit Superlativum.

Comparativus aliquando excedit Superlativum. Cicero in peroratione librorum de officiis. *Vale mi Cicero, tibique persuade te mihi quidem esse chariſſimum, ſed multò fore chariorem, ſi talibus monumentis præceptiſque latabere.* Idem pro Marcello. *Maximas tibi omnes gratias agimus C. Cæſar, majores etiam habemus.* Plinius in Panegyr. *Meliorem optimo genuit.* Interdum minùs ſignificat quàm Poſitivus. Æneid. 1. *Triſtior, & lacrymis oculos ſuffuſa nitentes.* i. e. ſubtriſtis, vel ex parte triſtis, ut rectè Priſcianus. Ovid. l. 1. de remed. amoris. *Duriùs incedit fac ambulet.* i. duriuſculè. Interdum idem quod Poſitivus, Æneid. 1. *Arma diu ſenior deſueta trementibus ævo Circumdat nequicquam humeris.* i. e. ſenex.

Quæ Comparativis intendendi gratiâ addita.

Comparativis intendendi gratiâ addi ſolent Eò, quò, hoc, tantò, quantò, aliquantò, paulò, nimiò, multò, longè, interdum etiam magis, Plaut. Stych. a. 4. ſc. 6. *Imò enim hîc magis eſt dulcius.* Idem Capt. ſc. 9. *Nihil invenies hoc certo magis certius.* Idem prologo Menæchmi. *Qui dederit magis majores nugas egerit.* Virg. in Culice. *Qui queat optato magis eſſe beatior ævo?* Hoc a Græcis Euripides in Hecuba Θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος ἢ ζῶν. *Moriens ſed ille ſit magis felicior quàm vivus.* Ariſtoteles Topic. l. 3. c. 1. Καὶ ὅλως τὸ πρὸς τῦ βίου τέλος αἱρετώτερον μᾶλλον, ἢ τὸ πρὸς ἄλλό τι. *Planèque illud, quod refertur ad vitam velut finem, optabilius magis eſt eo, quàm ad aliud quid.* In quibus τὸ μᾶλλον & magis præſtantiam ejus quod confertur ad illud cum quo confertur auget.

Superlativus aliquando rei non tam gradum, quam certitudinem addit, ut Mala præſentiſſima, i. e. certiſſimè præſentia.

Quæ

Quæ Superlativum formant in *limus* trito hoc versu complectuntur. *Dant tibi quinque limus, quæ ſignat dictio FAGVS.* i. e. facilis, agilis, gracilis, humilis, ſimilis, Addit Valla l. 6. Elegant. c. 26. *docilis docillimus*, ſed nec hoc, nec *gracillimus, aut agillimus*, idonei alicujus ſcriptoris auctoritate confirmatum video. Certè Chariſius in capite de Adverbio agnoſcit *agiliſſimus*, & *dociliſſimus*, indeque format Adverbia *agiliſſimè*, *dociliſſimè*, At ab *imbecillis* formatur *imbecillimus*. Seneca epiſt. 85. *Quantulum autem ſapienti damus, ſi imbecillimis fortior eſt*; eſt & imbecilliſſimus ab imbecillus, Celſus l. 2. c. 18. *Molle, & ſorbile imbecilliſſimæ.* *Superlativa in limus.*

Quæ derivantur à *dico, volo* & *facio* Comparativum faciunt per *entior*, Superlativum per *entiſſimus*, ab antiquis Poſitivis in *us*, ut *maledicus, maledicentior, maledicentiſſimus* a *maledicens, benevolus, benevolentior, benevolentiſſimus* a *benevolens, magnificus magnificentior magnificentiſſimus* a *magnificens*, Sed *mirificus mirificiſſimus*. Terent. Phor. a. 5. ſc. 6. --- *Atqui mirificiſſimum.* *Derivata a dico, volo, & facio.*

Mendaciloquius, & *confidentiloquius* à Poſitivis *mendaciloquus*, & *confidentiloquus* apud Plautum Trinum. a. 1. ſc. 2. Sed hoc more ſuo Plautus, cui verba nova cudere non eſt novum.

Quæ in *us* præcedente vocali deſinunt, ideò comparationem non admittunt, quia Comparativus Poſitivum unâ ſyllabâ ſuperet, ut doctus doctior, quod in his non fit, quoniam i inter duas vocales fit conſonans, aut ſi vocalis maneat, ut ſuperet Poſitivum, ex vocalium concurſu naſceretur Cacophaton, Sed auctores hæc Grammaticorum ratio non ſemper movet. Plaut. Epid. a. 3. ſc. 4. *Deſinentia in us Vocali præcedente.*

Nam ſtrenuiori deterior ſi prædicat ſuas pugnas, de illius ore fiunt ſordidæ. Idem Moſtel. a. 1. ſc. 2. *Quo neque induſtrior de juventute erat.* Saluſt. Catil. *Nam ſtrenuiſſimus quiſque aut occiderat in prælio. Aſſiduior* apud Varronem de R. R. l. 2. c. 9. *Aſſiduiſſimus* apud Suetonium in Auguſto. c. 71. *Exiguiſſimus* apud Ovidium Heroid. 14. *Piiſſimus* in epiſtola Antonii ut parùm Latinum notat Cicero Philip. 13. Quo tamen uſus Quintilianus declam. 6. *Ille juvenis etiam ante hoc crimen piiſſimus,* & Curtius l. 9. *O fidiſſimi piiſſimique civium,* leguntur etiam *perpetuior, perpetuiſſimus, innoxior, arduior, arduiſſimus, egregiior, egregiiſſimus,* eſt & *egregius* pro *egregiius* apud Juvenalem ſat. 10. *Egregius cænat, meliuſque miſerrimus horum.* Eſt & *ipſiſſimus* apud Plaut. Trinum. ſc. 11. Sed quo quis licenter, aut jocosè ad movendum riſum uſus fuerit, hoc nobis ſtatim uti non licebit.

Vide Priſcianum l. 3.

Comparativa & Superlativa deducta à Superlativis.

Reperiuntur Comparativa & Superlativa quædam a Superlativis deducta. Seneca epiſt. 108. *Modum ſervum, & quidem abſtinentiæ proximiorem.* Apuleius Metam. 1. *Si quid eſt noviſſimo extremius.* Gracchus apud Gellium l. 15. c. 12. *Omnium nationum poſtremiſſimum. Parviſſimus* non ſolùm apud Lucretium l. 1. ſed etiam Varronem.

Comparatio Anomala.

Vetus, veterior, veterrimus ab antiquo *veter.* Ennius apud Priſcianum l. 3. *Cum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo. Maturus, maturior, maturiſſimus,* & *maturimus* ab antiquo *matur. Nequam, nequior, nequiſſimus,* ab antiquo *nequus. Inferus inferior, infimus vel imus. Superus, ſuperior, ſupremus vel ſummus.* Livius Andronicus apud Priſcian. l. 3. *Inferus an ſuperus tibi fert deus funera Vlyſſes.* Cicero

cero Tuſcul. 1. *Supera inferáque omnia. Exterus & exter, exterior, extremus* vel *extimus*. Virg. Æneid. 4. --- *Et nos fas extera quærere regna. Poſterus, poſterior poſtremus* vel *poſtumus*. Æneid. 3. *Poſtera jamque dies primo ſurgebat Eoo. Dis* vel *dives, ditior* & *divitior, ditiſſimus* vel *diviti ſſimus*.

Poſitivo carent *citerior, citimus* ab antiquo *citer*, Cato de Agna paſcenda. *Citer ager alligatus ad ſacra erit, interior, intimus, ulterior, ultimus*, ab antiquo *ulter*, Priſcian. l. 14. *Propior, proximus, prior, primus* ab obſoleto *priſ, diutior, diutiſſimus, ocyor, ocyſſimus*, ab ὠκύς, *deterior, deterrimus*, ab antiquo *deter, potior potiſſimus* huc non pertinet cum ſit poſitivus, *potis*. Priſcian l. 15. *penitior, penitiſſimus*, a *penitùs*, Plaut. Aſinar. a. 1. ſc. 1. *uſque ex penitis faucibus*; Comparativo carent. *Inclytus, inclytiſſimus, diverſus, diverſiſſimus, meritus, meritiſſimus, invitus, invitiſſimus, novus, noviſſimus, invictus, invictiſſimus, ſacer, ſacerrimus, juriſconſultus, juriſconſultiſſimus, falſus falſiſſimus, perſuaſus, perſuaſiſſimus, fidus fidiſſimus, nuperus, nuperrimus*, Plaut. Capt. a. 3. ſc. 5. *Recens captum hominem nuperum, & novitium*; *bellus, belliſſimus*. *Comparatio Defectiva.*

Superlativo deſtituuntur. *Opimus opimior, ſiniſter, ſiniſterior, dexter, dexterior*, nam *ſiniſtimus* & *dextimus* Poſitiva ſunt. Saluſt. bello Iug. *Sylla cum equitatu, apud dextimos, in ſiniſtra parte A. Manlius*, i. e. in dextera parte, *juvenis, junior* ab antiquo *juvenior, declivis, declivior, adoleſcēs, adoleſcentior, ſenex, ſenior, longinquus, longinquior, ſalutaris, ſalutarior*.

Anterior & licentior Poſitivo carent & Superlativo.

Subſtantiva non comparantur, quia incremen-

tum ſignificationis non admittunt; at ſi quando fit, fit abuſivè, & propter qualitatem aliquam rebus inſitam, ut Plaut. Pœnul. a. 5. ſc. 4. *ô patrue mi patruiſſime*, & a. 5. ſc. 2. *Nullus me eſt hodiè Pœnus Punior*, Gellius l. 3. c. 3. *Qui quoniam ſunt, ut de illius Plauti more dicam, Plautiniſſimi.* Hujuſmodi in exemplum non trahenda.

CAP. XVII.

De Pronomine.

Pronomen. PRonomen eſt quaſi Nomen vicarium, pro Nomine enim ponitur, quùm Nominis repetitio minùs grata.

Quot ſunt Pronomina. Pronomina, de quibus nulla eſt controverſia ſunt 15. *Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.* Quibus alii multa addunt alia, ut, *Qui, quis, cum* compoſitis, *quantus, tantus, qualis, talis, nemo, omnis reliquus, cæterus, univerſus, ambo, duo, cujus, cuja, cujum, cujas, quot, tot, quotus, unus, totus, ſolus, alius, ullus, nullus, alter, uter, neuter.* Nobis autem non viſum eſt hic à Regia Grammatica diſcedere, præſertim, cum, præter alios, Priſcianum, & Linacrum Grammaticos cum primis nobiles auctores habeat: Priſcianus hanc ſententiam acriter defendit. l. 2. & l. 3. multus in hoc eſt, ut doceat ea tantùm cenſenda Pronomina, quæ omni orbata quantitate, & qualitate certam & finitam ſignificent ſubſtantiam. Quod idem Varro de Analogia. l. 2. ubi oſtendit differentiam inter Nomen Proprium & Pronomen,

Voſſius de Analogia l. 1. c. 2. & l. 4. c. 2.

men, cum Nomen Proprium ut finitum, Pronomen finitum vocat, quòd certius aliquid, & magis finitum quam Nomen significet, e. g. si dicam hic est pater meus, ille frater, certiùs & apertiùs loquar, quàm si dixero *Demea* est pater meus, *Aeschinus* frater, quòd plures possunt esse Demeæ, plures Æschini. Sic Scaliger de caus. L. L. l. 6. c. 127. Ego & tu individualitatem statuit magis quam nomen Cæsaris, & Catonis, neque enim cum dico ego, potes alterum intelligere, neque cum altero communicare; quùm dico Cæsar, etiam in alterum transmitti potest intellectus.

Mis, tis, an pro mei, & tui, vel pro meis, & tuis.

An *mis* & *tis* apud antiquos usurpentur pro genitivis *mei, tui*, an pro ablativis *meis, tuis*, non satis liquet; Exempla, quæ afferuntur, litem non dirimunt. Illud Plauti Pseudol. a. 1. sc. 1. *Mei te rogandi, & tis respondendi mihi*, huc non pertinet cùm non *tis* sed *tui* legendum docet locus iste Gellii, l. 20. c. 5. *Mei autem casus interrogandi, quem, genitivum Grammatici vocant*, & mox, *Tui aequè declinatur ab eo quod est tu*, Sic namque Plautus declinavit in Pseudolo in hisce versibus, *Si ex te tacente fieri possem certior, Here, quæ miseriæ te tam miserè macerent, Duûm labori ego hominum parsissem lubens, Mei te rogandi, & tui respondendi mihi.* Videntur tamen potius esse Genitivos, Vtcunque *sis* non pro *sui* sed *suis* ponitur, uti *sas* pro *suas*, & *sos* pro *suos* extrito *u*. Ennius apud Festum l. 17. *Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas*. Idem, *Postquam lumina sis oculis bonus Ancas reliquit. Sas* inquit Festus pro *suas*, & *sis* pro *suis*; pro *me*, & *te*, *med*, & *ted* passim apud Plautum, pro genitivis *nostrûm*, & *vestrûm*, *nostrorum*, & *vestrorum*, Plaut. Mostel.

Sis pro suis, sas pro suas, sos pro suos.

tum significationis non admittunt; at si quando fit, fit abusivè, & propter qualitatem aliquam rebus insitam, ut Plaut. Pænul. a. 5. sc. 4. *ô patrue mi patruissime*, & a. 5. sc. 2. *Nullus me est hodiè Pœnus Punior*, Gellius l. 3. c. 3. *Qui quoniam sunt, ut de illius Plauti more dicam, Plautinissimi.* Hujusmodi in exemplum non trahenda.

CAP. XVII.

De Pronomine.

Pronomen. PRonomen est quasi Nomen vicarium, pro Nomine enim ponitur, quùm Nominis repetitio minùs grata.

Quot sunt Pronomina. Pronomina, de quibus nulla est controversia sunt 15. *Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras.* Quibus alii multa addunt alia, ut, *Qui, quis, cum* compositis, *quantus, tantus, qualis, talis, nemo, omnis reliquus, cæterus, universus, ambo, duo, cujus, cuja, cujum, cujas, quot, tot, quotus, unus, totus, solus, alius, ullus, nullus, alter, uter, neuter.* Nobis autem non visum est hic à Regia Grammatica discedere, præsertim, cum, præter alios, Priscianum, & Linacrum Grammaticos cum primis nobiles auctores habeat: Priscianus hanc sententiam acriter defendit. l. 2. & l. 3. multus in hoc est, ut doceat ea tantùm censenda Pronomina, quæ omni orbata quantitate, & qualitate certam & finitam significent substantiam. Quod idem Varro de Analogia. l. 2. ubi ostendit differentiam inter Nomen Proprium & Pronomen,

Vossius de Analogia l. 1. c. 2. & l. 4. c. 2.

men, cum Nomen Proprium ut finitum, Pronomen finitum vocat, quòd certius aliquid, & magis finitum quam Nomen ſignificet, e. g. ſi dicam hic eſt pater meus, ille frater, certiùs & apertiùs loquar, quàm ſi dixero *Demea* eſt pater meus, *Aeſchinus* frater, quòd plures poſſunt eſſe Demeæ, plures Æſchini. Sic Scaliger de cauſ. L. L. l. 6. c. 127. Ego & tu individualitatem ſtatuit magis quam nomen Cæſaris, & Catonis, neque enim cum dico ego, potes alterum intelligere, neque cum altero communicare; quùm dico Cæſar, etiam in alterum tranſmitti poteſt intellectus.

Mis, tis, an pro mei, & tui, vel pro meis, & tuis.

An *mis* & *tis* apud antiquos uſurpentur pro genitivis *mei*, *tui*, an pro ablativis *meis*, *tuis*, non ſatis liquet; Exempla, quæ afferuntur, litem non dirimunt. Illud Plauti Pſeudol. a. 1. ſc. 1. *Mei te rogandi, & tis reſpondendi mihi*, huc non pertinet cùm non *tis* ſed *tui* legendum docet locus iſte Gellii, l. 20. c. 5. *Mei autem caſus interrogandi, quem, genitivum Grammatici vocant*, & mox, *Tui æquè declinatur ab eo quod eſt tu*, Sic namque Plautus declinavit in Pſeudolo in hiſce verſibus, *Si ex te tacente fieri poſſem certior, Here, quæ miſeriæ te tam miſerè macerent, Duûm labori ego hominum parſiſſem lubens, Mei te rogandi, & tui reſpondendi mihi.* Videntur tamen potius eſſe Genitivos, Vtcunque *ſis* non pro *ſui* ſed *ſuis* ponitur, uti *ſas* pro *ſuas*, & *ſos* pro *ſuos* extrito *u*. Ennius apud Feſtum l. 17. *Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas*. Idem, *Poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancas reliquit. Sas* inquit Feſtus pro *ſuas*, & *ſis* pro *ſuis*; pro *me*, & *te*, *med*, & *ted* paſſim apud Plautum, pro genitivis *noſtrûm*, & *veſtrûm*, *noſtrorum*, & *veſtrorum*, Plaut. Moſtel.

Sis pro ſui, ſas pro ſuas, ſos pro ſuos.

Moſtel. a. 1. ſc. 3. *verum illud eſt, maximâque pars veſtrorum intelligit*; vide Gellium l. 20. c. 5. & hinc noſtrûm & veſtrûm circumflectuntur in ultima pro *is ips*, pro *eum im*, pro *iis ibus*, & *eabus* fæmin. pro *his hibus*, pro *quis quips*, pro *cujus quojus*, pro *cui quoi*, & *qui*, pro *ipſe ipſus* & hinc neutrum ipſum adhuc in uſu, non ipſud, ut iſte iſta iſtud, vide Popin. de uſu antiq. locut. c. 10.

Vocativus mi. *Meus* in vocativo analogicè *mee* faceret, ſed duas *e* breves euphoniæ causâ verti in *i* longum, vult Priſcianus l. 3; At melior ſententia Diomedis l. 1. qui deducit ab antiquo recto *mius*.

Primitiva. Derivativa. Pronomina ſunt vel Primitiva, *ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte hic & is*, vel Derivativa *meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtrâs, veſtrâs*, derivata à genitivis Primitivorum *mei, tui, ſui, noſtri, veſtri*.

Reſpectu ſignificationis Pronomina ſunt, Demonſtrativa, Relativa, Poſſeſſiva, Gentilia, Reciproca.

Demonſtrativæ. Demonſtrativa ſunt quæ rem demonſtrant, *Ego, tu, hic, ille, iſte, ipſe, is*.

Relativa. Relativa, quæ rem antecedentem referunt, *Hic, ille, ipſe, iſte, is* cum compoſito *idem* & adventitio *qui*.

Poſſeſſiva. Poſſeſſiva, quæ poſſeſſionem ſignificant, *meus, tuus, ſuus, noſter, veſter*.

Gentilia. Gentilia, quæ gentem, patriam, familiam, aut ſectam denotant, *noſtrâs, veſtrâs*.

Reciproca. Reciproca, quæ ſeſe reflectunt, & referunt ad eandem tertiam perſonam, quæ præcedebat, *ſui*, & *ſuus*, de quibus in Syntaxi.

Noſtrâs, veſtrâs, &c. quomodo flectuntur. *Noſtrâs, veſtras, cujas, Arpinâs, Capenâs*, & id genus alia, olim, (ut aiunt) inflectebantur ſicut triſtis,

triſtis; ut hic & hæc *noſtratis*, & *hoc noſtrate*, de maſculino & fœminino non repugno, & hinc ultima circumflectitur, quòd per Syncopen ſit prolata. Caſſius Hemina in 3. Annal. apud Priſcian. l. 12. *Hos libros ſi quis noſtratis ſapiens*, &c. Cato in Orig. apud eundem. *Si quis mortuus eſt Arpinatis.* Plaut. Moſtel. a. 3. ſc. 2. *Quid? Sarſinatis ecqua eſt?* At eruditius ſeculum contractis magis gaudebat, iiſque omnium generum. Cicero ad Attic. l. 16. epiſt. 13. *In quo flexus eſt ad iter Arpinâs.* Livius l. 5. Corneliis *Falliſcum bellum, Valerio, & Servilio Capenâs ſorte evenit.* & l. 8. *Eodem anno Privernâs bellum initum eſt.* Audiendi ergo non ſunt, qui hæc in *âs* definentia volunt eſſe maſculini aut fœminini generis tantùm, cum reclament exempla antiquæ & aureæ illius ætatis. Scaliger exercitat. 206. *noſtrate* neutrum pro *noſtrâs* uſurpat, quem hic ſequi non auſim, cùm neutrum in *e* tam rarum, ut vix uſpiam occurrat.

Quis eſt Interrogativum, vel Infinitum. Terent. And. a. 4. ſc. 5. *Quis hìc loquitur?* Virg. Eclog. 3. *Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.* Qui Relativum. Seneca in Medea. *Ira, quæ tegitur, nocet.* Aliquando tamen uſurpatur Interrogativè: Æneid. 6. --- *qui nunc concurſus ad amnem?* Aliquando Indefinitè: Cicero pro Planco; *Neque enim qui nummi fuerint, nec quæ tribus, nec qui diviſor, oſtenderis.* Necnon in compoſitis: Cicero pro Sullâ. *Atque illud etiam addam, nequi fortè incipiat improbus*, pro *nequis*. Plaut. Stich. a. 1. ſc. 3. *Qui cænâ poſcit? ecqui poſſit prandio? qui* pro *quis*, & *ecqui* pro *ecquis*. *Quis.* *Qui.*

Quis veteribus fœminini generis. Plaut. Aulul. *Quis antiquis fœmin.*

De obliquis ejus.

a. 2. ſc. 1. *Quis ea eſt, quam vis ducere uxorem?* Idem Trucul. a. 1. ſc. 1. *Sed hæc quis mulier?* Idem Ciſtel. a. 1. ſc. 1. *Neque quiſquam alia mulier.* Hujus obliquos ſecundùm tertiam Declinationem protulerunt, & hinc iis ablativus ſingularis in *i* omnium generum. Plaut. Ciſtel. a. 1. ſc. 1. *En unquam cum quiquam viro conſueviſti?* Idem Amphit. prol. *Patera aurea, qui Pterela potare rex ſolitus eſt.* Idem Aulul. prol. *Mihi quotidie, aut thure, aut vino, aut aliqui ſemper ſupplicat.* Et in ablativo plurali pro *quibus*. Idem Capt. a. 5. ſc. 3. *Aut anates, aut coturnices dantur, quicum luſitent*, ex ablativo plurali *quîs* & *cum*. Nominativus & Accuſativus plurales in *es*. Pacuvius apud Priſcian. l. 11. *Ques ſunt iſti?* Cato apud eundem. *Queſcunque Romæ regnaviſſent*: & hinc nunc etiam Accuſat. ſingul. maſcul. in *cm*, & Ablativus pluralis in *bus*, Genitivus priſcis *cui*, & hinc *cuicuimodi* pro *cujuſcujuſmodi* apud Ciceronem Tuſcul. 5. *Vbi enim melius uti poſſumus hoc cuicuimodi eſt otio.*

Iſtæc pro iſtæ, & hæc pro hæ.

Iſthæc fæmininum antiquiſſimis pro *iſtæ*, Plaut. Moſtel. a. 1. ſc. 3. *Iſthæc veteres, quæ ſe unguentis unctitant*: ſic *hæc* pro *hæ*. Idem Pænul. a. 4. ſc. 3. *Hæccine ſunt filiæ meæ?*

Quibuſcum Pronomina componantur.

Pronomina componuntur inter ſe; ut, Nom. *Iſtic, iſtæc, iſtoc*, vel *iſtuc*. Accuſat. *iſtunc, iſtanc, iſtoc*, vel *iſtuc*. Ablat. *iſtoc, iſtac, iſtoc*. Plural. Nominat. & Accuſ. *iſtæc*. Sic *illic, illæc, illoc*. Cum Nominibus; ut, *cujuſmodi, hujuſmodi, iſtiuſmodi, illiuſmodi*, & fiunt Nomina invariabilia. Cum Verbis, ut *Quivis, quilibet*. Cum Adverbiis, ut *Eccum, eccam, eccos, eccas*, ab *ecce* & *is, ellum, ellam, ellos, ellas*, ab *ecce* & *ille*, Comicis uſitat. *Idem* videtur potiùs compoſi

poni ab *is*, & *dem* adjectione ſyllabicâ, quàm *is*, & *demum* Adverbio. Cum Conjunctione, ut *Quiſnam*: in *quiſque*, *que* adjectio ſyllabica etiam, non Conjunctio. Cum ſyllabicis adjectionibus, emphaſeos gratiâ, *met*, *te*, *ce*, *pte*, *cine*. *Met* componitur cum *ego*, *tu*, *ſui*, ut *egomet*, *meimet*, *mihimet*, *memet*, *noſmet*, *nobiſmet*. Sic *ipſemet*, *ſibimet*, *ſemet*. *Tumet* in recto non dicitur, ne putetur eſſe Verbum a *tumeo*, ſed *tuimet*, *tibimet*, *temet*, *voſmet*, *vobiſmet*. *Te* componitur cum *tu*, & *te*; ut *tute*, *tete*. *Ce* componitur cum *hic*, ut *hujuſce*, *huncce*, *hoſce*, *horunce*, *harunce*, *horunce*, & per Apocopen *horunc*, *harunc*, *horunc* antiquè; & cum Genitivis *ejus*, *cujus*; ut, *ejuſce*, *cujuſce*. *Pte* apponitur iſtis Ablativis *meâ*, *tuâ*, *ſuâ*, *noſtrâ*, *veſtrâ*; ut, *meapte*, *tuapte*, &c. Interdum etiam maſculinis, & neutris; ut, *meopte Marte*, *tuopte labore*, *ſuopte ingenio*, *noſtropte damno*. *Cine* componitur cum *hic*; at in illis ſolummodo caſibus quæ in *c* deſinunt, ut *hiccine*, *hæccine*, *hoccine*, *hunccine*, *hanccine*, *hoccine*, &c. *Pſe* apud veteres ſolum reperitur, idque tantùm cum *eam*, & ea; ut, *eampſe*, pro *eam ipſam*; *eapſe*, pro *eâ ipſâ*, ſicut *reapſe* pro *re ipſâ*.

Quis in compoſitione hiſce particulis poſtponitur; *ne*, ut *nequis*; *alius*, ut *aliquis*; *num*, ut *numquis*; *ec*, ut *ecquis*; *ſi*, ut *ſiquis*. Et hæc tam in fœminino ſingulari, quàm in neutro plurali, *qua* habent, non *quæ*; ut, *ſiqua mulier*, *nequa flagitia*. Præter *ecquis*, quod habet *quæ*, & *qua*; & *ſiquis* aliquando *ſiquæ* in neutro plurali. Cicero ad Attic. l. 7. epiſt. 8. *Ecquæ ſpes pacificationis ſit*. Idem Acad. 4. *Ecqua poterit in agnoſcendo eſſe diſtinctio*. Idem l. 15. epiſt. *Quibus particulis Quis poſtponitur.*

Quibus particulis Quis præponitur.

14. *Sed ſi quæ ſunt onera tuorum.* Præponitur autem his particulis, *nam*, *piam*, *quam*, *que*, ut *quiſnam*, *quiſpiam*, *quiſquam*, *quiſque*. Et hæc ubique, præterquam in Ablativo ſingulari, *quæ* habent, non *qua*. *Quis* etiam cum ſeipſo componitur, & in hunc modum variatur. Nom. *Quiſquis*, *quicquid*. Genit. *cujuscujus*. Dat. *cuicui*. Accuſ. *quemquem*, *quicquid*. Ablat. *quoquo*, *quaqua*, *quoquo*. Plur. Nom. *quiqui*. Genit. *quorumquorum*. Dat. *quibuſquibus*. Accuſ. *quoſquos*. Ablat. *quibuſquibus*. Ex his *quiſquis*, *quicquid*, & *quoquo* uſitatiſſima, reliqua non item. Invenies tamen *quemquem* apud Terent. Hecy. a. 1. ſc. 1. *Quin ſpolies, mutiles quemquem nacta ſis.* *Quibuſquibus* Livius l. 1. decad. 5. *Liberos ſuos quibuſquibus in eam conditionem*, &c. Ex his quædam duplicem admittunt compoſitionem; ut, *unuſquiſq;*, *unaquæque*, *unumquodque vel unumquidque*. Genit. *uniuſcujuſque*, &c. Plurali caret. Sic *ecquiſnam*, *ecquænam*, *ecquodnam vel ecquidnam*, cæteris caret.

Quiſquis.

Vnuſquiſque.

Ecquiſnam.

Quibus particulis Qui præponitur.

Qui in compoſitione præponitur his particulis *dam*, *vis*, *libet*, *cunque*; ut *quidam*, *quivis*, *quilibet*, *quicunque*. Et hæc ubique, præterquam in Ablativo ſingulari, *quæ* retinent, non *qua*. *Quicunque* in neutro genere habet *quodcunque*, non *quidcunque*; Reliqua *quod*, & *quid*, ut *quoddam*, vel *quiddam*, *quodvis*, vel *quidvis*, *quodlibet* vel *quidlibet*.

CAP.

CAP. XVIII.

De Verborum Genere, vel (ſi Generis nomen minùs placet) Formâ.

QUamvis omnes Orationis partes verba dici poſſunt, hæc tamen id nominis ſibi peculiari jure vendicat; quòd in ea loquendi vis ſit uberior, nec ſine ea oratio perfici, ac abſolvi poteſt; unde à Philoſopho orationis *forma* dicitur. *Verbum.*

Verbum quintuplicem admittit diviſionem: primò reſpectu Nominis, quocum conſignificat, dividitur in Perſonale, & Impersonale. 2°. Conſtructionis ratione in Abſolutum, & Tranſitivum. 3°. reſpectu Significationis in Activum, Paſſivum, Neutrum. 4°. Terminationis in ea quæ deſinunt, in o, r, & m. 5°. Significationis pariter & terminationis in Activum, Paſſivum, Neutrum, Deponens. *Diviſio Verbi.*

Perſonale eſt, quod tres obtinet perſonas, vel ſaltem in Modo finito admittit Nominativum. Impersonale, cui unica eſt perſona, eáque tertia ſingularis, nec ante ſe Nominativum habet. *Perſonale. Impersonale.*

Abſolutum dicitur, quod per ſe ſenſum abſolvit, ut frigeo. Tranſitivum, cujus ſignificatio in aliquem caſum tranſit diverſum ab eo qui ipſum præceſſit, ut lego, egeo, placeo, careo. *Abſolutum Tranſitivum.*

Aliud eſt *Actio* & *Paſſio* Grammatico, aliud Philoſopho; ita *Curro* licèt actionem ſignificet phyſicam, Grammatico tamen non Activum, ſed Neutrum, & *Aegroto* quamvis paſſionē ſignificet, *Actio & Paſſio aliud Grammatico, aliud Philoſopho.*

non tamen Grammatico Paſſivum, imo nec ipſum patior.

Terminatio Verborum. Omne verbum (præter *ſum* cum compoſitis) exit in *o*, aut *r*: quod in *o*, ſi poteſt aſſumere *r*, dicitur Activum, ſi nequit, Neutrum; quod in r, ſi poteſt rejicere *r*, eſt Paſſivum; ſi nequit, Deponens.

Neutra quæ dicantur. Dicuntur Neutra, quod neque ſint Activa, neque Paſſiva, hoc eſt, quod neque in accuſativum patientis, neque in ablativum agentis cum Præpoſitione tranſeunt. Horum quatuor ſunt genera, quorum alia rei exiſtentiam ſignificant, ut *ſum exiſto.* Alia Actionem, quæ appellantur ἐνεργητικὰ, ut *ambulo, curro.* Alia Paſſionem, quæ vocantur ἐνδοπαθητικὰ, ut *veneo, exulo.* Alia denique nec Actionem, nec Paſſionem, ut *ſedeo, jaceo, ſto:* nec enim dignoſcitur, an quis ſedens, jacens, aut ſtans, agat, an patiatur. Hæc Græci ἀνυποστάτους, Latini veteres Supina, quòd videlicet ociosa reſupinaque ſtertant, utriuſque ſignificationis expertia. Quædam Neutra in tertiâ perſonâ fiunt Paſſiva, quorum ſcilicet ſignificatio tranſit in rem duntaxat mutam; & vita vivitur, ſtadium curritur, ager aratur. Differentiam etiam ponunt Grammatici inter Neutropaſſiva, & Neutralia Paſſiva. Ea vocant Neutropaſſiva, quæ præteritum habent ad modum Paſſivorum; ut *audeo auſus ſum, gaudeo gaviſus ſum, ſoleo ſolitus ſum, fido fiſus ſum:* Neutralia autem Paſſiva, quæ ſignificationem habent Paſſivorum; ut, *veneo, liceo, exulo, ægroto.*

Neutra quæ admittunt r, & fiunt Deponentia. Sunt quædam Neutra quæ *r* admittunt, nec tamen fiunt Paſſiva, ſed Deponentia, quorum tamen alterum in pleriſque exolevit.

Adulo,

Adulo: Lucret. l. 5. *Longè alio pacto gannitu vocis adulant.* Agius apud Ciceronem Tuſcal. 2. *Pinnatâ caudâ noſtrum adulat ſanguinem.* Columella, l. 7. c. 12. *Illi quoque furem adulantur.* Paſſivè ſumitur. Cicero offic. 1. *Nec adulari nos ſinamus.* *Adulo.*

Alterco: Terent. And. a. 4. ſc. 1. *Scio cum patre altercâſti dudum.* Cæſar. bell. civil. 3. *Altercari cum Vatinio incipit.* *Alterco.*

Aſſentio: Plaut. Amphit. a. 2. ſc. 2. *Qui illud quod ego dicam aſſentiant.* Cicero ad Attic. l. 9. ep. 11. *Aſſentio tibi ut in Formiano potiſſimum commorer:* & ad Brutum epiſt. ult. *Senatus nihil conſulitur, timet multa, aſſentatur omnia.* *Aſſentio.* Cicero ad Octavium.

Comito: Ovid. Metam. 14. *Noſtraque adulantes comitant veſtigia donec.* Idem l. 2. de Ponto. *Quem pia nobiſcum proles comitavit euntem.* Idem Metam. 13. *Ille tamen vivit, quia non comitatur Vlyſſem.* Idem Triſt l. 3. el. 7. *Ingenio tamen ipſe meo comitorque, fruorque.* *Comito.*

Frutico: Plin. l. 17. c. 23. *Quod ſupra terram eſt è matre, radi jubetur ne fruticet,* Cicero, ad Attic. l. 15. epiſt. 4. *Exciſa eſt enim arbor non evulſa, itaque quàm fruticetur vides.* *Frutico.*

Fruſtro: Plaut. Milit. a. 3. ſc. 3. --- *Quin ego me fruſtro*: Cæſar apud Diomedem. l. 1. *Non fruſtrabo vos milites.* Virg. Æneid. 6. -- *Inceptus clamor fruſtratur hiantes.* *Fruſtro.*

Luxurio: Virg. Geor. 3. *Luxuriatque toris animoſum pectus.* Plin. l. 17. c. 22. *Si luxuriaverint palmites.* Martial. l. 2. epig. 89. *Quod vomis Antoni, quod luxuriaris Apici.* *Luxurio.*

Lacrymo: Terent. Eun. a. 5. ſc. 1. *Num id lacrymat virgo?* Ovid de arte. 3. *Quo non ars penetrat? diſcunt.* *Lacrymo.*

cunt lacrymare decenter. Cicero in Verrem. 7. *Ecquis fuit quin lacrymaretur.*

Conflicto. *Conflicto:* Terent. Phorm. a. 3. sc. 2. *Nec cum hujusmodi unquam usus venit ut conflictares malo.* Tacit. l. 5. *Plura per scelera rempub. conflictavisset.* Terent. And. a. 1. sc. 1. *Nam qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi.* Autor ad Herenn. l. 2. *Malo magno est hominibus avaritia, idcirco quod homines magnis, & multis incommodis conflictantur.*

Medico. *Medico:* Virg. Geor. 1. *Semina vidi equidem multos medicare serentes.* Idem Geor. 2. --- *Senibus medicantur anhelis.*

Mereo. *Mereo:* Plaut. Trinum. a. 3. sc. 2. *Nam retineri nequeo, quin ea dicam quæ promeres.* Idem Menæch. a. 2. sc. 3. --- *Huic ultro fit ut* Meret. Virg. Æneid. 4. *Si bene quid de te merui.* Æneid. 2. --- *Si pietate meremur.*

Miro. *Miro:* Varro in Eumenidibus apud Nonium. *Hospes, quid miras nummo curare Serapim?* Idem. *Aut ambos mira, aut noli mirare de eodem.* Virg. Æneid. 1. *Miratur molem Aeneas magalia quondam: Miratur portas.*

Miseret. *Miseret:* Æneid. 5. *Et te lapsorum miseret.* Æneid. 2. --- *Miserebitur hostis.*

Modero. *Modero:* Plaut. Milit. a. 4. sc. 5. --- *At modicè decet moderare animo.* Horat. l. 1. epist. 2. --- *Qui non moderabitur iræ.*

Murmuro. *Murmuro:* Æneid. 10. *Spumea semifero sub pectore murmurat unda.* Apuleius 3° Floridorum. *Quidam tarditatem poetæ murmurari, plures defendere.*

Munero. *Munero:* Macrobius l. 1. c. 7. *Regni eum societate muneravit.* Turpilius apud Nonium. *Dat ultro, muneratquod ab illo abstulit.* Horat. Epod. 2. *Quâ muneretur te Priape.*

Oscito,

Oſcito: Lucretius l. 3. *Oſcitat extemplo tetigit cum limina villæ.* Gellius l. 4. c. 20. *In jure ſtans clarè nimis, ac ſonorè oſcitavit.* Plin. l. 16. c. 24. *Sed omnium folia quotidie ad ſolem oſcitant.* Auctor ad Herenn. *Quum etiam majores calamitates impendere videantur, ſedetis, & oſcitamini.* *Oſcito.*

Palpo: Juvenal. ſat. 1. --- *Quem munere palpat.* Horat. l. 2. ſat. 1. *Cui malè ſi palpere, recalcitret undique tutus.* *Palpo.*

Partio: Plaut. Aſinar. a. 2. ſc. 2. *Hanc quidem quam nactus prædam, pariter cum illis partiam.* Saluſt. in Jugurth. *Provincias inter ſe partiverant.* Ovid. Faſt. 5. *Quod mihi das uni cælum partite duobus.* Æneid. 1. --- *ſocior partitur in omnes.* Cæſar. 3. bel. civil. Cum *Scipione honorem partitur.* *Partio.*

Impertio: Terent. Eunuch. a. 2. ſc. 2. *Plurimâ ſalute Parmenonem ſummum ſuum impertit Gnatho.* Idem Adelph. a. 3. ſc. 2. *Cur ceſſo heram his malis impertiri?* Paſſivè Cicero. Catilin. 3. *Atque etiam viro forti collegæ meæ C. Antonio laus imparitur.* *Impertio.*

Populo: Virg. Geor. 1. --- *Populatque ingentem farris acervum Curculio.* Æneid. 4. *Ac veluti ingentem formicæ farris acervum Cum populant.* Æneid. 12. --- *et littora veſtra Vi populat.* Ovid. de medicam faciei. *Certus amor morum formam populabitur ætas.* Virg. Æneid. 12. *Quiſque ſuum populatus iter.* *Populo.*

Potio: Plaut. Amphit. a. 1. ſc. 1. *Qui fuerim liber, eum nunc potivit pater Servitutis.* Æneid. 1. *Egreſſi optatâ Troes potiuntur arenâ.* *Potio.*

Reverto: Cicero l. 2. epiſt. 10. *Epheſo Laodiceam jam revertit.* Idem: *Ad Chryſippi laqueos revertamur,* Horat. in Arte --- *neſcit vox miſſa reverti.* *Reverto.*

Rumino. *Murmuco:* Virg. Æneid. 10. *Spumea ſemifero ſub pectore murmurat unda.* Apuleius 3°. Floridorum. *Quidam tarditatem poetæ murmurari, plures defendere.*

Scruto. *Scruto:* Plaut. Aulul. a. 4. ſc. 4. *Poſtremò hunc jam perſcrutavi,* Horat. l. 1. epiſt. 18. *Arcanum neque ne ſcrutaberis ullius unquam.*

Sciſcito. *Sciſcito:* Plaut. Mercat. a. 2. ſc. 3. *Paucula etiam ſciſcitare priùs volo:* Cicero 1. de Nat. Deorum: *Epicurei ex Velleio ſciſcitabar ſententiam.*

Vago. *Vago:* Plaut. Milit. ſc. 6. *Quæ circum vicinos vagas.* Æneid. 4. *Vritur infelix Dido, totâque vagatur urbe furens.*

Velifico. *Velifico:* Propertius l. 4. el. 10. *Nauta per urbanas vel ficabat aquas.* Plin. l. 9. c. 33. *Per ſumma æquorum velificant.* Cicero de lege Agrariâ: *Quod ſi quis veſtrûm ſpe ducitur, ſe poſſe in turbulenta ratione, honori velificari ſuo.*

Alia apud Antiquiſſimos. Leguntur etiam apud antiquiſſimos *aucupo, auſpico, auxilio, cachinno, cohorto, commento, complecto, congredio, progredio, conſolo, contemplo, convivo, crimino, cuncto, expergiſco, innito, læto, largio, luctо, & luctito, minito, molio, obſono, opino, opitulo, oſculo, paciſco, patio, perconto, polliceo, prælio, præſtolo, proficiſco, recordo, refrago, ſuffrago, rixo, ſortio, ſuavio, teſto, tuto,* pro ſuis Deponentibus, quæ omnia videas apud Priſcianum l. 8. Diomedem. l. 1. & Nonium Marcellum de contrariis generibus verborum, ſuis fulta teſtibus.

Communia. Sunt verba quædam in *or,* quæ apud veteres Activam ſimul & Paſſivam ſignificationem obtinent, unde vulgò Communia appellantur. Lucilius apud Priſcinum l. 8. *Quin amplexetur qui velit,*

Amplexor. *ego*

ego non ſinam me amplectier. Lucius Cæſar ibid. *Cæteræque res augurantur,* Juſtin. l. 30. *Iam in publico viſuntur, jam ſalutantur, jam comitantur.* Aſinius Pollio apud Priſcianum: *Sed cum ob ea quæ ſperaveram dolebam, conſolabar ob ea quæ timui.* Cicero contra Rullum. *Criminor defendere res Syllanas.* Idem l. 2. Invent. *Obſervatia eſt, per quam homines aliquâ dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignantur.* Idem offic. 1. *ex* vetere poeta, *O domus antiqua! heu, quàm diſpari dominaris domino?* Idem Agrar. 2. *Hunc* (agrum) *excipere nominatim, qui publicus eſſe fateatur.* Laverius apud Priſcianum, *Fruſtramur, irridemur,* Tacitus l. 12. *Quâ hortaretur Clodius Octaviam deſpondere Domitio.* Varro de R. R. l. 2. c. 9. *Qui vellet ſe à cane ſectari.* Metellus Numidicus apud Priſcianum. *Nam ut aliis plerumque obvenienti magiſtratu, ob metum ſtatuæ polliceantur.* Saluſt. Jugurth. *Quicquid ſine ſanguine civium ulciſci nequitur, jure factum ſit.* Sed hæc, & alia omnia, quæ olim Communia, hodiè pro Deponentibus habentur; quippe quæ alteram ſignificationem planè, vel penè depoſuerunt. Participia autem ab his orta ſæpius uſurpantur Paſſivè, de quibus poſtea in Participiis. Videntur autem ex his plurima fuiſſe veteribus Paſſiva, quorum Activa nonnunquam apud eos occurrunt. Q. Claudius Annal. 2. apud Priſcianum. *Conſervare ſuos quique, ſervare, amplexare.* Cicero pro Cluentio. *Auctoritatem cenſorum amplexato.* Virg. Æneid. 7. *Et reor, & ſi quid veri mens augurat, opto.* Ovid. de Ponto l. 2. el. 3. *Perithoum Theſeus Stygias comitavit ad undas.* Varro apud Priſcianum l. 8. *Per idem tempus Oedipus Athenas exul venire dicebatur, qui*

Auguror. *Comitor.* *Conſolor.* *Criminor.* *Dignor.* *Dominor.* *Fateor.* *Gellius l. 15. c. 13.* *Fruſtror.* *Hortor.* *Sector.* *Vlciſcor.* *L. 8. Amplexo.* *Augure.* *Comito.* *Conſolo.*

Crimino. *consolaret.* Ennius apud Priscianum: *Nam is non bene vult tibi qui falsò criminat apud te.* Pacuvius in
Digno. Hermiona apud eundem: *Cum neque me adspicere*
Frustro. *æquales dignarent meæ,* Plaut. Milit. a. 3. sc. 3. *Quin ego me frustro.* Quadrigarius Annal. 4. apud Prisci-
Coborto. anum: *Et dicerent castra capta esse, atque hos cohor-*
Polliceo. *tarent, uti maturarent.* Varro apud eundem; *Ne dares, ne polliceres, quod datum est.*

CAP. XIX.

De Modo.

Modus. MOdus non dat significationem Verbo, sed ei, quam habet, addit modum significandi, i. e. consignificationem quandam affectus, aut voluntatis, unde & nomen sortitus est.

Indicativus. Indicativus à Varrone dicitur species Rogandi & Pronunciandi, à Quintiliano modus fatendi, à Probo Pronunciativus, à Diomede Finitivus, à Prisciano Definitivus, ab omnibus penè Indicativus, à nonnullis Promissivus, & Interrogativus.

Imperativus. Quamvis adhibetur Imperativus non solùm in Imperando, verùm etiam in deprecando, permittendo, hortando, auxilium, aut misericordiam implorando: visum est tamen Grammaticis, ut ab imperando potissimùm denominetur Imperativus, licèt interdum pro aliis significationibus alia habeat nomina; ut, Deprecativus, Permissivus, sive Concessivus, & Hortativus.

Caret primâ Personâ Singulari. Caret hic modus primâ personâ singulari, quia naturâ *imperans* distinguitur ab eo qui *imperat.*

Cùm

cum ergo prima perſona ſit quæ loquitur, ipſa ſibi imperare non poteſt, imò *amet, amemus, ament, amemur, amemini, amentur*, non ſunt Imperativi, ſed Subjunctivi.

Præſens & Futurum Imperativi.

Terminationes iſtæ ſecundæ perſonæ utriuſque numeris, *ama, amate, amare, amamini*, tempus notant Præſens; poſteriores *amato, amatote, amator, amaminor*, tempus Futurum. Exempla temporis Præſentis, Æneid. 4. *Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.* Cicero ad Attic. l. 2. epiſt. 23. *Si dormis expergiſcere, ſi ſtas ingredere, ſi ingrederis curre, ſi curris advola.* Exempla Futuri: Cicero ad Attic. l. 4. epiſt. 8. *Vbi nihil erit, quod ſcribas, id ipſum ſcribito:* & l. 1. epiſt. 2. *Tu velim ſæpe ad me ſcribas, ſi nullam rem habebis, quod in buccam venerit ſcribito.* Idem in Vatinium: *Tum reſpondeto ad ea, quæ de te ipſe rogavero*: Ovid. Metam. 9. *Sumque loqui poterit, matrem facitote ſalutet.* Exempla Paſſivæ vocis rariùs occurrunt; poſterior ſecundarum perſonarum pluralium rariſſimè: uſus tamen Plautus Pſeudol. a. 3. ſc. 2. *Si quò hic gradietur, pariter progrediminor:* & Epid. a. 5. ſc. 2. *Facto opere arbitraminor.* Non tamen eſt diſſimulandum ſecundas haſce perſonas ab autoribus promiſcuè ſæpenumero uſurpari: Propert. l. 2. *Aut ſi es dura, nego; ſin es non dura, venito.* Virg. Eclog. 9. *Tityre, dum redeo, brevis eſt via, paſce capellas; Et potum paſtas age Tityre, & inter agendum, Occurſare capro, cornu ferit ille, caveto.* Nec tamen hinc auſim concludere illa, quæ in *to* & *tote* deſinunt, eſſe temporis Præſentis: tum, quòd aliter unanimi conſenſu ſtatuunt nobiliſſimi illi Grammaticorum proceres, Probus, Diomedes, Donatus, Priſcianus: tum,

quod etiam Futurum Indicativi significationem non rarò obtinet Præsentis Imperativi. Cicero l. 15. epist. 18. *Valebis igitur, meque, ut à puero feciſti, amabis.* Idem l. 7. epist. 20. *Sed valebis, meáque negotia videbis, méque, diis juvantibus, ante brunam expectabis.* Quæ omnia, & sexcenta id genus alia, cum Præsente Imperativi commutare possis. Nec ab Indicativo solo mutuatum habet Futurum Imperativus, sed etiam a Subjunctivo: Martial. l. 14. epig 217. *Dic quotus es, quanti cupias cænare, nec ullum Addideris verbum; cœna parata tibi est.* Idem l. 7. epig. 46. *Vive velut raptis, fugitivaque gaudia carpe: Perdiderit nullum vita reverſa diem.* Seneca de consolat. ad Marcum. *Ne obſecro te concupieris perverſiſſimam gloriam.* Hæc quidam volunt esse Præteriti temporis; sed quâ ratione ipsi viderint; mihi certè à ratione alienum videtur, ut quis, ne fiat, prohibeat, quod jam factum sit. Concedit quidem Priscianus l. 8. & 18. posse Imperativum habere Præteritum in verbis Passivæ vocis, sed per circumlocutionem, idque tertiâ tantùm personâ, & genere neutro, ut dictum sit, determinatum sit, &c. Quintil. l. 1. c. 1. *De pueris, inter quos educabitur ille huic ſpei deſtinatus, idem quod de nutricibus dictum ſit.* Livius l. 7. decad. 1. *Hæc dicta ſint patribus. Te, Imperator, milites tui oramus,* &c. Sed quid si hæc non Imperativi? Per Imperativum Activæ vocis non resolvuntur, sed per Subjunctivum; quo modo locutus Cicero in Bruto. *Quod idem de Caio Lælio dixerim.* Hìc *dixerim* idem Ciceroni, quod Quintiliano *dictum ſit.* Huc accedit Auctoritas Varronis, quem Quintilianus l. 10. c. 1. vocat Romanorum eruditissimum, & linguæ Latinæ peritissimum.

Imperativus non habet Præteritum.

tiſſimum. qui l. 3. de Analogiâ, Imperativo dat futurum, negat Præteritum. Perfectum enim, inquit ille l. 2. nemo imperat: Idem Scaliger, de cauſ. L.L. c. 114.

Poſteriores iſtæ terminationes ſecundæ perſonæ, quas tempus Futurum denotare diximus, à nonnullis Modus dicitur Mandativus, quod mandatis dandis ſit maximè appoſitus. Terent. Eun. a. 2. ſc. 1. *Munus noſtrum ornato verbis, quod poteris, & illum æmulum, quod poteris, ab eâ pellito.* Æneid. 2. *Cui referes ergo hæc, & nuncius ibis Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta, Degeneremque Neoptolemum narrare memento.* *Modus Mandativus.*

Tertia perſona utriuſque numeri in *to*, & *tor* deſinens dici ſolet Modus Legitimus, quod legibus ferendis accommodetur. Cicero de Legibus l. 3. *Iuſta imperia ſunto, iiſque cives modeſtè, ac ſine recuſatione parento*: & ibidem; *Regio imperio duo ſunto; iique præeundo, judicando, conſulendo, Prætores, Judices, Conſules appellantor: militiæ ſummum jus habento, nemini parento, illis ſalus populi ſuprema lex eſto.* Et vix unquam hæc alio ſenſu reperiuntur, apud eos, qui ſolutâ oratione ſcripſerunt: at apud poetas interdum; Terent. Phorm. a. 5. ſc. 8. *Age, age, nunc Parmenonem qui volet laceſſito.* Æneid. 10. --- *Nunc conjugis eſto Quiſque ſuæ tectique memor.* *Modus Legitimus.*

Infinitivus, quia nullam animi affectionem exprimit, nec per ſe numerum, aut perſonam determinat Infinitus, ſive Indefinitus, à quibuſdam Inſignificativus, & Imperſonativus, atq; etiam Nomen verbi dicitur, quaſi verba aliorum modorum ſint propriè Verba appellanda, hujus vero, Verborum *Infinitivus.*

rum Nomina. Et quidem pro Nomine ſæpe ponitur; ut, Scire tuum, pro ſcientia tua; & (apud Græcos) Articulum more Nominis ſæpe habet adjunctum.

Futurum Infinitivi Activi circumloquimur per Participium Futuri in rus *cum eſſe, fuiſſe & fore.*

Futurum Infiniti Activi circumloquimur non ſolùm per Participium Futuri in *rus* cum *eſſe*, ſed etiam cum *fuiſſe*, & *fore*. Cæſar. l. 3. bel. Civil. *Exiſtimabant plerique, futurum fuiſſe ut oppidum amitteretur.* Cicero in Verrem. *Dico illum hæc venditurum non fuiſſe:* & in eundem; *Vt perſpicuum ſit omnibus, nunquam Lampſacenos in eum locum progreſſuros fuiſſe.* Idem in Philip. *Dixit aliam ſententiam ſe dicturum fuiſſe:* & de Divinat. 2. *An tu cenſes ullam anum tam deliram futuram fuiſſe.* Differt autem *amaturum fuiſſe* ab *amaturum eſſe*: quòd illud tempus Exactum; hoc, ſimplex Futurum ſive Infectum ſignificet. Cicero ad Attic. l. 5. epiſt. ult. *Deinde addit, te ad me fore venturum.* Livius l. 6. *Deorum immortalium cauſâ libenter futuros fore.* Sed hujuſmodi rariùs occurrunt; adeo ut Valla neget omnino eſſe. Reperiemus autem Futura Futuris conjungi, non ſolùm in Modo Infinito, ſed & Finito. Cicero. 1. de Invent. *De quibus erimus dicturi.* Idem pro Fonteio: *Excitandus nobis erit ab inferis C. Marius.* In verbis, quæ Participio illo in *rus* deſtituuntur, utendum ejus loco *fore*, vel *futurum*; ut Cicero Tuſcul. 1. *Spero fore ut contingat id nobis.* Quæ circumlocutio & in integris locum habet. Fuit priſcis Futurũ hoc Infiniti in *rum* invariabile deſinens, de quo vide Archaïſmum: aliud in *ſſere* terminatũ, de quo poſtea in Conjugatione priſcâ.

L. 1. c. 26.

Futurum Infinitum Paſſivum circumloquimur triplici modo.

Futurum Infinitum Paſſivum triplicem obtinet circumlocutionem: *amandum eſſe, amatum iri, amatum*

tum fore. Quæ tamen non ejuſdem ſunt prorſus ſignificationis, nam *amandum eſſe* neceſſitatem ſignificat, & officium. *Amatum iri* futurum ſimpliciter notat, niſi fortaſſe aliquando operam etiam dari ut aliquid fiat.

Amatum fore futurum perfectum. Ex his *amatam iri* proximè accedit ad naturam Futuri Infiniti, quòd non, ſicut alia, genere varietur, vel numero. Terent. And. a. 1. ſc. 2. *Qui poſtquam audierat non datum iri filio uxorem ſuo.* Idem in prol. Hecyræ. --- *Cum interea rumor venit datum iri gladiatores.* Cicero l. 1. de Invent. *Repudiatum iri legem intelligebant.* Idem ad Attic. l. 7. epiſt. 1. *Has tibi redditum iri putabam priùs.* Idem offic. 1. *Hi arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos viſum iri, ſi locupletent eos quacunque ratione.* Idem l. 1. de Divinat. *Vaticinatus eſt madefactum iri minùs triginta diebus Græciam ſanguine.* *Amatum iri.*

Activum vero *amatum ire* non huic reſpondet. Paſſivum enim tempus futurum ſimpliciter ſignificat, Activum verò præſens, idque cum motu, aut conatu quodam. Plaut. Pœnul. a. 3. ſc. 1. *Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum?* i. e. dare? Idem Ciſtel. a. 1. ſc. 1. *Quî magis potueris mihi honorem ire habitum, neſcio,* i. e. habere. Livius l. 9. *Vitricus ergo, inquit, tuus pudicitiam, famam, ſpem, vitamque tuam perditum ire hoc facto properat,* i. e. perdere. Gellius l. 14. c. 6. *Homo nobis familiaris adjutum, inquit, ornatúmque volo ire noctes tuas,* i. e. adjuvare, ornare. Quod ad illud Plauti Milit. a. 4. ſc. 3. --- *Credo te facilè impetratum ire,* corrupta lectio, legendum --- *Credo te facile impetraſſere* quo modo locutus Aulul. ſc. 24. *Et* *Amatum ire.*

istud confido a fratre me impetrassere. Adde his, quòd Activum in iis tantùm locum habet, quibuscum in Indicativo efferri possit; ut, Terent. And. a. 1. sc. 1. *Cur te is perditum?* hinc *video te tuos ire perditum.* Idem Heauton. a. 2. sc. 2. *In meâ vitâ tu tibi laudem is quæsitum, scelus;* hinc dicere licebit, *Video in meâ vitâ te tibi laudem ire quæsitum.* At Passivum in Modo Finito efferri non solet, nisi apud antiquissimos; ut M. Cato apud Gellium l. 10. c. 14. *In hac contumeliâ, quæ mihi factum itur.* Ista autem circumlocutio, *amandum esse,* non tam tempus futurum, quàm necessitatem & officium adsignificat. Æneid. 3. --- *et dirâ bellum cum gente gerendum.* Cicero. l. 15. epist. *Admonendum potiùs te à me, quàm rogandum puto.*

CAP. XX.

De Tempore, & Figurâ Verborum.

Tempus. Præsens Subjunctivi, Futurum interdum denotat.

PRæsens Subjunctivi non solùm tempus denotat præsens, sed interdum etiam futurum. Cicero ad Attic. l. 8. epist. 2. *De qua utinam aliquando tecum loquar.* Ovid in epistola Hipsipyles ad Iasonem. *Credula res amor est; utinam temeraria dicar Criminibus falsis insimulasse virum.* Præteritum etiam non rarò significationem habet Futuri. De quo vide Enallagen in Figuris Etymologiæ.

Perfectum Propinquius Remotius.

Solent Grammatici Perfectum, & Plusquamperfectum in Passivis, & Deponentibus dividere in Propinquiora, & Ulteriora, sive remotiora. Propinquiora dicunt *amatus sum* in Perfecto, *amatus*

tus eram in Pluſquamperfecto, quòd his proximè præteritum exprimi volunt. Ulteriora *amatus fui, amatus fueram*, quòd his ſignificatur rem multò ante factam eſſe. Quam differentiam auctores tamen rarò obſervant. Cicero in Verrem. 4. *Horum pater abhinc duos & viginti annos mortuus eſt.* Idem pro Rabirio Poſthumo: *Virum unum totius Græciæ facilè principem Platonem in maximis periculis, inſidiiſque verſatum eſſe accepimus.*

Futuri quoddam genus eſt, quod Exactum, vel Futurum Perfectum vocant, quòd videlicet ex Præterito & Futuro ſit miſtum. Cicero in Verrem. 5. *De quo cùm dixero totum hoc crimen decumanum peroravero: of which when I ſhall have ſpoken, I ſhall have fully finiſhed this maine accuſation.* Idem. l. 3. epiſt. *Et ſi cùm in provinciam veneris, ego annuum munus confecero, I ſhall have finiſhed.* Hoc Græci elegantiſſimè per Participium Præteriti temporis, & Futurum verbi εἰμὶ exprimunt; ut, ὅτε ἀνεγνωκὼς ἔσομαι. Quod Latini imitantur in Deponentibus; ut, *cùm locutus fuero:* locum tantùm habet in Futuro Subjunctivo. *Futurum Exactum, ſive Perfectum.*

Verba componuntur 1. Cum Nominibus, ut *ædifico, multiplico.* 2. Cum altero Verbo; ut, *calefacio, patefacio.* 3. Cum Adverbio; ut, *maledico, ſatisfacio.* 4. Cum Præpoſitione; ut *addo, eripio.* *Figura. Quibuſcum Verba componantur.*

Sunt quædam Compoſita, quorum Simplicia exoleverunt; ut, *defendo, offendo, à fendo: aſpicio, conſpicio, deſpicio,* &c. *à ſpecio: adipiſcor ab apiſcor: experior, comperior, à perior: expedio, impedio, à pedio: deleo, à leo, imbuo à buo; incendo, accendo à cando; ingruo, congruo, à gruo; infligo, affligo, profligo, conſligo à ſligo; inſtigo à ſtigo, impleo, compleo, &c. à* *Compoſita quarum Simplicia exoleverunt.*

pleo; *antecello, excello, præcello, percello, à cello: induo, à duo: præfoco, ſuffoco à fauco, vel nomine fauces*; *refragor, ſuffragor, à frago pro frango*; *allicio, elicio, pellicio à lacio; irrito à rito; diſtinguo, extinguo, reſtinguo à ſtinguo*; *efficior, perficior, à facior.* Quædam à nominibus nata; ut, *expedio, a pes*; *pernocto, à nox*, &c.

CAP. XXI.

De Specie Verborum.

Species Verborum.

VErba quæ aliunde originem habent, *fere derivantur* vel à Verbo, vel à Nomine. A Verbis derivantur quadruplicia: *Inchoativa, Frequentativa, Deſiderativa, Diminutiva.*

Inchoativa, Inceptiva, Augmentativa, Continuativa.

Inchoativa ſunt quæ in *ſco* deſinentia, inchoationem, vel augmentationem ſignificant, & per *incipio*, vel *fio* exponi poſſunt, ut *labaſco, incipio labare: veſperaſcit, fit veſpera.* Æneid. 1. *Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo.* Æneid. 12. -- *exſuperat magis, ægreſcitque medendo.* His interdum additur verbum incipiendi: Cæſar. bel. Gal. l. 6. *Cum matureſcere frumenta inciperent.* Idem bel. Civil. l. 3. *Iamque matureſcere frumenta incipiebant.* Significant etiam aliquando continuationem: Terent. Adelph. a. 5. ſc. 2. --- *edormiſcam hoc villi*, i. e. dormiendo exhalem. Pro Primitivis non rarò uſurpantur: Neutralem ſemper habent ſignificationem.

Formantur à ſecundâ perſonâ Præſentis Primitivorum (quorum plurima ſunt Neutra ſecundæ conjun-

conjugationis) addendo *co*, ut *labaſco* à *labas*, *caleſco* à *cales*, *tremiſco*, à *tremis*, *obdormiſco* ab *obdormis*, *hiſco* per Syncopen pro antiquo *hiaſco*.

Quædam deducuntur a Nominibus, tum Subſtantivis, tum Adjectivis; ut, *herbeſco* ab *herba*, *ſylveſco* à *ſylva*, *dulceſco* à *ſylva*, *dulceſco* à *dulcis*, *incurveſco* ab *incurvus*, &c. Hæc per Nomen fere interpretamur, ut *ſterileſco*, *ſterilis fio*.

Inchoativa omnia ſunt tertiæ conugationis.

Frequentativa ſunt, quæ in *to*, *ſo*, *xo*, aut *tor* deſinentia frequentationem, iterationemque ſignificant; ut, *ſcriptito*, *verſo*, *nexo*, *minitor*, i. e. frequenter ſcribo, verto, necto, minor. Hæc etiam pro Primitivis ſuis nonnunquam uſurpantur. Formantur à poſteriore Supino Primitivorum, *u* in *o* verſo; ut, *adjuto*, ab *adjutu*, *verſo* à *verſu*, *nexo* à *nexu*: *taxo* à *tactu* eſt anomalon. In verbis primæ Conjugationis *a* penultimâ longâ vertitur in *i* breve, ut ab *imperatu imperito*, à *rogatu rogito*; at *nato* à *natu* retinet *a*. Quædam *u* Supini mutant in *ito*; ut, *ſeſſu ſeſſito*, *hæſu hæſito*, *factu factito*, *ſcriptu ſcriptito*, *actu actito*, *penſu penſito*, *ſumptu ſumptito*, *manſu manſito*, *viſu viſito*, *lectu lectito*. Quæ in *or* deſinunt, mutant *u* Supini in *or*, ut *commentu*, *commentor*, à *ſecutu ſector* per Syncopen. Sunt duo quæ exeunt in *o* & *or*, *ſciſcito ſciſcitor*, *conflicto conflictor*; ſed quæ in *or* frequentiore in uſu. Pauca formantur à Præſenti Primitivorum; ut, *pavito* à *paveo*, *fluito* à *fluo*, *fundito* à *fundo*, *agito* ab *ago*, *quærito* à *quæro*, *queritor* à *queror*, *loquitor* à *loquor*. Sunt à quibus duo formantur Frequentativa; ut, à *jaceo*, *jacto*, & *jactito*, à *cano canto* & *cantito*, à *gero geſto*, *geſtito*, à *curro curſo curſito*, à *reſpondeo reſponſo reſponſito*,

Frequentativa Iterativa.

ſponſito, à *defendo*, *defenſo*, *defenſito*, à *dico dicto dictio*; à *ſalio ſalto ſalito*, à *venio vento ventito*; à *video viſo viſito*: ex quibus, *canto*, *geſto*, *reſponſo*, *defenſo*, *dicto*, *ſalto*, *viſo*, *voce* potiùs, quàm *ſignificatione* Frequentativa. Sunt autem non pauca quæ Terminationem tantùm Frequentativorum habent, non ſignificatum; ut, *Tracto cogito*, *arceſſo*, *capeſſo*; & plurima in *ſo*, quæ *conatum* quendam notant, non *reiterationem*; ut, *capeſſo*, eo ad capiendum. Imò *dormito* non ſignificat ſæpe dormire, ſed leviter, aut velle dormire. *capto*, non frequenter capio, ſed cupio capere; *vendito*, non crebrò vendere, ſed velle oſtendere, & *munito* munire cupio: unde Turnebus Adverſ. l. 25. c. 15. Deſiderativa potiùs dicenda cenſet. Plaut. Amph. a. 2. ſc. 2. *Te dormitare ajebas*, *menſa ſublata eſt*, *cubitum hinc abimus*: i. e. velle dormire. --- *quandoque bonus dormitat Homerus*, i. nutat, aut leviter dormit. Plin. l. 1. epiſt. 24. *Tranquillus contubernalis meus vult emere agellum*, *quem venditare amicus meus dicitur*: i.e. cupit vendere.

In co *deſinentia.* Huc referri ſolent pauca quædam quæ in *co* exeunt; ut, *vellico*, *fodico*, *albico*, *nigrico*, *candico*, non quòd naturam habeant Frequentativorum, potiùs enim minutionem ſignificant, quàm frequentem actionem; ſed (ut opinor) quòd ad nullum aliud Derivatorum genus commodè referri poſſunt.

Frequentativa ſunt primæ Conjugationis.

Deſiderativa. *Deſiderativa* ſunt quæ in *rio* exeuntia ad ſignificationem ſuorum Primitivorum adfectum quendam adjiciunt; ut *Lecturio*, cupio legere; *cænaturio*, cupio cænare; *parturio* conor parere.

Formantur à poſteriore Supino addito *rio*, & correpto

correpto *u*; aut, quod mavult Scaliger, à Participio in *rus*, mutato rus in rio; ut à *cænatu*, vel *cænaturus cænatūrio*, à *lectu lectūrio*, à *partu partūrio*. *De caus. L. L. c. 123.*

Sunt quædam, quæ *voce* tantùm sunt Desiderativa, qualia sunt, quorum Primitiva carent Supinis, ut *scalpurio*; quæ Primitivorum significationi nihil addunt; nec non quæ à Nominibus fiunt, ut *Syllaturio*, à *Sylla*. Cicero ad Attic. l. 9. epist. 12. *Ita Syllaturit animus ejus*.

Desiderativa sunt quæ in *illo* desinentia Primitivorum significant diminutionem; ut, *sorbillo*, *cantillo*, i. e. parcè, & modicè sorbeo, canto. Sunt hæc primæ Conjugationis. *Diminutiva.*

Quæ à Nominibus deducta *Nominalia*, sive *Denominativa* dicuntur, ut *hyemo*, ab *hyems*, *machinor*, à *machina*. Sed hìc quæri potest, cùm Nomina quædam deducantur à Verbis, & Verba quædam à Nominibus, quî sciri possit, an Nomen à Verbo, an Verbum à Nomine nascatur? Cui respondetur, id jure Primitivum esse quod naturâ primò extitit, & hinc noscitur Verbum *armo* fieri à Nomine *arma*, quia armare nos non possumus, nisi priùs sint arma, quibus armemur; contrà autem, *lector* Nomen à Verbo *lego*, quia non dici potest *lector* nisi qui priùs *legerit*; & ideo *armo* dicitur Verbum Nominale, *lector* Nomen Verbale. *Nominalia. Denominativa.*

Huc pertinent ea, quæ vulgò *Imitativa* vocantur, quia imitationem denotant; ut, *patrisso*, *Atticisso*, *Platonisso*; quæ orta à Græcis in ἴζω. Sed Latini hac formâ non adeo delectati sunt; sed pro ea *or* sumunt, ut *Græcor*, *poëtor*, *comicor*, *vulpinor*, *Bacchor*: quæ omnia sunt primæ Conjugationis. *Imitativa.*

Quæ-

Derivata ab Adverbiis, & Præpoſitionibus.

Quædam etiam derivantur ab Adverbiis, & Præpoſitionibus: ut, *perendino* à *perendie*, *craſtino* à *cras*, *ſatio* à *ſatis*, *intro* ab *intra*, *ſupero* à *ſuper*.

Nova Derivativa non temere cudenda, ſed uſu valent voces, ſicut nummi.

CAP. XXII.

De Conjugatione.

Verba primæ, & tertiæ Conjugationis, in diverſa ſignificatione.

QVædam pro diversâ ſignificatione ſunt primæ, & tertiæ Conjugationis; ut,

Aggero, to heape together, 1æ; *to carry unto*, 3æ.

Appello to call, 1æ; *to arrive*, 3æ.

Compello, to ſpeake to, 1æ; *to force*, 3æ.

Calvo to make bald, 1æ; *to deceive*, 3æ.

Colo to ſtraine, 1æ; *to worſhip*, 3æ.

Como to cloath, 1æ; *to kembe*, 3æ.

Conſterno to trouble ſore, 1æ; *to ſcatter*, 3æ.

Dico to dedicate, 1æ; *to ſpeake*, 3æ. & ita compoſita, *abdico, to forſake*, 1æ; *to refuſe*, 3æ. *Indico, to diſcloſe*, 1æ; *to appoint*, 3æ. *prædico, to publiſh*, 1æ; *to foretell*, 3æ.

Educo to bring up, 1æ; *to leade forth*, 3æ.

Effero to make wilde, 1æ; *to carry forth*, 3æ.

Evallo to caſt out, 1æ; *to vanne corne*, 3æ.

Fundo to eſtabliſh, 1æ; *to poure out*, 3æ.

Lego, to ſend embaſſadour, or to bequeath, 1æ; *to reade*, 3æ.

Sic compoſita *allego, to alledge*, 1æ; *to chuſe*, 3æ. *relego to baniſh*, 1æ; *to reade againe*, 3æ. *colligo to tie together*, 1æ; *to gather together*, 3æ. *Deligo to binde*, 1æ; *to chuſe*, 3æ.

Mando

Mando, to command, 1æ; *to eate,* 3æ.

Nicto, to winke often, 1æ; *to queſt,* 3æ.

Pedo to prop, 1æ; *to breake winde,* 3æ.

Sero to locke, 1æ; *to ſowe,* 3æ. Sic compoſita *obſero to locke,* 1æ; *to plant,* 3æ. *reſero to unlocke,* 1æ; *to plant againe,* 3æ.

Volo to flie, 1æ; *to will,* 3æ.

Nonnulla in eadem ſignificatione ſunt diverſæ Conjugationis. Hæc primæ, & ſecundæ, *denſo, as, denſeo, es*: *duro as, dureo, es, lento as, lenteo es.* *Verba primæ, & ſecundæ, in eâdem ſignificatione.*

Hæc primæ, & tertiæ: *ferveo, fervo*; *caveo, cavo*; *fulgeo, fulgo*; *oleo, olo*; *clueo, cluo*; *frendeo, frendo*; *excelleo, excello*; *tergeo, tergo*; *pendeo, pendo*; *ſtrideo, ſtrido*; *frigeo frigo*; *ſorbeo, ſorbo*; *conniveo, connivo*; *reſpondeo, reſpondo*; *rideo, rido*; *ſcateo, ſcato*; *torreo, torro*; *tueor, tuor*; quorum penè omnium alterum antiquatum: eorum tamen nonnulla apud poſteros invenias. Virg. Æneid. 8. --- *inſtructo Marte videres Fervêre Leucaten, auroque effulgêre fluctus*: & ibid. --- *ſtriduntque cavernis Strictura chalybum.* *Verba primæ & tertiæ in eâdem ſignificatione.*

Cieo, es, ſecundæ; *cio, is,* quartæ.

Hæc ſunt tertiæ & quartæ; *ſallo, ſalio, lino, linio,* Saluſt. Hiſtor. 3. *Reliqua cadavera ad diuturnitatem uſus ſallerent.* Lucilius 8. *Sallere murænas mercem in frigidaria ferre.* Propertius l. 3. el. 11. *Neve tuâ Medæ liniantur cæde ſagittæ*: & olim, hæc, *Morior, aggredior, orior, potior.* Ennius Annal. 14. apud Priſcianum l. 9. *Nobis oſtendit ſi vivimu', ſive morimur.* Ovid. Metam. 10. *Tu toties oreris viridique in ceſpite flores.* Virg. Æneid. 2. --- *oritúrque miſerrima cædes.* Lucil. ſat. 3. apud Priſcian. *Conturbare animam potis eſt, quicunque adoritur.* Ovid. Faſt. 3. *Tertiæ & quartæ.* *Morior.* *Orior.*

Potior. *Mars videt hanc, viſámque cupit, potitúrque cupitâ.* Lucilius; *Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.* Unde adhuc in tertiâ uſitatiùs dicitur, *oreris, orimur, oritur, potitur*; Infinitivus *oriri*, & *potiri*, ſemper quartæ.

Compoſita variantia à Conjugatione Simplicium. Compoſita aliquando variant à Conjugatione Simplicium: ſic *do* eſt primæ; omnia Compoſita, tertiæ; præter *circundo, peſſundo, ſatiſdo, venundo*, quæ primæ. *Pario* Simplex tertiæ; Compoſita quartæ. *Specio* & *facio* tertiæ; Compoſita, quæ *i* penultimâ abjiciunt, primæ; ut, *conſpicor, ſuſpicor, ſanctifico.* Quædam etiam Compoſita, à *fero, gero, ſedeo, ſperno*, & *ſterno*, ſunt primæ; ut, *vociferor, belligero, morigeror, inſidior, aſpernor, conſterno, externo.*

Quæ in co *deſinunt, ſunt ſecundæ Conjugat.* Quæ deſinunt in *eo* ſunt ſecundæ Conjugationis; præter *beo, meo, creo, ſcreo, balneo, calceo, cuneo, laqueo, lineo, nauſeo, nucleo, primæ*; & *eo, queo, væneo* quartæ.

Deſinentia in io *ſunt quartæ.* Quæ deſinunt in *io* ſunt quartæ; præter *frio, hio, pio, travio, gargaridio, calcio, glacio, emacio, ſocio, crucio, ſaucio, nuncio, faſcio, radio, retalio, ſpolio, amplio, lanio, ſomnio, ſtrio, vario, decurio, centurio, ſuccenturio, furio, baſio, ſatio, vitio, primæ: facio, jacio, lacio, ſpecio, fodio, fugio, capio, cupio, rapio, ſapio, pario, quatio*, tertiæ. Quorum tamen pleraque olim quartæ. Columella. l. 11. c. 2. *Runcari, & adhuc fodiri poſſunt.* Lucretius l. 1. *Naturæ primus portarum clauſtra cupiret.* Nævius, citante Priſciano, l. 10. *Quando ego plùs ſapivi.* Ennius ibid. *Ova parire ſolet genus pennis condecoratum.*

CAP.

CAP. XXIII.

De Anomalis, & Defectivis.

ANomala ſunt quæ à conſuetâ Conjugandi formâ recedunt: ut, *Sum*, cum compoſitis; item *volo, nolo, malo, fio, edo, fero.* *Verba Anomala.* *Sum.*

Sum ex duobus conflatur, ab *eſum*, & *fuo*; ab *eſum* veniunt *es, eſt, eſtis, eram, ero, eſſem, eſſe*; à *fuo, fui, fueram, fuerim, fuiſſem, fuero, fuiſſe, futurus.* Fuiſſe autem *eſum* olim in uſu oſtendit Varro de Analogia. l. 2. *Antiqui dixere eſum, es, eſt, eſumus, eſtis, eſunt.* Hinc Cicero l. 3. de legibus: *Diſcordiæ civium eſunto ne ampliùs ſex menſes. Fuo* ſæpe occurrit, Lucretius l. 4. *Vt, quod aliis cibus eſt, aliis fuat acre venenum.* Terent. Hecyr. a. 4. ſc. 3. *Fors fuat pol.* Virg. Æneid. 10. *Tros Rutulúſve fuat, nullo diſcrimine agetur.* Participium olim *ens*, unde præſens *abſens.*

Poſſum, à *potis* & *ſum*, in iis Temporibus & Perſonis, quæ à vocali incipiunt, retinet, *t*; ut, *potes, poteſt, poteſtis, poteram, potero*; niſi quòd ab *eſſem* & *eſſe*, fit *poſſem., poſſe*, pro *poteſſem, poteſſe*, quæ quoque veteribus in uſu. Plaut. Ciſtel. a. 1. ſc. 1. *Noſtrâ copiâ nihilum volunt nos poteſſe.* Quæ incipiunt ab *ſ*, mutant, *t*, euphoniæ gratiâ in *ſ*; ut *poſſum, poſſim*: quæ ab *f*, abjiciunt *f*, ut *potui, potuerim, potuiſſem, potuero. Poſſum* apud antiquiſſimos legitur voce Paſſivâ. Plaut. Mercat. a. 2. ſc. 5. *Tunc in otium te colloces, dum poteſtur.* Quadrigar. Annal. 1. apud Nonium. *Cum non poſſetur decerni u-* *Poſſum.* *Eſt integrum potiſſum apud Plaut. Curcul. a. 5. ſc. 3.* *Animadverte ſi potiſſum hoc inter vos concordare.*

trius putaretur victoria. Cælius Annal. 1. apud eundem. *Cum jure ſine periculo bellum geri poteratur.*

Proſum. *Proſum* in iis Temporibus & Perſonis, quæ à vocali incipiunt, interponit *d* euphoniæ gratiâ; ut. *prodes, prodeſt, proderam, prodero, prodeſſem, prodeſſe.*

Malo. *Mavolo* pro *malo, mavellem* pro *mallem, mavelim* pro *malim.* Plaut. Aſinar. a. 5. ſc. 1. *Amari mavolo mi gnate abs te.* Idem. Curcul. a. 4. ſc. 2. *Tacuiſſe mavellem;* & Captiv. a. 2. ſc. 2. *Servúſne eſſe, an liber mavelis.*

Edo. *Edo* in voce Paſſivâ non variat à *lego*, niſi quòd *eſtur* reperitur aliquando pro *editur*, Ovid. Pont. l. 1. eleg. 1. *Eſtur ut occultâ vitiata teredine navis.*

Fio. *Fito, fite, fitote* antiqua, *fiunto* legiſlatoribus proprium; ita ut nihil huic verbo in modo Imperativo

Fior. relinquatur uſitatum. *Fior* antiquatum, quo uſus Cato apud Priſcianum. *Poſtquam diutius fitur:* & Veturius apud eundem: *Græco ritu fiebantur Saturnalia.*

Defectiva. Præſens Indicativi *ajo, ais, ait*, Plural. *ajunt.*

Aio. Imperfectum, *ajebam, ajebas, ajebat.* Plural. *ajebamus, ajebatis, ajebant.*

Imperativus *aï.*

Subjunctivus Præſens, *ajas, ajat*; Plural. *ajatis, ajant.* Participium Præſens *ajens.* Cætera in uſu eſſe deſierunt. Ajo per j conſonam ſcribi contendit Priſcianus l. 1. nec enim, inquit ille, *ai* ullubi dipthongus Latinis, & ſi hoc loco, *ais*, & *ait*, erunt monoſyllaba: ſed ego hìc ἐπίχω.

Quintil. l. 1. c. 5. Sciat Ciceroni placuiſſe aïo, aïi, aïam genuinatâ i ſcribere.

Imperativus *apage*, plural. *apagete*, à Græco ἄπαγε ἀπάγετε.

Deſit. Indicativus Præſens *deſit*, i. e. deeſt, Futur. *deſiet*,

defiet, Subjunctiu *defiat*. Infinit. *defieri*.

Insit tantùm in usu. Varro dixit *insio* teste Prisciano l. 8. Significat autem *incipit*, non *inquit*. Plaut. Aulul. a. 2. sc. 4. *Insit ibi postulare*. Lucret. l. 5. *Illa quoque expergefactum caput erigere insit*. *Insit.*

Indicat. Futur. *Salvebis*, Imperat. *salve*, *salveto*, Plural. *salvete*, *salvetote*, Infinit. *salvere*, Plaut. Truculent. a. 2. sc. 2. dixit *salveo*, sed per jocum personæ ferocis rustici convenientem. *Salve.*

Imperat *Ave*, *aveto*: Plural, *avete*, *avetote*; Infinit. *avere*. *Ave.*

Imperat. *Cedo*, Plural. *cedite*, i. e. dic, vel porrige. Terent. Phor. a. 5. sc. 7. *Quin tu mihi argentum cedo*. Cicero de Senect. *Cedo quî rempub. tantam amisistis tam citò*, i. e. dicite: à *cedite* est *cette*. Plaut. Mercat. sce. ult. *Cette dextras nunc jam*. *Cedo.*

Subjunct. Imperfec. *forem*, *fores*, *foret*, Plural. *forent*, à *fuerem* per Syncopen à *fuo*, pro *essem*, *esses*, *esset*, *essent*. Infinit. *fore* ex *fuere*, à *fuo*, i. e. futurum esse: sic *afforem*, *deforem*. *Forem.*

Indicat. Præsens *Quæso*: Plural. *quæsumus*. Antiquissimi declinabant, *Quæso*, *quæsis*, *quæsit*, &c. Lucret. l. 5. *Non divûm pacem votis adit, & prece quæsit*. Plaut. Bacchid. a. 2. sc. 2. *Mirum est me ut redeam te opere tanto quæsere*. *Quæso.*

Indicat. Præsens, *Inquam*, *inquis*, *inquit*: Plur. *inquimus*, *inquitis*, *inquiunt*. Imperfec. *inquiebat*, *inquiebant*: Perfec. *inquisti inquit*: Futur. *inquies*, *inquiet*. Imperat. *inque*, *inquito*. *Inquam.*

His alii addunt *Inquio* Imperfectum integrum: necnon, *inquistis*, *inquient*, *inquias*, *inquiat*, *inquiatis inquiant*, sed deficit auctoritas. Pro *inquio* Priscianus adducit illud Ciceronis in 2 de Oratore:

Aucupari verba oportebit, inquio: ubi *in quo* jam habent omnes codices, nec *inquio* feret sensus. Alii illud Catulli epig. 10. --- *Volo ad Serapin deferri: mane, inquio, puellæ*; sed hìc *inquii* legit Scaliger, alii *inquam.*

Scio. *Scio* caret priore secundarum Personarum Imperativi; *sci* enim non dicitur, sed ejus loco *scias.*

Queo, nequeo. *Queo*, & *nequeo*, carent Imperativo, Gerundiis, & Participio Præsenti.

Odi, cæpi memini. *Odi, cæpi*, & *memini*, ab antiquis, *odio, cæpio, meno*, omnes voces Perfecti, & Plusquam perfecti omnium modorum integras habent, ut & Futuri quoque Subjunctivi, in reliquis magna ex parte deficiunt; nisi quòd *memini* in Imperativo singulari habet *memento*, in plurali *mementote*, Participium antiquum *meminens*. Et *odi* Participium Præteritum antiquum *osus*. Plaut. Amphit. a. 3. sc. 2. *Inimicos semper osa sum obtuerier*: & Futurum *osurus*. Gellius. l. 4. c. 8. & l. 1. c. 3. Composita *exosus, perosus*, usitata. *Cæpi*, Participia *cæptus, cæpturus*. Cicero de claris Oratoribus. *Celeriter ad majores causas adhiberi cæptus est.* Quinctil. l. 10. c. 1. *Nos ritè cæpturi ab Homero videmur.* Hæc autem sub terminatione Præteriti significant etiam Præsens; ut, *odi.*

Novi. i. e. odio habeo, vel habui. *Novi*, integrum est à *nosco*: inter hæc autem ideo referri solet, quia in Præteris habet significationem Præsentis.

Dor, for. Notandum præterea, *dor, for, der, fer* Simplicia non reperiri; imò nec *for* in Compositis, nisi quòd *effor* reperiri apud Cajum testatur Diomedes.

Dic, duc, fer, fac. *Dic, duc, fer, fac*, pro *dice, duce, fere, face*, voces sunt per Apocopen decurtatæ; item Composita *Adduc, benefac, perfer.* Composita autem à *facio*, quæ

quæ vertunt *a* in *i*, non patiuntur Apocopen, dicimus enim *perfice, infice,* non *perfic, infic.* Leguntur nonnunquam, apud Comicos præſertim, *dice, duce, face,* integra. Terent. Phor. a. 1. ſc. 5. *Eum require, atque adduce huc:* & a. 4. ſc. 1. *Me miſſum face.* Virg. Æneid. 11. *Tu Voluſe armari Volſcorum edice maniplis.*

CAP. XXIIII.

De Conjugatione priſcâ.

Conjugatio Priſca.

PRæteritum Subjunctivi apud veteres, præter uſitatam terminationem, deſinebat in *im*. Futurum in *ſo* aut *xo*, & Futurum Infiniti in *ſſere*, & *rum* invariabile; ut *Auſim, auſis, auſit.* Plural. *auſint*, pro *auſus fuerim. Faxim, faxis, faxit*, Plural. *faximus, faxitis, faxint*, pro *fecerim. Duim, duis, duit:* Plural, *duint*, pro *dederim. Comedim, comedis, comedit*, pro *comederim. Irritaſſo, irritaſſis, irritaſſit*, &c. pro *irritavero prohibeſſo, prohibeſſis, prohibeſſit*, &c. pro *prohibuero. Faxo, faxis, faxit*, Plural. *faxint*, pro *fecero.* Ex his *Auſim, faxim*, & *faxo*, adhuc in uſu manent; reliqua in Archaïſmum abierunt. Plaut. Aulul. a. 1. ſc. 1. *Vtinam me divi adaxint ad ſuſpendium.* i. e. *adegerint.* Idem. Perſ. a. 1. ſc. 2. *Vbi quadruplator quempiam injexit manum.* i. e. *injecerit.* Terent. Phorm. a. 5. ſc. 9. *Dii melius duint*, i. e. *dederint:* ſic *perduint.* Plaut. Amphit. a. 4. ſc. 2. Idem Curcul. a. 4. ſc. 4. *Vt ego potiùs comedim quàm ille.* Idem Amphit. prol. *Si me irritaſſis*, i. e. *irritaveris:* & a. 2. ſc. 2. *Si occæpſo*, i. e. ſi *occæpero.* Idem Caſin.

a. 5.

a. 5. sc. 4. *Si nunquam posthac aut amasso Casinam, aut occæpso modò, nedum ut eam amasso*, i.e. *amavero, occæpero*. Idem Amphit. a. 4. sc. 2. *Tun' furcifer meis me procul ædibus prohibessis*, i. e. *prohibueris*. Terent. Eunuch. a. 2. sc. 2. *Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra*, i. e. *fecero*. Plaut. Casin. a. 1. sc. 4. *Atque hoc modo me impetrassere*, i. e. *impetraturum esse*. Idem. Amphit. a. 1. sc. 1. *Sese igitur summâ vi virisque eorum oppidum expugnassere*, i. e. *expugnaturum esse*. Lucilius apud Priscian. l. 9. *Nupturum te nupta negas, quia vivere Vlyssem Speras*. i. e. *nupturam esse*.

Præterita in *im* fiunt à Præterito usitato; ut, *Ausim* ab *ausserim*, per Syncopen; *faxim* à *facerim* pro *fecerim*: veteres enim in Præterito retinuerunt syllabam Præsentis. Quæ in *so* à Futuris etiam usitatis; ut, *Amasso* ab *amavero*, mutato *r* in *s*, & *s* geminato ad compensandam syllabam extritam. Quæ in *xo* fieri videntur ad imitationem Græcorum: ut enim illi ab ἄγω ἄξω, sic Latini à *Fac̄to faxo*; locum enim non habent nisi in Frequentativis. Futura in *ssere* fiunt ab antiquis Futuris in *so*; ut, *impetrassere*, ab *impetrasso*, *expugnassere*, ab *expugnasso*. Alii ita: Quæ in *im* desinunt, fiunt à priore Supino mutando *sum* in *sim*, *c̄tum* in *xim*. Quæ in *so* aut *xo*, à Supino itidem, sed *tum* impurum Supini, mutatur in *so*, *tum* purum in *sso*: *itum* in *esso*: ut, ab *Ausum ausim*, *fac̄tum faxim*: ab *occæptum occæpso*: ab *irritatum irritasso*: à *prohibitum prohibesso*: à *fac̄tum* fit *faxo*, quia *x* valet *cs*. Leguntur etiam apud Plautum *faxem* pro *fecissem*, *danunt* pro *dant*. Plaut. Pseudol. a. 1. sc. 5. *Si id faxem*. Idem Mercat. a. 2. sc. 1. *Somnia in somnis danunt*.

Omnia

Omnia verba quartæ Conjugationis veteres finiebant olim in *ibam*, in Imperfecto; & *ibo* in Futuro; tranſmutantes ſcilicet vocales, & pro *ie*, *ei* dicentes; ut, *leneibant*, pro *leniebant*, & *ei* poſtea in *i* longum vertebant: Plaut. Aſinar. a. 2. ſc. 2. *Scapulæ geſtîbant mihi.* Idem Aulul. a. 2. ſc. 2. *Præſagîbat mihi animus.* Virg. Æneid. 6. *Lenîbat dictis animum, lacrymaſque ciebat.* Idem Æneid. 8. *Tum mihi prima genas veſtîbat flore juventa.* Terent. Hecy. a. 3. ſc. 5. *Matris ſervîbo commodis.* Idem Phor. a. 5. ſc. 1. *Nemo ex me ſcibit.* Horat. l. 3. od. 23. *Mollîbit averſos penates.* Terent. Heaut. a. 4. ſc. 1. *Hîc ego virum interea opperibor.* Quæ formandi ratio adhuc manet in *Eo*, & *queo*, cum compoſitis; ut, *ibam redibam*, *ibo redibo.* Quædam tamen Compoſita ab *eo* habent Futurum aliquando in *eam*, *ies*, *iet*, &c. analogicè, ut *ineam*, *inies*, *iniet*, *præteream*, *præteries*, *præteriet*, *tranſeam tranſies tranſiet*, licèt Futura in *ibo* ſint longè uſitatiora, *inibo*, *præteribo*, *tranſibo.* Tibul. l. 1. el. 4. *At ſi tardus eris*, *errabis*, *tranſiet ætas.* Videntur etiam & Verba tertiæ conjugationis olim exiiſſe in *bo*, ex illo Plauti Epidic. a. 1. ſc. 1. --- *Opera reddibitur tibi*, & Caſin. a. 1. ſc. 1. *Ruri reddibo te.*

Imperfectum 4æ. Conjug. olem ibam. Futurum ibo. Priſcian. l. 11.

Futur. 3æ. conjug. in em olim. Quintilian. l. 1. c. 12.

Futurum tertiæ Conjugationis priſcis exibat in *em*, ut legem, faciem. Vide Scaligerum de cauſ. L. L. l. 1. c. 43. & Voſſium de Analogia, l. 3. c. 13.

De Impersonalibus.

CAP. XXV.

Impersonalia quæ.

CErtum est Impersonalia hinc nomen habere, quòd primâ & secundâ personis, ut nobilioribus destituantur; Tertia enim, cum sit indefinita, vix Personæ nomine est digna. Sed hìc quæri solet, an ea, quæ licèt tertiâ tantùm personâ efferantnr, Nominativum tamen habent antecedentem, sint pro Personalibus, an pro Impersonalibus habenda: ut, Æneid. 10. *Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, Insit.* Ego quidem hujusmodi ad Defectiva referenda puto, eáque sola dicenda Impersonalia, quibus deest Nominativus. Scitè Saturnius; *Impersonalia dicuntur Personis, & Numeris carere, quia carent supposito recto: ut cadaver non ideo dicitur informe, quòd omni prorsus careat formâ, (remanet enim forma corporalis,) sed quòd formã exuit rationalẽ: Sic Verba non ideo dicenda Impersonalia, quòd omni Personarum, Numerorumque vel existentiâ, vel formâ, quoquo modo sint viduata; sed quòd amisso suppositorecto, propriâque personalitatis formâ, tertiam vocem singularem specie tenus, tanquam inanimum quoddam corpusculum sibi retinuerunt.*

Personalia fiunt Impersonalia, & Impersonalia Personalia: lubet, & libet, idem; sicut optumus & optimus.

Nullum fere Verbum est tam Personale, ut non idem Impersonalis, nec tam Impersonale, ut non idem Personalis formã possit induere. Hæc verò, *libet, licet, decet, tædet, pudet, piget, liquet, miseret, pœnitet, oportet, interest,* & *refert,* cum officium aut

ad

ad aliquid pertinere significant, semper fere manent Impersonalia: quæ tamen aliquando Personalia fiunt: ut, Cicero 2. de orat. *Si tibi id minùs libebit.* Terent. Adelph. a. 5. sc. 9. *Facite quod vobis lubebit.* Cicero in Verrem. 4. *Non idem mihi licet.* Horat. l. 1. epist. 7. *Parvum parva decent.* Idem in Arte. --- *Tristia mœstum vultum verba decent.* Gellius. l. 1. c. 2. *Verbisque ejus defatigati pertæduissent.* Plaut. Casin. a. 5. sc. 2. *Ita nunc pudeo.* Lucan. l. 8. --- *semper metuet quem sæva pudebunt.* Terent. Phorm. a. 3. sc. 3. *Ne quid plus minúsve faxit, quod nos postea p̄geat.* Cicero. Acad. 4. *Si habes quod tibi liqueat.* Ennius in Hecuba. *Miserete mei anuis, date ferrum, qui me animâ privem.* Plaut. Stich. a. 1. sc. 1. *Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.* Terent. Heaut. a. 3. sc. 2. *Hæc facta ab illo oportebant Syre.* Cicero in Partit. *Quod enim permagni interest, sæpe pro necessario habetur.* Idem l. 5. epist. *Mon scripsi id quod tuâ nihil referebat.*

Impersonalia penè omnia, Neutra vel Passiva, Pauca admodum, Activa, vel Deponentia.

Impersonalia carent Gerundiis, Supinis, & Participiis, præter; *Pœnitendi, pœnitendum, pœnitens, pœnitendus, pudendo, pudendum, puditurus, pudendus, pertæsus, licitus, liciturus, pigendus.* Cicero. Tuscul. 4. *Tanta fuit vis pœnitendi.* Salust. in Jugurth. *Num eorum pœnitendum sit.* Sueton. in Vitel. c. 15. *Non multò pòst pœnitens facti.* Columel. l. 2. c. 2. *Hic ager sive exercetur, sive cessat, colono est pœnitendus. Pœniturus* apud Accium; *Neque te, neque quenquam arbitror pœniturum tuæ laudis:* & apud Salustium, teste Quintiliano l. 9. c. 3. Cicero: *Non enim pudendo, sed non faciendo id quod non decet, impu-* *Impersonalia carent Gerundiis, Supinis, Participiis.*

dentiæ nomen effugere debemus. Idem de claris orat. *Induci ad pudendum, ad pigendum.* Plin. l. 36. c. 15. *Tanquam puditurum esset extinctos.* Virg. Æneid. 11. --- *at non Evandre pudendis Vulneribus pulsum aspicies.* Æneid. 5. *Pertæsum magni incepti, rerumque tuarum.* Æneid. 8. --- *et licito tandem sermone fruuntur.* Cicero ad Attic. l. 2. epist. 1. *Quod nihilo magis ei liciturum esse plebeio rempub perdere, quàm similibus ejus, me consule, patriciis esse licitum.* Ovid. Heroid. 7. *Adde fidem, nullâ parte pigendus erit. Pudens, libens,* & si qua alia, Nomina potiùs censenda, quàm Participia. Imò & hæc quæ diximus non ab Impersonalibus, sed Personalibus deduci videntur, quæ priscis in usu, quod jam ostendimus.

CAP. XXVI.

De Gerundiis, & Supinis.

Gerundia an Verba vel Nomina.

VEteres Grammatici Gerundia, & Supina (hæc enim non, ut hodiè fit, separabant) variis appellabant nominibus, test Diomede. Quidam dixerunt *sextum Modum,* Servius *Modum Gerundii,* & *Modum Gerundivum.* Diomedes modò *Participialia,* modò *Modum Participialem,* modò *Gerundia,* modò *Supina.* Priscianus nunc *Gerundia,* nunc *Supina,* nunc *Nomina Participialia.*

Priscianus l. 8.

Qui Gerundia volunt esse Nomina, non Verba, his nituntur argumentis. Tum quòd Temporibus careant, sine quibus Verbum esse non potest; tum quòd Casus habeant. Gerundia enim in *di* ut terminationem, ita & constructionem Genitivi:

Gerundia

Gerundia in *do*, Ablativi, & interdum Dativi: Gerundia in dum, Accuſativi, & Nominativi, quódque ſeparatas Præpoſitiones, appoſitas habent. Sed alii has rationes, utcunq; ſpecioſas, non tamen ſatis validas eſſe putant. Dicunt enim terminationes iſtas, quæ ſimilitudinem habent Caſuum, non eſſe veros Caſus, ſed exitus Verborum: nam quæ in *do* exeunt, eſſe communia more Verborum, cum omnes obliqui Caſus in *o* ſemper producantur. Quod ad Præpoſitiones ſeparatas, quæ his interdum apponuntur, neminem neſcire Græcos Infinitivis ſuis (quorum vice apud Latinos funguntur Gerundia, & Supina) tum Articulos, tum Præpoſitiones apponere. Demoſth. Olynth. 1. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι μίαν σύνταξιν εἶναι, τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν, καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα: *ego enim cenſeo unam eſſe rationem, eandem & accipiendi, & faciendi quæ oportet.* Ariſtot. Rhetor. 1. τὸ πλουτεῖν ὄζειν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι, *Divitem eſſe in utendo magis, quàm in poſsidendo conſiſtit.* Demoſth. Olynth. 1. Πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ, καὶ καλὰ καιρὸν πράττεσθαι πολλῷ προέχει, j, *Ad res quidem bellicas celeriter, & tempeſtivè conficiendum, multùm valet.* Mihi quidem nec Verba, nec Participia, ſed Nomina videntur. Non Verba, propter illas rationes, quas adduximus ex Priſciano; quòd ſcilicet Tempore deſtituantur, & Caſus habeant: nec Participia, licèt iis in *dus* ſint ſimilia, quod, ut non Tempus adſignificent, quod ex naturâ Participii, ita utriuſque ſint ſignificationis, Activæ, & Paſſivæ; quod Participio neutiquam convenit. De ſignificatione Activâ nemo dubitat, imò hanc ſolam habere vulgò perſuaſum; de Paſſivâ videbimus. Juſtin. l. 17. *Athenas quoque erudiendi gratiâ*

miſſus, i. e. *ut erudiretur*. Virg. Geor. 3. --- *Vritque videndo Fœmina*, i. e. *dum videtur*. Cicero 2 de Natura Deorum: *quòd erat ad veſcendum hominibus apta*, i. e. *quæ ederetur*. At ſciendum, non omnia Gerundia ſignificare Activè, & Paſſivè, ſed quæ ab iis Deponentibus orta, quæ olim Paſſivè uſurpata, Verborum ſcilicet ſuorum ſequuntur naturam, & hæc plurimùm Activè, rariùs Paſſivè ſignificant. Quòd autem Verborum ſuorum ſtructuram retineant, id non tanti eſt, cùm hoc & aliis Nominibus conveniat. Cicero de Legib. l. 1. *Quòd ſi juſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus, inſtitutiſque populorum*. Plaut. Amph. a. 1. ſc. 3. *Quid tibi hanc curatio eſt rem?* Livius. l. 25. *Hamio vitabundus caſtra hoſtium, conſuléſque, loco edito caſtra poſuit*. Cenſemus ergo Gerundia eſſe Nnmina πενταπτωτα ſecundæ Declinationis. Ea tamen Verbis ſubjecimus, tum quia id vulgò factum video, idque veterum exemplo; tum quòd magna convenientia Gerundii cum Infinito, adeo ut ſæpe pro eo ponatur. Cæſar. l. 7. bell. Gal. *Conſilium cæperunt ex oppido profugere*, pro *profugiendi*: quod pluribus oſtendemus in Syntaxi Gerundii.

Gerundia unde dicta. Dicuntur Gerundia quia res gerendas indicant. Scaliger de cauſ. L. L. l. 7. c. 143.

Supina unde. *Supinis* unde nomen inditum non ſatis conſtat: Probus ita vocari ait, quòd nec certum habeant Numerum, nec Perſonam, nec ſignificationem, ſed inſtar hominis ſupini, omnia habeant confuſa, cum utriuſque ſint numeri & ſignificationis, tum Activæ, tum Paſſivæ, & ad quamlibet perſonam referantur. Voſſius ita; *ut Gerundia dicta a gerendo, i. e. adminiſtrando, quòd ejuſdem ſunt originis cum Participiis*

Participiis in dus, quæ tempus denotant futurum; futurorum autem nobis labor incumbit: ita Supina, cùm à Participiis in tus originem ducant, quæ temporis præteriti, nomen inde accepisse, quòd re gestâ licet nobis esse supinis atque otiosis. Alii, quòd, cum ante se Casum non habeant, à quo fulciantur, velut languida humi jaceant, nisi a verbo, vel Adjectivo præcedente erigantur.

Supina an Verba, Participia, an Nomina.

Non minor inter Grammaticos de Supinis, quàm de Gerundiis disceptatio, dum alia Verba esse volunt, alii Participia, alii Nomina. Saturnius putat *posterius* Supinum esse nomen, at *prius* novam constituere partem orationis. Frischlinus, *posterius* esse Nomen, *prius* esse Participium. Melior autem videtur sententia Prisciani statuentis utraque esse Nomina ἀπτωτα quartæ Declinationis.

CAP. XXVII.

De Participio.

Participium quæ in re differt à Verbo, & Nomine.

PArticipium est medium quiddam inter Nomen, & Verbum: differt autem à Verbo, quòd per Casus & Genera variatur; à Nomine, quòd tempus consignificat. Licèt enim quædam sunt Nomina, quæ tempus denotant, & ideo Temporalia dicuntur, ut dies, mensis, annus; hæc tamen nihil aliud significant, nisi ipsum tempus per se, nec cum terminationum mutatione diversa significant tempora. Participia verò, non ipsum tempus per se, sed actionem vel passionem aliquam in diverso tempore fieri demonstrant, & pro diversis tempo-

temporibus, diversa tempora; ut, *amans* Præsens, *amatus* Præteritum, *amaturus*, & *amandus* Futurum. Et sicut Pronomen ideo est inventum, ut adjungi possit primæ, & secundæ Personæ Verbi, quibus Nomen caret; ita Participium; ut, quæ Verbis desint, i. e. Casus, & Genus compleat. Ita ut Participium nihil aliud sit, quàm Verbum Casuale.

Vsus Participii.

Participia brevitati inserviunt, ut duo actus possint immediatè sine media copula conjungi; ut, Salust. *Excruciatum necat.* Inserviunt etiam varietati, ne Verbi repetitio tædium afferret.

Iens.

Participium *iens* ab *eo*, simplex legitur apud Ciceronem ad Attic. l. 15. epist. 9. *Ante diem quartum Kalend. Majas iens in Pompeianum bene manè hæc scripsi:* & l. 16. epist. 1. Nonis Quintil. *veni puteolanum iens ad Brutum in Neside hæc scripsi.* In obliquis facit *euntis, eunti, euntem, eunte*; sic *abiens abeuntis, rediens redeuntis*; at *ambiens ambientis.*

Præsens interdum notat Tempus Præteritum.

Prrticipia Præsentis temporis aliquando notant Tempus præteritum, cum scilicet adjunguntur Verbis præteriti Temporis. Martial. l. 10. epig. 73. *Vilior hæc nobis alio mittente fuisset*, i. e. si alius misisset. Terent. Phorm. a. 5. sc. 1. *Offendi adveniens quocum volebam, atque ut volebam, collocatam filiam*, i. e. postquam adveni.

Participia in dus semper significant Passivè.

Participia Verborum suorum significationem habent, Activorum scilicet Participia, Activam; Passivorum, Passivam; Neutrorum, Neutralem; nisi quòd Participia in dus Passivè, semper significent, licèt à Deponentibus orta: & ratio est, quia ea Deponentia quibus est Futurum in *dus*, olim fuere Communia. Et hinc etiam est, quòd nonnulla

nulla Participia Præteriti temporis à Deponentibus orta Passivè interdum significent. Virg. eclo. 3. *Nunc oblita mihi tot carmina.* Terent. Phorm. a. 1. sc. 5. *Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.* Virg. Æneid. 2. --- *clypeos mentitaque tela Agnoscunt.* Cicero pro Roscio: *Quo uno maleficio scelera omnia videntur complexa esse.* Idem in Verrem. 3. *A Verre populatam, vexatamque provinciam.* Idem de Senect. *A quo essent illa demensa, & descripta.* Idem in Verrem. 4. *Vt res quàm maximè clara, atque testata esse posset.* Idem. Catul. 2. *Quòd ex urbe parum comitatus exierit.* Virg. Æneid. 3. --- *cursusque dabit venerata sacerdos.* Quinctil. l. 5. c. 4. *Est & assumptio interim confessa.* Horat. epod. 16. *Parentibusque abominatus Hannibal.* Ovid. Metam. 6. *Dat gemitus fictos, commentaque funera narrat.* Cicero in Verrem. 5. *Confessa res, & manifesta.* Idem l. 2. de Nat. Deorum. *Spatia mensa, quia conficiunt cursus lunæ, menses vocantur.* Seneca. Medea. *Professa perdunt odia vindictæ locum.* Gellius. l. 15. c. 7. *Observatum est in multâ hominum memoriâ, expertúmque est.*

Participia Præteriti Temporis à Deponentibus orta, interdum significant Passivè.

Quædam Participia Præteriti temporis fiunt à Neutris; ut *pransus* a *prandeo*, *cœnatus* à *cœno*, *juratus* à *juro*, *potus* à *poto*, *placitus* à *placeo*, *gavisus* à *gaudeo*, *fisus* à *fido*, *solitus* à *soleo*, *ausus* ab *audeo*, *titubatus* à *titubo*, *nuptus* à *nubo*, *adultus* ab *adolesco*, *initus* ab *ineo*, *obsoletus* ab *absolesco*, *exoletus* ab *exolesco*, *osus* ab *odi*, *cæptus* à *cæpi*. Ex quibus, *juratus*, *potus*, & *cæptus*, Activè significant & Passivè, *appotus* Activè tantùm, *epotus Passivè*. Plaut. Rudent. a. 5. sc. 3. Gr. *Non tu iuratus mihi es?* L. *Iuratus sum & nunc jurabo.* Lucanus. l. 8. *Prisca manent mihi per*

Participia Præteriti Temporis à Neutris orta.

Latium jurata tonantem. Apud quem legitur & *juror* Paſſivum. l. 5. *Et lætæ jurantur aves bubone ſiniſtro.* Horat. l. 1. epiſt. 19. *Ennius ipſe pater, nunquam niſi potus ad arma Proſiluit dicenda.* Ovid. Faſt. l. 1. *Quo plùs ſunt potæ, plùs ſitiuntur aquæ.* Iuvenalis ſat. 10. --- *epotaque flumina Medo.*

Reperiuntur etiam à quibuſdam Neutris Participia in *dus*; ut, *carendus, dolendus, cœnandus, erubeſcendus, horrendus, audendus, pavendus, tremendus; pœnitendus, pudendus, pigendus.*

Fiunt & Participia Paſſiva ab hujuſmodi Neutris, quæ tertiam habent Perſonam Paſſivam; ut, *aratur terra,* hinc *arata, & aranda terra,* ſic *decurſus decurrendus, vigilatus vigilandus, feſtinatus feſtinandus, regnatus regnandus, properatus properandus.*

Præſens interdum Paſſivè ſignificat.

Participia Præſentis temporis aliquando Paſſivè ſignificant; ut, Æneid. 1. *Certè hinc Romanos olim volventibus annis Hinc fore ductores,* i. e. *qui volvuntur.* ibid. --- *aut cum liquentia mella Stipant,* i. e. *quæ liquuntur.*

Sunt quædam Verba, quæ tametſi Supina habeant, deſtituuntur tamen Participio Futuro in rus; ut, *cano, creſco, ſoleo, obliviſcor.* Quædam etiam Supinis carent, quæ habent Futurum in rus; ut, *moriturus.*

Hæc Participia præter analogiam à Verbis ſuis deducuntur, *Pariturus, naſciturus, ſonaturus, arguiturus, eruiturus, moriturus, oriturus, futurus.*

Participia in *dus* & Gerundia in *dum* à Verbis tertiæ, & quartæ Conjugationis apud veteres ſæpe *u* pro *e* habent. Plaut. Moſtel. a. 1. ſc. 3. *Soli gerundum cenſeo morem, & capiundos crines.*

Similia Participiis ſunt iſta *Tunicatus, togatus, perſo-*

perſonatus, larvatus, & innumera hujus ſortis vocabula, quæ à Nominibus, non à Verbis deducuntur.

Sunt etiam nonnulla, quæ pro diversâ ſignificatione ſunt Participiâ, & Nomina; ut, *ſcriptura* ἡ γράφουσα, καὶ ἡ γραφὴ, *uſura,* ἡ χρησομένη, καὶ ὁ τόκος, *factum* τὸ γενόμενον, καὶ τὸ ἔργον: *dictum,* τὸ λεχθὲν, καὶ ὁ λόγος.

Participia nonnunquam cum iis componuntur, quibus Verba, unde derivantur, componi non poſſunt: ut, *inſciens, inſperans, inauditus, illaudatus, impranſus, imperterritus, inhumatus, inemptus.* *Figura.*

Quædam Compoſita à ſignificatione Simplicium diſcedunt: ut, *auſus, ultus, opinatus* Activè ſignificant; *inauſus, inultus inopinatus* Paſſivè.

CAP. XXVIII.

De Participiis degenerantibus in Nomina.

PArticipia amiſſo Tempore ſuo, vel Conſtructione, migrant in Adjectiva, quæ dicuntur Participialia. Participia Præſentis temporis cum conſtructionem habent Subſtantivorum in *tor,* aut *trix,* vel Adjectivorum: ut, *Appetens alieni,* i. e. *appetitor alieni, ſciens pugnæ,* i.e. *peritus pugnæ.* Participia Præteriti temporis, cum aut Tempus non exprimunt; ut, Horat. l. 3. od. 8. *Doctus ſermonis utriuſque linguæ:* vel cum à Paſſivis orta Activè ſignificant: ut, *circumſpectus, conſideratus, deſertus, cautus, notus, ignotus, falſus, contentus, tacitus, profuſus, attentus.* *Participialia quæ.* *Præſens.* *Præteritum.*

Futurum in rus. Participia Futuri in *rus*, cum non tam Tempus denotant, quàm voluntatem aut facultatem. Seneca: *Nullam autem mentionem fecit cometarum, non prætermiſſurus, ſi quid explorati apud illos comperiſſet.* i. e. quod non prætermiſiſſet. Martial. l. 5. epi. 70. *Antoni Pharionil objecture Photino.* i. e. qui nihil potes objicere, utpotè qui majoris facinoris reus. Vera autem Futura ſunt. Horat. l. 2. od. 3. -- *Omnium Verſatur urna: ſeriùs, ocyùs Sors exitura, & nos, in æternum exilium, impoſitura cymbæ*, i. e. exibit & imponet. Ovid. Metam. 3. *Nec mihi mors gravis eſt poſituro morte dolores.* i. e. qui ponam. Participia Futuri in *dus* cùm vel Tempus præſens ſignificant. Cicero. Offic. 1. *Orationem Latinam legendis noſtris efficies profectò pleniorem.* i. e. dum leguntur noſtra: Vel cum non Tempus futurum, ſed officium tantùm aut neceſſitatem denotant. Ovid. *Nec quia rex mundi compeſcuit ignibus ignes, Ipſe ſuis Phaeton inficiandus erat.* ought to have bin denyed. Vera autem Futura. Catullus. *Nobis cum ſemel occidit brevis lux, Nox eſt perpetua una dormienda*, i. e. quæ dormietur. Æneid. 7. *Exulibúſne datur ducenda Lavinia Teucris*, i. e. quæ ducetur. Quæ autem cum officio, vel neceſſitate Tempus etiam notant futurum, inter vera Futura cenſenda. Juvenal. ſat. 4. *Ecce iterum Criſpinus, & eſt mihi ſæpe vocandus*, i. e. vocari debet, & vocabitur. Græci hìc ſuâ copiâ Latinis feliciores, quibus eſt & Participium, quo Futurum Paſſivum; & Verbale, quo Participiale ſignanter exprimant. Lucian. οὐχ ὁ τύραννος ἡμῖν ἀντὶ τοῦ θεοῦ κολακευτέος, *Tyrannus non eſt nobis loco dei colendus.* Philo contra Ariſtocr. οὐ τὸ συμβὰν σκεπτέον, ἀλλὰ τὴν τοῦ διαφθείροντος δύναμιν.

Futurum in dus.

Seneca l. 7. nat. quæſt.

Ovid. de Triſt. l. 4. el. 3.

Car. 5.

Non

Non eventus, ſed ejus, qui fecit, animus eſt conſiderandus. Addunt alii & Compoſitionem mutare Participia in Nomina, quando ſcilicet cum iis componuntur, cum quibus Verbum componi nequit, quod multis refellitur teſtimoniis. Terent. And. a. 3. ſc. 4. *Feci hodiè, ut fierent inſperante hoc, atque invito Pamphilo.* Cicero. l. 16. epiſt. 21. *Inſcientibus nobis, & cœnantibus obrepit.* Horat. l. 3. od. 25. *Indictum ore alio.* *Compoſitio non mutat Participium in Nomen.*

Participia in *rus* & *dus* Comparationem non admittunt; reverendiſſimus, obſervandiſſimus, colendiſſimus recepta quidem ſunt, Latina non ſunt. *Participia in rus, & dus non Comparantur.*

CAP. XXIX.

De Adverbio.

ADverbium eſt pars orationis non flexa quæ maximâ ex parte Verbo, nonnunquam Participio, Nomini, aut alii alicui Adverbio adjicitur, ut ſignificationem eorum explanet, ac determinet: ut, *Quod citò fit, citò perit. Non omnino delirans, gnaviter impudens. Ne parum leno ſies. Sat citò, ſi ſat bene.* Ideo autem Adverbia dicta, quòd Verbis potiſſimùm adhæreant. *Adverbium.*

Significationis varietas ex Verborum circumſtantiis colligenda.

Affirmandi Adverbia ſunt; *etiam, ſic, ita, ſanè, maximè, omnino, prorſus, certè, profectò, planè, immo.*

Comparandi; *Tam, quàm, magis, minùs, minimè, æquè,* omniáque Comparativa, & Superlativa.

Congregandi; *Simul, unà, pariter, univerſim, conjunctim.*

Corrigendi; *Immo, potiùs, magis.*

Demonſtrandi; *En, ecce.*

Diſtribuendi. *Bifariam, trifariam, dupliciter, tripliciter.*

Diverſitatis; *Aliter, ſecus.*

Dubitandi; *Forſan, forſitan, fortaſſis, fortaſſe, an, num.*

Eligendi; *Satiùs, potiſſimùm.*

Excludendi; *Tantùm, ſolùm, duntaxat, unicè.*

Hortandi; *Amabo, agedum, eja.*

Intendendi; *Valde, nimis, nimiùm, immodicè, impendiò, impensè, penitus, funditus.*

Interrogandi, quorum alia quærunt de re, an ſit? ut, *Num? an?* Alia de causâ; ut, *Cur?* Alia de loco; ut, *Vbi? unde?* Alia de tempore: ut, *Quando? quoad? quouſque? quamdiu?* Alia de numero; ut, *Quoties?* Alia de qualitate; ut, *Qualiter?* Alia de intenſione; ut, *Quàm?*

Jurandi; *Hercule, mehercule, pol, ædepol, næ.*

A Loco, quibus reſpondetur ad unde? *Hinc, illinc, iſtinc, intus, foris, inde, aliunde, alicunde, indidem, undecunque, ſupernè, infernè, cælitus.*

Ad locum; quibus reſpondetur ad, quò? *Huc, illuc, iſtuc, intrò, foras, ſurſum, deorſum.*

In Loco; quibus reſpondetur ad ubi? *Hìc, illic, iſtic, intus, foris: uſquam, nuſquam, uſpiam, ubique, ubicunque, utrinque, ibi, alibi, alicubi, ibidem.*

Verſus Locum; quibus reſpondetur ad, quorſum? *Horſum, aliorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, introrſum, extrorſum, quæ* ex *verſum* componuntur; ut, *horſum*, quaſi *huc verſum.*

Negandi; *Haud, non, minimè, nequaquam.*

Negatæ ſolitudinis; *Non ſolùm, non tantùm, non modò.*

Numeri;

Numeri; *Semel, bis, ter, quater, quinquies, ſexiẽs, ſepties, vigeſies, vel vicies, trigeſies, vel tricies, quadragies, quinquagies, ſexagies, ſeptuagies, octogies, centies, millies.*

Optandi; *Vtinam, ô.*

Ordinis; *Inprimis, inde, deinde, noviſſimè, deniq;.*

Rei non peractæ; *Ferme, fere, propè, propemodum.*

Prohibendi; *Ne, nequaquam, minimè.*

Qualitatis; *Doctè, pulchrè, fortiter, gnaviter.*

Quantitatis; *Parum, ſatis, abunde.*

Remittendi; *Vix, ægrè, paulatim, ſenſim, pedetentim.*

Reſtringendi; *Quatenus, quod.*

Segregandi; *Seorſim, ſegregatim, nominatim, viritim, oppidatim, vicatim, oſtiatim.*

Similitudinis; *Sic, ſicut, ita, tanquam, quaſi, ceu, uti, veluti.*

Temporis; quæ vel tempus definitum ſignificant, vel indefinitum; quæ definitum, præteritum, præſens, aut futurum.

Temporis præteriti ſunt; *Heri, pridie, nudiuſtertius, nudiuſquartus, dudum, jamdudum, pridem, jampridem, abhinc.*

Temporis præſentis ſunt; *Iam, nunc, hodie.*

Temporis futuri; *Cras, perendie, poſtridie, mox, propediem.*

Temporis indefiniti ſunt, quæ nullum certum temporis terminum ſignificant; ut, *Dum, quum, quando, quamdiu, ſubinde.*

Olim, aliquando, & quondam, de præſenti dicuntur, & futuro.

Plurima Adverbia oriuntur à Nominibus partim non mutatis; ut, *Solùm, tantùm, citò, crebrò.* *Adverbia unde orta.*

Partim

Partim à mutatis; quorum alia in *im* desinunt; ut, *Summatim, syllabatim, turmatim, viritim, privatim, paulatim, gradatim.* Alia in *tus*; ut, *Medullitus, funditus, divinitus, cælitus, radicitus.* Sed eorum quæ in *e*, & *ter* exeunt, longè maxima est copia; ut, *Doctè, copiosè, fortiter, prudenter.* Quæ in *e* exeunt fiunt ab Ablativis si 2æ Declinationis, mutato *o*, in *e*; ut, à *pulchro, pulchrè*, ab *integro integrè*, à *docto doctè*: sed à *bonus* fit *bene*: si tertiæ, mutato *i* in *e*. ut, ab *impuni impune.* Quæ in *ter* desinunt, fiunt à Casu in *i*, tum 2æ, tum 3æ Declinationis, addito *ter*; ut, à *Firmi, firmiter*, ab *humani, humaniter*, à *forti, fortiter*, à *fideli fideliter*: At à *solerti* fit *solerter, Auctacter* & *difficulter* contracta sunt pro *audaciter, difficiliter.* Quorum verò Nominativus desinit in *ns*, ab horum Ablativis in *e* fiunt Adverbia in *ter*, *r* tantùm addito; ut à *constante, constanter, elegante, eleganter.* Huc pertinent *violenter, luculenter, opulenter* quorum Nominativus olim in *ns*.

Sunt etiam quædam Derivativa desinentia in *ies*; ut, *Quinquies, sexies, septies*, quæ fiunt à suis Primitivis addendo *ies*, cum Primitiva nec a vocali, nec *m* terminantur; ut, à *Quot quoties*, à *tot tototies.* Sin Primitivum exit in *m*, *m* cum sua vocali abjicitur; si in vocali, vocalis exteritur; ut, à *Septem septies*, à *centum centies*, à *quinque quinquies*, ab *octo octies.* Hæc contra analogiam formantur, *vigesies, vel vicies, trigesies, vel tricies, quadragies, sexagies, septuagies, octogies, nonagies.*

Hæc singularia sunt; *alibi*, & *aliàs* ab *alius, obviam* ab *obvius, omnino* ab *omnis, diu* à *dies, parum* à *parvus, actutum* ab *actus, ter* à *tres, quater* à *quatuor, nequiter* à *nequam.*

Quædam

Quædam derivantur à Pronomine; ut, *Hìc, huc, hinc, iſtic, iſtuc, iſtinc, illic illinc.* Nonnulla à Verbo, idque vel à Præſenti; ut, ab *abundo abunde*, à *mordeo mordicus*; vel à Supino; ut à *Separatum ſeparatim*, à *gravatum gravatim*, à *raptum raptim.* Alia à Præpoſitione; ut ab *Intra intro*, & *intrinſecus*, ab *ultra ultro*, à *citra citro*, ab *in intus*, *ab extra extrinſecus.*

Adverbiorum Comparatio.

Adverbia ab Adjectivis quæ comparantur nata, admittunt Comparationem, faciúntque Comparativum in *us*, Superlativum in *mè*; ut, *Acriter, acriùs, acerrimè, pulchrè, pulchriùs, pulcherrimè, bene, meliùs, optimè*; *malè, pejùs, peſſimè*; *magis, maximè*, & *ocyùs ocyſſimè ſine* Poſitivo, *ſerò ſeriùs* ſine Superlativo.

Comparantur etiam nonnulla ab Adjectivis non deducta; ut, *Sæpe, ſæpius, ſæpiſſimè*; *diu, diutius, diutiſſimè, penè, peniſſimè* ſine Comparativo, *ſatis ſatiùs, ſecus ſecius, tempori temporius* ſine Superlativo: Ex his *ſatiùs & ſecius* variant à ſignificatione ſui Poſitivi; *ſatis* enim ſignificat *abunde, ynough*; *ſatiùs* verò, *meliùs*, better, *ſecus, aliter, ſecius tardiùs* vel *minùs.* Inveniuntur tamen apud antiquiſſimos *ſæpior, ſæpiſſimus*, quod docet Priſcianus. l. 15. *Penitùs* & *penitiſſimè*, à *penitus penitiſſimus* quibus uſus Plautus Aſinar. a. 1. ſc. 1. *Vſque ex penitis faucibus:* & perſa. a. 4. ſc. 3. --- *Ex Arabiâ penitiſſimâ.*

Quibuſcum Adverbia componuntur.

Adverbia componuntur vel ex duobus Nominibus; ut, *Pridie* quaſi priore diè, vel ex Nomine & Pronomine; ut, *hodie*, i. e. hoc die; vel ex Nomine & Verbo; ut, *pedetentim*, quaſi pedem tentando; vel ex Nomine & Participio; ut, *perendie*,

die, quasi perempto die ; vel ex Nomine & Adverbio ; ut, *sæpenumero* ; vel ex Nomine & Præpositione ; ut, *dextrorsum* à dextram & versus ; vel ex duobus Verbis ; ut, *scilicet*, *ilicet*. i. e. scire, ire licet ; vel ex Verbo & Adverbio ; ut, *ubivis*, *quolibet* ; vel ex duobus Adverbiis ; ut, *sicut* pro sic ut ; vel ex Adverbio & Præpositione ; ut, *affabre*, ab ad & fabre ; *interdiu*, ab inter & diu ; vel ex Adverbio & Syllabicâ adjectione ; ut, *parumper* ; vel ex Præpositione & Pronomine ; ut, *postea*. Quædam ex tribus ; ut, *nudiustertius*, i. e. nunc dies tertius.

CAP. XXX.

De Conjunctione.

Conjunctio.

COnjunctiones Causales sunt, quæ rationem orationis præcedentis inferunt ; ut, *Nam*, *namque*, *enim*, *etenim*, *quòd*, *quia*, *quippe*, *quoniam*.

Concessivæ ; quæ aliquid in oratione concedunt, cui aliud deinde subnectitur, quod adversatur ; ut, *etsi*, *tametsi*, *etiamsi*, *quanquam*, *quamvis*.

Conditionales ; quæ sententiam præcedentem conditione quadam determinant ; ut, *Si*, *sin*, *siquidem*, *modò*, *dum*, *dummodo*, *quoad*, *quatenus*, *alioqui*, *aliàs*.

Continuativæ ; quæ membra orationis ordine quodam inter se continuant ; ut, *Deinde*, *præterea*, *item*, *insuper*.

Copulativæ ; quæ tam verba, quàm sensum copulant ; ut, *Et*, *ac*, *que*, *atque*, *cum*, *tum*.

Dimi-

Diminutivæ; quæ id quod minus est concedi dignum indicant, quas Græci ἐλαττωτικὰς vocant; ut, *Saltem, minimùm.*

Discretivæ; quæ disiscreta connectunt, quæ & Adversativæ dicuntur, quòd superiori sententiæ adversam annectunt; ut, *Sed, at, ast, atquî, cæterùm, tamen, verò.*

Disjunctivæ; quibus partes ita disjunguntur, tanquam una tantùm vera esse possit; ut, *Aut, vel, sive.* Hæc voces conjungunt, licèt sensum disjungant, quâ ratione Conjunctionis nomen non amittunt.

Electivæ; quibus ex duobus præpositis priùs nos eligere, ac præferre significamus; ut, *Quàm, ac.*

Exceptivæ; quæ à præcedente sententiâ aliquid excipiunt; ut, *Nisi, præterquam.*

Explanativæ; quæ præcedentia explanant; ut, *Ceu, scilicet, nempe, nimirum.*

Expletivæ; sive completivæ, quæ ornatûs tantùm, & explendi gratiâ orationi inseruntur; ut, *Enim* in illo Terentii Adelph. a. 5. sc. 1. *At enim non sinam.*

Illativæ; quæ & Rationales, Ratiocinativæ, & Conclusivæ dicuntur, quæ conclusionem ex antecedentibus inferunt; ut *Ergo, ideo, igitur, itaque.*

Redditivæ; quæ Concessivis respondent, & ostendunt non obstare, nec impedimento esse quod ante concessimus; ut, *Tamen, attamen, veruntamen.*

Sunt nonnullæ dictiones, quæ pro variâ significatione nunc sunt Adverbia, nunc Conjunctiones, nunc Præpositiones; et quædam, quæ ad varias referuntur ejusdem partis orationis classes; ut, *Cum,*

Quintil. l. 1. c. 12. Cum si tempus significaret per q: si comitem, per c: si verò causam per q ac duas sequentes is scriberetur.

Cum, pro quando, *when*, Adverbio Temporis: pro, *&*, *both*, Conjunctione Copulativa. Quintil. *Cum amiciſſimum nobis, tum eximio literarum amore flagrantem.* Pro *quoniam*, Conjunctione Cauſali; ut, *Quæ cum ita ſint:* ſignificans ſocietatem, *with*, eſt Præpoſitio.

Conjunctiones ſæpe fiunt Adverbia, & Adverbia Conjunctiones.

Conjunctiones non paucæ adeo tenui diſcrimine ab Adverbiis diſcernuntur, ut quàm ſæpiſſimè confundantur. Hujuſmodi dicuntur Conjunctiones Adverbiales, vel Adverbia Conjunctiva. Conjunctiones autem habentur, cum tantùm ad orationis juncturam faciunt; Adverbia, quatenus Verbo adjunguntur ad circumſtantiam aliquam explicandam.

Ordo Conjunctionum.

Conjunctionum aliæ ſunt Præpoſitivæ, aliæ Subjunctivæ, aliæ Communes.

Præpoſitivæ.

Præpoſitivæ ſunt, quæ in oratione ſolent præponi tantùm; ut, *Nam, ac, aſt, atque, &, aut, vel, nec, neque, ſi, quin, ſin, quatenus, ſeu, ſive, ni, niſi, at, ſed, verùm.*

Subjunctivæ.

Subjunctivæ; quæ tantùm poſtponuntur; ut, *Quidem, quoque, autem, verò, que, ne, ve* Encliticæ. *Enim* aliquando, ſed rarò admodum præponitur. Plaut. Epidic. a. 5. ſc. 2. *Enim iſthæc captio eſt.* Tacitus l. 4. *Aſiaticus. (enim is libertus) malam potentiam ſervili ſupplicio expiavit.*

Communes.

Communes, quæ & præponi, & poſtponi ſolent, quales ſunt reliquæ omnes: at *igitur*, ſæpius poſtponitur.

Quibuscum Conjunctiones componuntur.

Conjunctiones componuntur cum Adverbio, ut *Quandoquidem*; cum ſeipſis, ut *etſi*; ex duobus Pronominibus, ut *ideo*; ex Pronomine & Verbo, ut *quamvis*; ex Pronomine & Præpoſitione, ut *quapropter*;

propter; i. e. propter quæ, veteres enim pro quæ dixere qua ex Præpositione & Adverbio, ut *proinde.*

CAP. XXXI.

De Præpositionibus Separatis.

EX Præpositionibus aliæ leguntur tum separatæ, tum conjunctæ, ut *Ad in*; aliæ separatæ tantùm, ut *Apud, erga*; *aliæ* non nisi in compositione, quæ hinc Inseparabiles dicuntur, ut *Am, dis.* Separatæ, sive separabiles sunt quæ separatim extra compositionem inveniuntur, quas veteres *Casuales* dixerunt, quod casibus inserviant, uti Conjunctas *loquelares*, quod loquelis adhæreant. *Præpositio.*

Præpositiones separabiles sunt numero plus minus quinquaginta; *ad, apud, ante, adversus, adversum, cis, citra, circum, circa, circiter, contra, erga, extra, infra, inter, intra, juxta, ob, penes, per, ponè, post, præter, propter, prope, secundùm, secus, supra, trans, versus, ultra, à, ab, abs que, abs, coram, cum, de, e, ex, palam, præ, pro, sine, tenus, in, sub, super, subter, clam.* quibus à nonnullis adduntur *procul*, & *simul*, quæ potiùs censenda Adverbia. Quòd si aliquando Ablativo jungantur, est Ellipsis Præpositionum, *à* vel *cum*. Ovid. Trist. l. 4. el. 2. *Vita procul patria peragenda sub axe Boreo est*, i. e. procul à patria. Quo modo loquitur Virgilius ecl. 10. *Tu procul à patria.* Livius. *Pullo amictus simul filio Perseus ingressus est castra*, i. e, simul cum filio. ità Cicero de Amicitia; *Cum corporibus simul animas interire.* Quod item *Præpositiones separabiles.* *Procul, & simul Adverbia non Præpositiones.*

Vſque.

de *uſque* cenſendum, de quo in notis ad Syntaxin. Pro *ultra* veteribus in uſu fuit *uls*. Gellius. l. 12. c. 13.

Præpoſitionum ſignificatio.

Pleræque Præpoſitiones præter proprias, & magis nativas, alias, eáſque varias ſignificationes obtinent; quam varietatem, etſi ea meliùs aſſiduo legendi uſu, quàm ullis regulis diſcitur, ſtudioſorum gratiâ, exemplis aliquot illuſtrabimus.

Ad.

Ad ſignificat *motum ad locum, to.* Seneca in Hercule Furente. a. 2. ſc. 3. *Non eſt ad aſtra mollis e terris via. Iuxta vel prope, neere to.* Cicero pro Cælio. *Habes hortos ad Tyberim. Apud, at.* Idem. Catil. 1. *Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur.* Plaut. Mercat. a. 2. ſc. 2. *Mihi quoque etiam eſt ad portum negotium. Contra, againſt.* Plin. l. 20. c. 13. *Ruta bibitur ad pectoris dolorem.* Sueton. in Claud. c. 16. Nihil æquè facere ad viperæ morſum, quàm taxi arboris ſuccum. *Secundùm, according to.* Cicero pro Muræna. *Eſt enim ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica. Cauſam impulſivam vel finalem, & utilitatem, for.* Propertius l. 4. car. 12. *Panditur ad nullas janua nigra preces.* Cicero. offic. 1. *Ad uſum hominum omnia creantur. Comparationem, in compariſon of.* Terent. Eun. a. 2. ſc. 3. *At nihil ad noſtram hanc. Circiter* numerum notans, aut tempus, *about.* Cicero ad Quint. Frat. l. 2. epiſt. 1. *Frequentes fuimus ad ducentos.* Idem ad Attic. l. 4. epiſt. 26. *Ad quæ tempora te expectem.* Hirtius de bell. Afric. *Cum jam ad ſolis occaſum eſſet. Verſus, towards.* Cicero: *Ad meridiem ſpectans.* Cæſar. l. 1. bel. Gall. *Vergit ad Septentriones.* Varro de R. R. l. 1. c. 39. *Refert in agro ad quam partem cœli quiſque locus ſpectet. Tempus fixum & ſtatutum:*

Cæſar.

Siquis hæc ad Syntaxin malit referre, per me licet: mihi autem non tanti viſum eſt, ut à Grammaticâ Regiâ, & Linacro noſtro diſcederem.

Cæſar. l. 1. bel. Gal. *Is dies erat ad quintum Calendas Aprilis. ibid; Si quid vellent, ad idus Aprilis reverterentur. Brevitatem temporis.* Quintil. declam. 9. *Fingere nimirum ad tempus videbor. Durationem temporis, untill.* Cicero. *Qui ad multam noctem vigilaſſem.* Livius. *Nebula erat ad multum diei. Poſt.* Cicero ad Attic. l. 12. ep. 27. *Neſcio quid interſit utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos. Ante.* Suetonius in Caligula. *Caligula ſenatores ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt. Vltra, over and beſides.* Terent. And. a. 1. ſc. 3. *Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. Similitudinem.* Plaut. Mercat. a. 2. ſc. 3. *Mandavit ad illam faciem, ita ut illa eſt, mulierem emerem ſibi. Generalitam.* Cicero. *Omnes ad unum idem ſentiunt*, i. e. nullo excepto, *every one.* Plin. *Ad aſſem impendium reddere, to a farthing.* Habet & alias ſignificationes, quas per alia verba non facilè interpreteris; ut, *Canit ad lyram, ſtudet ad lucernam.*

Apud refertur *ad locum.* Terent. And. a. 5. ſc. 4. *Navi fractâ apud Andrum ejectus eſt.* Plaut. Amphit. a. 1. ſc. 1. *Quid apud haſce ædes negotium eſt tibi? Ad perſonam, with, to, before.* Terent. Eun. a. 1. ſc. 2. *Quia ſum apud te primus.* Plaut. Curcul. a. 5. ſc. 3. *Tu miles apud me cænabis.* Cicero *Queritur apud me per literas.* Plaut. Pſeud. a. 1. ſc. 3. *Apud novercam querere.* Idem *Res agitur apud judicem.* Cicero *Diximus apud pontifices.* Significat etiam *a*, vel *ab.* Idem offic. 1. *Hoſtis enim apud majores noſtros dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus.* In Saluſt. *Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo.* Terent. Eun. a. 2. ſc. 2. *Apud ſeclum prius. Iuxta.* Cicero 2 de Orat. *Quin etiam tum in lecto Sulpitius eſſet, & apud eum Craſſus ſederet.* *Apud.*

Ante

Ante. *Ante* refertur ad *Tempus.* Horat. l. 1. epiſt. 2. *Poſces ante diem librum cum lumine. Ad locum.* Virg. ecl. 5. *Ante focum ſi frigus erit; ſi meſſis, in umbrâ. Ad exceſſum.* Æneid. 1. *Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes.*

Adverſus, Adverſum. *Adverſus, adverſum,* ſignificat *Erga.* Cicero offic. 1. *Meminerimus autem & adverſus infimos juſtitiam eſſe ſervandam. Contra.* Horat. epod. 6. *Ignavus adverſum lupos. E regione, right againſt.* Plin. l. 3. c. 5. *Lerina adverſum Antipolim. Verſus, Towards.* Horat. l. 1. epiſt. 1. --- *quia me veſtigia terrent Omnia te adverſum ſpectantia nulla retrorſum. Ad,* vel *apud.* Terent. a. 1. ſc. 5. *Aut me aliquid de illa adverſum hunc loqui.*

Cis, Citra. *Cis* & *citra* ejuſdem ſunt ſignificationis, niſi quod *Cis* fere nominibus Montium & Fluminum, aliquando etiam Temporis adjungitur. Livius l. 10. dec. 4. *Cis montes caſtra Ligurum.* Cicero: *Quoad hoſtis cis Euphratem fuit.* Plaut. Trucul. a. 2. ſc. 3. *Nulla faxim cis paucos dies ſiet,* i. e. intra paucos dies. *Citra* verò tum his, tum aliis. Horat. l. 1. ſat. 1. *Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines, Quos ultra, citráque nequit conſiſtere rectum.* Ponitur etiam pro *ſine.* Quintil. l. 1. c. 4. *Nec citra Muſicen Grammatica poteſt eſſe perfecta.* Sueton. *Citra ſenatus, populíque autoritatem. Infra.* Seneca: *Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem. Ante* vel *extrà.* Sueton. in Auguſto. *Solebat etiam citra ſpectaculorum dies* &c

Circa, Circiter. *Circa* & *circiter* referuntur ad *Tempus.* Plaut. Muſtel. a. 3. ſc. 1. *Redito huc circiter meridiem.* Plin. l. 8. c. 18. *Nec amplius quàm circa eum menſem viſuntur. Ad numerum.* Horat. l. 4. od. 1. *Circa luſtra decem.* Curtius. l. 3. *Circiter duo millia deſiderati,*

hoc

hoc ſenſu *circa* rarò adhibetur. *Ad locum.* Horat. l. 1. od. 18. *Circa mite ſolum Tiburis.* Hìc *circiter* vix locum habet. Ponitur etiam *Circa* pro *de.* Plin. l. 8. c. 16. *Varia circa hæc opinio. Apud.* Cicero in Verrem. 3. *Ajebat multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis, quos circa ſe haberet.* Curtius l. 3. *Circa eum erat & Phrygũm turba, & Macedonum. In.* Horat. l. 2. od. 5. *Circa virentes eſt animus tuæ Campos juvencæ.* Quintil. procœmio l. 8. *Præcipuè circa partis hujus præcepta elaboravit.*

Contra, ſignificat *pugnam,* aut *diverſitatem.* Horat. epod. 4. *Contra latrones, atque ſervilem manum. Ex adverſo.* Æneid. 1. *Carthago Italiam contra.* Contra.

Extra, foris, without: Horat. l. 1. epiſt. 2. *Iliacos intra muros peccatur, & extra. Præter, beſides.* Terent. Phorm. a. 1. ſc. 2. *Neque cognatus extra unam aniculam quiſquam aderat.* Livius. *Extra prædam quatuor millia deditorum habiti. Sine.* Cicero Trebatio. *Extra jocum.* Idem: *Extra periculum. Excluſionem.* Plin. *Extra omnem ingenii aleam poſitus.* Extra.

Intra opponitur *extra, within.* Lucan. l. 5. *Intra caſtrorum timuit tentoria ductor. In, into.* Æneid. 6. *Intra tecta vocat. Non ultra,* vel non excedens. Ovid. --- *Intra Fortunam debet quiſque manere ſuam.* vide Gellium. l. 12. c. 13. Intra.

Inter, in medio, betweene. Cicero 2. in Verrem. *Vt dies quadraginta quinque inter binos ludos tollerentur. Multa cadunt inter calicem ſupremaque labra. Invicem ad.* Æneid. 11. *Converſique oculos inter ſe atque ora ferebant. Societatem.* Horat. l. 1. od. 8. *Inter æquales equites. Tempus.* Cicero Philip. 2. *Si hæc tibi inter cœnam, & illis immanibus poculis accidiſſet.* Inter.

Iuxta. *Iuxta, prope, nigh.* Æneid. 4. --- *humilis volat æquora juxta. Simul, together, with.* Varro de vita Populi Romani. *Cum interea lucubrando faceret juxta ancillas lanam. Post, next after.* Gellius l. 4. c. 9. *Nigidius figulus homo, ut ego arbitror, juxta Mar. Varronem doctissimus.* Plin. l. 7. c. 45. *Iuxta hæc Variana clades.*

Ob. *Ob causam.* Terent. And. a. 3. sc. 5. *Ergo pretium ob stultitiam fero. Ante,* Cicero pro Rabirio. *Ob oculos mihi sæpe mors versata est.* Plaut. Milit. a. 2. sc. 4. *Experior ob oculos caliginem obtigisse.*

Penes. *Penes, potestatem,* vel *autoritatem.* Ovid. Fast. 1. *Me penes est unum vasti custodia mundi. Fides esto penes autores. Apud.* Terent. Adelph. a. 3. sc. 4. *Ist-hæc jam penes vos psaltria est. In.* Quintil. *Culpa videatur penes patrem. Possessionem,* vel *pertinere.* Plaut. Amphit. a. 2. sc. 2. *Omnia assunt bona, quem penes est virtus.* Livius. *Penes eosdem pericula belli, penes quos præmia essent.*

Per. *Per, transitum per aliquid.* Horat. l. 1. epist. 1. *Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. Tempus.* Cicero ad Quint. Frat. *Consecuti sunt dies comitiales per quos senatus haberi non poterat.* Plin. *Sexies per annum. Solitudinem.* Cicero. l. 14. epist. 5. *Reliqua per nos agemus. Causam, impedimentum, concessionem:* Terent. Eun. a. 1. sc. 2. *Neque per ætatem etiam potuerat.* Cicero. *Hoc neque per naturam fas est, neque per leges licet.* Idem: *Quum per tempus licet. Per me vel stertas licet. Ob testationem, vel jusjurandum.* Terent. And. a. 1. sc. 5. *Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum. Per tuam fidem, perque hujus solitudinem te obtestor.* Æneid. 9. *Per caput hoc juro. Sub simulationem denotans.* Livius. l. 24.

Nocte

Nocte per ſpeciem venandi urbe expreſſus ad Annibalem proficiſcitur. Ad, vel, *in.* Sueton. in Auguſto. *Negante quodam per contumeliam facilè hoc ulli fœminæ fore.* Cicero 3. in Verrem. *Per ludum & jocum.* & Idem. *Per ſe ipſa veritas defenditur. Medium*, vel *inſtrumentum.* Cicero l. 1. epiſt. 7. *Crebrò certior per me fias de omnibus rebus.* ibid. *Per literas tecum quàm ſæpiſſime colloquar.*

Poſt, refertur *ad locum, behind.* Virg. ecl. 3. --- *Tu poſt poſt carecta latebas. Ad tempus; after, ſince.* Livius. *Annum poſt quintum decimum creati conſules.* Cicero. Catil. 2. *Poſt hominum memoriam.* Idem pro Milone. *Poſt homines natos. Ordinem.* Horat. l. 1. ſat. 1. *Virtus poſt nummos.* *Poſt.*

Præter, exceptionem, beſide, except. Cicero pro Cluentio, *Omnibus ſententiis præter unam Scamander condemnatus eſt. Contra, contrary to,* Terent. And. a. 5. ſc. 3. --- *præter civium morem atque legem, & ſui voluntatem patris. Vltra, beyond.* Idem Phorm. a. 5. ſc. 2. *Ita fugias ne præter caſam. Supra.* Idem And. a. 1. ſc. 1. --- *Et quia erat formâ præter cæteras honeſtâ & liberali. Ante :* Cicero in Verrem. 5. *Præter oculos Lollio hæc omnia ferebant.* *Præter.*

Propter, cauſam. Plaut. *Aliquid mali propter vicinum malum. Prope* vel *juxta.* Virg. ecl. 8. *Propter aquæ rivum viridi procumbit in ulvâ.* Terent. Adelph. a. 2. ſc. 1. --- *Hic propter hunc aſſiſte.* Cicero in Piſonem. *Qui propter te ſedet.* Ovid. Metam. 8. *Propter humum volitat.* *Propter.*

Secundùm, prope vel *juxta.* Cæſar. l. 2. bel. Gal. *In aperto loco ſecundùm flumen paucæ ſtationes equitum videbantur.* Cicero. l. 4. epiſt. 12. *Duo vulnera accepiſſe, unum in ſtomacho, alterum in capite ſecun-* *Secundùm.*

dùm aurem. Poſt, next after. Cicero offic. 2. *Proximè, & ſecundùm deos homines hominibus maximè utiles eſſe poſſunt.* Idem, *Secundùm fratrem illis plurimùm tribuebat. Pro*; Idem l. 4. epiſt. 2. *Multa ſecundùm cauſam noſtram diſputavit.* Idem pro Q. Roſcio. *Secundùm nos judicari volumus. In,* Sueton. in Auguſto. c. 94. *Cujus imago ſecundùm quietem ſibi verſata ſit. Modum, according to.* Terent. Eun. a. 5. ſc. 9. *Collaudavi ſecundùm facta ſuper* vel *de.* Saluſt in Jugurth. *Secundùm ea ut deliberetis.* Idem quod κατὰ Græcis. Quintil. l. 12. c. 1. *Secundùm conſuetudinem ſæpe dixi.*

Supra. *Supra* locum, & opponitur τῷ *infra, above, over.* Æneid. 5. *Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber. Ultra exceſſum denotans, beyond.* Livius. *Supra ſpem humanam.* Quint. *Supra fidem.* Virg. Geor. 2. *Rara ſit, an ſupra morem ſi denſa requiras.*

A, ab, abs. *A, ab, abs, motum à loco, from.* Æneid. 2. --- *Ibat à Tenedo. Cauſam efficientem.* Ovid. *Occidit à forti, ſic dii voluiſtis, Achille.* Plin. *Caput à ſole dolet. Poſt.* Cicero de Senect. *Cujus à morte hic tertius & triceſimus eſt annus.* Idem. *Qui recens ab illorum ætate fuit.* Idem, *Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii.* Sic *a jentaculo, a prandio, a cænâ, a funere, a tergo. De* vel *ex* Terent. Adelph. a. 4. ſc. 4. *A villa mercenarium vidi. Pro, defenſionem denotans.* Cicero in Bruto: *Nemo a ſenatu & a bonorum causâ ſtetit conſtantiùs.* Idem pro Cluentio. *Non modò dicendi a reo, ſed nc ſurgendi quidem poteſtas fuit.* i.e. in gratiam rei. *Quantum ad,* Cicero. l. 7. epiſt. 14. *Sumus flagitiosè imparati cum a militibus, tum a pecuniâ. Loci vel temporis intervallum.* Cæſar. l. 6. bel. Gall. *Poſitis caſtris à millibus paſſuum quindecim.* Sic *a puerîtiâ,*

ritiâ, ab adoleſcentiâ, ab incunabulis, a primâ luce. Verſus vel *a parte.* Cæſar. l. 6. bel. Gal. *Ab labris argento circumcludunt.* ibid. *A decumanâ portâ in caſtra erumpere conantur. Contra.* Virg. ecl. 7. --- *Dum teneras defendo a frigore myrtos. Separationem.* Plaut. Mil. a. 4. ſc. 8. *Iſtuc crucior a viro me tali abalienarier.* Præpoſitum nomini officii, muneris, dignitatis ſignificat illum, qui eo officio, munere, dignitate fungitur. Sueton. in Claudio. *Super hos Polybium à ſtudiis, Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem à rationibus;* i. e. præceptorem, ſcribam, quæſtorem. Sic *à libellis, à conſiliis, à ſecretis, à pedibus, à manu, vel ad manum,* qui amanuenſis *Locum,* aut *perſonam unde aliquid ſumitur.* Plaut. in prologo Rudent. *Eas ab ſaxo, fluctus ad terram ferunt.* Terent. Adelph. a. 2. ſc. 3. *Abs quivis homine, cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas. Ex.* Æneid. 2. --- *et crimine ab uno Diſce omnes.*

De, objectum ſeu materiam circa quam; Græcè περὶ. Cicero de Senect. *Viſum eſt de ſenectute aliquid ad te ſcribere. A.* Terent. And. a. 2. ſc. 1. *Apud forum modo de Davo audivi.* Idem Eun. a. 2. ſc. 2. *Vt ſibi liceret diſcere id de me. Ex.* Virg. Geor. 3. --- *templum de marmore ponam.* Ovid. Metam. 1. *Non de plebe deus.* Cicero in Paradoxis. *Barbatulos mullulos exceptantem de piſcinâ. Propter.* Terent. Eun. a. 3. ſc. 2. *Ecquid nos amas de fidicinâ iſtac.* Horat. l. 1. epiſt. 18. *Alter rixatur de lanâ ſæpe caprinâ.* Cicero: *Id niſi gravi de causâ non feciſſet. Secundùm* vel *pro,* Livius. *Eum qui de ſuâ unius ſententiâ omnia gerit ſuperbum magis judico, quàm ſapientem. Tempus.* Cæſar. l. 1. bel. Civil. *De tertiâ vigiliâ.* Cicero pro Muræna, *Vigilas de nocte. Quantum ad.* Terent. *De.*

And. a. 5. ſc. 4. *De uxore, ita ut poſſedi, nihil mutat Chremes.*

E. ex. *E, ex, Materiam.* Virgil. Geor. 3. *In foribus pugnam ex auro, ſolidoque elephanto Congaridum faciam. Poſt.* Æneid. 1. *Tempore jam ex illo caſus mihi cognitus urbis.* Cicero l. 9. epiſt. 19. *Me quotidie aliud ex alio impedit. Secundùm:* Idem. *Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat.* Sic *Ex animi ſententiâ, Ex conſuetudine, Ex præcepto, Ex voto. Vtilitatem.* Terent. Eun. a. 5. ſc. 9. *Magis ex uſu tuo nemo eſt.* Plaut. Menæch. a. 4. ſc. 2. *Ex re tua, ut opinor, feceris. Culpam vel vitium ſubjecti.* Cicero l. 9. epiſt. 23. *Dixit te in lecto eſſe, quòd ex pedibus laborares. A.* Plaut. Perſ. a. 2. ſc. 2. *Priúſquam ex te audivero. In.* Cæſar. l. 1. bel. Gall. *Orgetorigem ex vinculis cauſam dicere coegerunt. Cauſam efficientem.* Terent. And. a. 1. ſc. 3. *Gravida è Pamphilo,* & ſc. 5. *Laborat è dolore. Motum de loco.* Cicero Catil. 1. *Exire ex urbe conſul hoſtem jubet.* Differt autem ab *à* vel *ab* in hac ſignificatione, quòd *a* vel *ab* ſignificat proximitatem loci; *e*, & *ex* egreſſum ex ipſo loco; ſic *venire à Româ dicitur* qui venit à loco prope Romam, non ex ipſa Româ, venire ex Româ, qui in ipſa Roma fuit: ſic eo ad templum, & eo in templum; quæ tamen differentia autoribus non perpetua. *Inter*, vel *e numero.* Plaut. Trinum. a. 1. ſc. 2. *Sed tu ex amicis certis mihi es certiſſimus.* Cæſar. l. 1. bel. Gal. *Ei ex aliis Gallis maximam fidem habebat. Per, by.* Cicero. *Intelligo ex tuis literis.* Idem. *Quantum ex vultu ejus intelligo.* Livius. *Id quod ex monumentis patet. Originem:* Plin. *Fuere qui è thuris arbore utrúmque naſci mentirentur.*

Præ. *Præ ante.* Livius l. 1. *Præ ſe armentum agens. Vini quan-*

quandam urgentem. Cicero. *Præ lacrymis ſcribere non poſſum.* Terent. Eun. a. 1. ſc. 2. *Præ amore excluſit hunc foras. Comparationem.* Cicero; *Omnium minas, atque omnia pericula præ ſalute ſuâ levia duxerunt.* Terent. Eun. a. 2. ſc. 2. *Hìc ego illum contempſi præ me.* Hoc ſenſu jungitur interdum cum *quàm*, vel *ut*, & fit Adverbium. Plaut. Aulul. a. 3. ſc. 5. *Sed hoc etiam pulchrum eſt, præquam ubi ſumptus petunt.* Terent. Eun. a. 2. ſc. 3. *Ludum jocúmque dices fuiſſe illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit.*

Pro propter, cauſam notans. Terent. Eun. a. 5. ſc. 4. *Te pro iſtis dictis ac factis ſcelus ulciſcar.* Idem Hecyr. a. 3. ſc. 1. *Pueri inter ſe quàm pro levibus noxis iras gerunt. Ante*; Cæſar l. 1. bel. Gall. *Dies continuos quinque Cæſar pro caſtris ſuas copias produxit.* Cicero. *Pro æde Caſtoris ſedens.* Sueton. in Nerone *Religato pro foribus cane. Secundùm, according to, in reſpect of.* Cicero offic. 1. *Pro dignitate cuique trebuuntur.* Idem, *Pro opinione vulgi.* Terent. Heauton. a. 5. ſc. 1. *Duo talenta pro re noſtrâ decrevi eſſe ſatis.* Sic *pro virili, pro merito. In*, Cæſar. *Hac re pro ſuggeſtu nunciatâ.* Sueton. *Defunctum laudavit è more pro roſtris. Defenſionem.* Ovid. Triſt. l. 1. eleg. 2. *Mulciber in Trojam, pro Troja ſtabat Apollo. Loco, vel vice*, Publius. *Comes facundus in via pro vehiculo eſt.* Saluſt. Catilin. *Andacia pro muro habetur. Tanquam.* Cicero: *Quod judicatum non ſit, pro infecto haberi oportet.* Sic *pro explorato, pro certo, pro comperto, pro conceſſo.* *Pro.*

Erga, infra, pone, prope, ſecus, trans, ultra, verſus, abſque, cum, clam, palam, ſine, ſubter, & tenus ſignificationem non variant. De reliquis tribus,

In,

In, ſub, ſuper, quia conſtructionem cum ſignificatu mutant, in Syntaxi agemus.

Abs, de, ex, e, a. *Abs, de, &, ex* omnibus literis præponuntur, *e*, & *a*, ſolis Conſonis. *De, e, ex* oſtendunt materiam, *a* vel *ab* efficientem. *x* ante *r* ſolet tolli, ſic *E re nata dicimus*, &, *E regione*, non *Ex re nata, Ex regione*. *Abs* præponitur tantùm *t* & *q*. *Abſque* pro *ſine* Comicis magis quàm Oratoribus in uſu.

CAP. XXXII.

De Præpoſitionibus conjunctis, ſive in Compoſitione.

Præpoſitiones in compoſitis. PRæpoſitiones in compoſitis ſuam ſignificationem plerunque retinent, ſed *Ad* in compoſitione interdum auget; ut, *admiror, advigilo, adamo.*

Ad.

In. *In* cum Nomine compoſitum, aut cum Participio, cujus verbum cum eo componi nequit, privationem plerunque denotat; ut *iniquitas, injuſtus, iniquus, inexpertus, indoctus*. Interdum auget. Ovid. Metam. 6. --- *Infractaque conſtitit ira.* i. e. valde fracta.

Per. *Per*, fere auget ſignificationem Simplicis, ut *perfidus*. i. e. ſine fide.

Sub. *Sub* Simplicis ſignificationem minuere ſolet; ut *ſubtriſtis, ſubrideo*.

De, ex. *De*, & *ex* in Nominibus privant, in Verbis augent; ut *demens*, i. e. ſine mente: *deamo*, i.e. valde amo. *exanguis*, i.e. ſine ſanguine, *exclamo*, i.e. valde clamo.

Cum Præpoſitio in conſonâ deſinit, & dictio, quacum componitur, incipit à conſonante, mutatur, plerunque iſta Præpoſitionis conſona in primam

mam alterius vocis conſonam, ut *afficio, ab ad* & *facio, occurro,* ab *ob* & *curro. Ad* præpoſita dictioni incipienti ab *m,* manet integrum, ut *admitto, admoneo*; ante *gn, ſc, ſp, ſt,* eximitur, ut *agnoſco, aſcendo, aſpiro, aſtruo,* præter *aſſciſco*; ante *q* mutatur, in *c*; ut *acquiro*; in reliquis abit in primam Verbi conſonam; ut *affero, annuo, appono.* At multa horum variè ſcribuntur, ut *adripio,* & *arripio, adſum et aſſum, adniti* & *anniti, adſcribo* & *aſſcribo,* &c. Apud veteres *arvena* pro *advena, arvocati* pro *advocati, aſverſa* pro *adverſa.* Priſcian. l. 1. Scaliger de cauſis L. L. l. 1. c. 22. *Ad.*

Inter ſemper manet integrum niſi in *intelligo,* ubi mutatur in *l.* *Inter.*

Ob ante *c,* aut *q,* mutatur in *c,* ut *occurro, ocquiniſco*; ante *f, g* & *p,* tranſit in eaſdem; ut *offero, oggannio, oppono*; at *obfirmo,* & *obpallio* retinent *b,* in reliquis, præter *omitto* & *oſtendo, ob* integrum manet. *Ob.*

Per non mutatur niſi in *pelliceo, pelluceo*; nam *polluceo* à *porrò* & *luceo,* & in *pejero,* ubi *r* abjici ſolet. *Trans* etiam in pleriſque manet integrum, aliquando abjicit *ns,* ut *traduco, traho, trano.* *Trans.*

Ab in compoſitione non mutatur niſi in *aufero* & *aufugio,* quo fieret vox pronunciatu auditúque lenior. *Ab.*

Cum quoties componitur cum dictione incipiente, à *b, m,* aut *p,* mutatur in *com,* ut *combibo, commiſceo, compono*; aliàs in *con,* ut *conclamo, condo, confero, congero, conjungo*; *connitor, conquiro, conſequor, contueor, convolo.* Præpoſitum dictioni incipienti ab *l,* vel *r,* earum naturam ſubit, ut *colligo, corrigo*; ſi dictioni inchoanti à vocali, ultima litera exteritur, ut *coagmento, coemo, coinquino, cooperio,* præter *comedo, comes, comitium.* Scaliger de cauſis L. L. l. 1. c. 34. Alii *con* Præpoſitionem faciunt inſeparabilem, diverſum à *cum.* *Cum.*

cum. Quintilianus quidem l. 1. c. 7. & Cicero citante Gellio l. 2. c. 17. vocant *con* Præpositionem. At hinc non efficitur esse aliam à *cum*, nec necesse quidem, cum satis constet veteres *o* pro *u* sæpe usurpare solitos, & *com* pro *cum* dixisse; *m* verò in *n* facilè mutatur, ut *eundem* pro *eumdem*; *tantundem* pro *tantumdem*; *pessundo* pro *pessumdo*; *venundo* pro *venumdo*.

Ex. *Ex* sequente *f* mutat *x* in *f*, ut *effugio*, *effundo*;

In. in reliquis non corrumpitur. *In* ante *b*, *m*, & *p*, mutatur in *im*, ut *imbibo*, *immoror*, *impono*, ante *l*, vel *r*, mutat *n* in *l*, vel *r*, ut *illudo*, *irrideo*, ante *gn* amittit *n*; ut *ignavus*, in reliquis manet.

Sub. *Sub* ante *c*, *g*, *p*, & *r*, mutat *b* in easdem, ut *succurro*, *suffero*, *suggero*, *supplico*, *surripio*, præter *subrepo*, *subrideo*, *subremigo*; in reliquis manet, nisi in *suspicor* quod abjicit *b*. Hæc autem, *suscipio*, *suscito*, *suspicio*, *suspiro*, *sustento*, *sustollo*, *suspendo*, fiunt ab antiquâ Præpositione *sus*, quæ motum cœlum versus significat. Aliæ Præpositiones aut in compositione non reperiuntur, aut manent integræ.

De Præpositionibus inseparabilibus.

Inseparabiles Præpositiones sunt, quæ nunquam extra compositionem inveniuntur, nimirum *ambe*, & inde truncátum *am*, ut *amburo*, *amsanctus*: *dis*; ut *distraho*; *re*, ut *recipio*; *se* ut *sepono*. Præ-

Ambe. positionis *ambe* meminit Varro de L. L. l. 6. ubi *ambio* deducit ab *ambe*, & *eo*. Est autem *ambe* à Græco ἀμφὶ, ut *ambo* ab ἄμφω. Sequentibus, *c*, *f*, *h*, *q*, mutat *m*, in *n*: ut, *ancisus*, *anfractus*, *anhelo*, *anquiro*. *Am* antiquissimis Præpositio separabilis Accusativo inserviens. Cato citante Macrobio l. 1. Saturnal. c. 14. *Am terminum*, i. e. circum terminum.

Di

Di & *dis*, non ſunt diverſæ Præpoſitiones, ſed unica *dis*, quæ à διὰ, ut διαφέρω, *differo*, διακρίνω, *dignoſco*; διαλύω *diluo*. Præpoſita dictionibus incipientibus à *c*, *t*, *p*, *ſ*, & *j* conſona, retinet *ſ*; ut *diſcrucior*, *diſtraho*, *diſputo*, *diſſideo*, *disjicio*, *præter dijudico*. Præpoſita dictioni incipienti ab *f*, mutat *ſ* euphoniæ gratiâ in *f*; ut *diffugio*. Aliis conſonis præpoſita amittit *ſ*; ut *degero*, *diluo*, *dimitto*, *diruo*, &c. Hæc modò *diviſionem* in duas partes notat, ut *diſſeco*, i.e. in duas partes ſeco; modò *negationem*, ut *diffido*, *difficilis*; modò *diverſitatem*; ut *diſſentio*, modò *intenſionem*, ut *diſcrucior*, i. e. valde crucior. *Re* ſignificat vel *rurſum*, ut *relego*; vel *contra*, ut *reſiſto*, *repugno*; vel *retrorſum*, ut *reſpicio*; vel *longè*, ut *removeo*; aliquando contrarium ſui Simplicis, ut *retego*, *recludo*. Præpoſita dictioni incipienti à vocali aſſumit *d*; ut *redeo*, à *re* & *eo*, *redigo*, à *re* & *ago*. *Se* ſignificat *ſeorſum*, ut *ſecedo*, aliquando *privationem* ut *ſecurus*, i. e. ſine curis. In compoſitione interdum *e* mutatur in *o*, ut *ſocors*, *ſobrius*.

Di.

Re.

Se.

CAP. XXXIII.

De Interjectione.

TOt ſunt Interjectionum ſignificationes, quot animi perturbati ſunt motus. Differt ab Adverbio, quòd hoc Verbo, aut ſaltem Nomini ad circumſtantiam aliquam declarandam adjicitur, nec ſine eo ſeparatim poſſit conſiſtere. Interjectio vero per ſe auditoris animo ſatisfacit, utpote quæ plenam motus animi ſignificationem, etiamſi

Interjectio.

Verbum non addatur, demonſtrat, imò ipſius Verbi ſignificationem in ſe habere videtur, & hinc nomen habet, quod in oratione interjiciatur.

Interjectiones Exultantis ſunt, *Evax, iô.* Plaut. *Evax, jurgio tandem uxorem abegi.* Ovid. l. 2. de Arte amandi. *Dicite iô Pæan, & iô bis dicite Pæan.*

Dolentis; *heu, eheu, hoi, hei, ô, ah.* Terent. Eun. a. 4. ſc. 4. *hoi, hei.*

Timentis; *At, at.* Idem Eun. a. 4. ſc. 6.

Admirantis; *Pape.* Idem Eun. a. 2. ſc. 3.

Vitantis; *Apage, apageſis.* Idem Eun. a. 4. ſc. 6.

Laudantis; *Euge, eja.*

Vocantis; *Eho, heus.*

Deridendi; *Hui.* Idem And. a. 3. ſc. 1.

Exclamantis; *Oh, proh.*

Faſtidientis; *Phuy.* Plaut. Pſeud. ſc. ult.

Comminantis; *Væ.*

Indignantis; *Vah.* Plaut. *Vah homo impudens.*

Ridentis; *ha, ha, he.*

Silentium injungentis; *Au, ſt.* Terent. Eun. a. 4. ſc. 4. Idem And. a. 4. ſc. 1.

Eadem vox ad diverſas Interjectionum ſpecies poteſt pertinere: ut *hei* modò Laudantis. Terent. Eun. a. 1. ſc. 2. *Hei noſter, laudo:* modò Timentis, Idem And. a. 1. ſc. 1. *Hei vereor ne quid Andria apportet mali.* Sic *hem* modò Comminantis. Idem And. a. 2. ſc. 6. *Nihilne? hem;* modò Indignantis. Idem And. a. 3. ſc. 4. *Hem aſtutias.* Iô Exultantis. *Ovid. Dicite iô Pæan:* &c. & Dolentis; Tibullus l. 2. el. 4. *Vror, iô remove ſæva puella faces.*

LIBER

LIBER SECVNDVS.

DE GENERE SVBSTANTIVORVM, DE ANOMALIS, DE Præterito & Supinis Verborum.

CAP. I.

De Genere Definentium in um & on, 2æ declinat. item Aclitorum, Pluralium in i, æ, a: et quæ Maribus aut Fœminis ſolùm tribuuntur; & Nominum Arborum.

IN genere Nominum ſtatuendo, ſummâ diligentiâ, & acri judicio opus eſt: diſpiciendum enim apud quos auctores hoc, vel illo genere uſurpentur, claſſicíne ſint, an caſci: Oratores, an Poetæ; purioris, an ſequioris ſeculi: an ſemel, vel ſæpe dixerint. Caſci, quales Nævius, Accius, Pacuvius, & his ſimiles, apud quos

magna obsoletorum copia, non temere imitandi. Oratores etiam potiùs sequendi, quàm Poetæ; & quæ semel tantùm, licet probatissimus is sit auctor, legantur, non tutum in usum trahere, imò hujusmodi, unius potiùs censenda generis.

Quintil. l. 1. c. 9.

Desinentia in um.

Omne quod exit in um, &c. Hæ terminationes cuivis obveniunt significationi. In *um* sunt neutra, ut *mancipium*, *jumentum*, licèt marem significent, & fœminam. Sic *Brundusium* nomen oppidi, *Latium* nomen Regionis, *Rhenum* nomen fluvii, & quicquid in *um* desinit, nisi fuerit Proprium nomen viri, aut mulieris, quod masculini, aut fœminini generis. Plaut. Capt. a. 5. sc. 4. *Pœgninum vocitatus est.* Idem Cistell. act. 1. scen. 1. *Mea Gymnasium, mea Silenium.* Terent. And. a. 1. sc. 1. *Mea Glycerium, inquit, quid agis?* Idem. Phorm. a. 2. sc. 1. *Phanium relictam solam:* & alia hujusmodi apud Comicos. Quæ tamen, ut adulationis plerunque amatoriæ causâ, ita κατ' ἐξοχὴν dici videntur; nullum enim nomen viri, aut mulieris Latinis in *um*, exceptis fictitiis quibusdam, exit. In *on* etiam secundæ Declinationis, sunt Neutra, ut *Ilion* nomen urbis, *Lesbon* nomen Insulæ, *Abydon* Regionis; Indeclinabilia item omnia cujuscunque terminationis, aut significationis, ut *Gummi, cornu, moly, nihil, Cære, Nepte, Reate, Præneste*, olim & hæc Prænestis, unde videtur illud Virg. Æneid. 8. *Qualis eram cum primam aciem Præneste sub ipsâ Stravi:* & Juvenal. sat. 3. *Quis timet, aut timuit gelidâ Præneste ruinam?* nisi dicta per Synthesin, intellectâ scilicet urbe, Neutrum enim passim. Virg. Æneid. 7. *Quique altum Præneste viri*, &c. Horat. l. 3. od. 4. --- *frigidum Præneste.*

Constructione ad intellectum, non ad vocem relatâ.

In on æ.

Indeclinabilia.

Huc

Huc pertinent quæ πτωτικῶς efferuntur, ut nomina literarum, *a, b, c.* &c. Modi figurarum apud Dialecticos, ut *Barbara, Celarent, Darii,* &c. Item materialiter ſumpta, quæ ſcilicet neglectâ formâ, ſeu ſignificatione, pro ſemetipſis quatenus ex literis & ſyllabis conſtent, quæ vocis materia ponuntur, ut *Euge tuum, triſte vale, grande ſophos, furiæ eſt triſyllabum.* Denique, Verbum, Adjectivum, Adverbium, aut oratio loco Subſtantivi poſita; ut *Scire tuum, cras heſternum, Dulce & decorum eſt pro patriâ mori.* In i Pluralia tantùm ſunt maſculina; ut *Philippi, Puteoli,* nomina urbiam. In *a* Pluralia tantùm ſunt neutra; ut *Suſa* nomen urbis, *Bracta* Provinciæ, *Cythera* Inſulæ. In æ Pluralia fæminina, ut *operæ, cuſtodiæ, vigiliæ, excubiæ* etiam cum homines ipſos ſignificant; ut Cicero ad Atticum, l. 1. ep. 13. *Operæ Clodianæ pontes occupârant.* Idem ad Quint. Frat. l. 2. ep. 3. *Operæ Clodianæ clamorem ſuſtulerunt.* Horatius ſingulari etiam uſus eſt in eodẽ genere l. 2. ſat. 7. --- *Accedes opera agro nona Sabino:* ratio eſt, quòd hæc nativâ ſignificatione actionem denotent, & cum Metonymicè ad homines ipſos transferuntur, ſuum tamen reſervant genus.

Artificialiter ſumpta.
Sumpta materialiter.
Quæ ſupp'ent locum Subſtantivi.
Pluralia in i.
Pluralici in a.
Pluralia in æ.

Quæ maribus ſolùm tribuuntur, &c. Ad hanc regulam pertinent omnia tam Appellativa, quàm Propria, quæ marem ſolùm ſignificant. Cujuſmodi ſunt Propria nomina virorum, ut *Cato, Virgilius,* Appellativa; ut *Tubicen, tonſor, ſcurra, rabula, lixa, laniſta, agricola, advena, nauta, bibliopola,* &c. Nomina Populorum pluralia, ut *Aborigines, Phæaces,* &c. Gentilia immobilia, ut *Macedo, Aethiops, Ligur.* In iis autem quæ moventur, prior terminatio eſt maſculina, altera fæminina; ut hic *Thrax,*

Nomina virorum Propria, Appellativa.
Nomina populorum.
Gentilia, mimobilia.

hæc

Mobilia. Appellativa mobilia.

hæc Threïſſa, hic Scytha, hæc *Scythiſſa*; quod etiam Appellativis uſu venit; ut hic *rex*, hæc *regina*, hic *inventor*, hæc *inventrix*. In his tamen aliquando prior terminatio eſt communis generis; ut hic & hæc *antiſtes*, Ovid. de Triſt. l. 3. eleg. ult. *Non ſinit illa ſui vanas antiſtitis unquam Eſſe preces.* Valerius Max. l. 1. c. 1. *Ne deæ vetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes.* Cicero in Verrem. citante Gellio l. 13. c. 19. *Sacerdotes Cereris, atque illius fani antiſtitæ majores natu, prolatæ ac nobiles mulieres rem ad magiſtratus ſuos deferunt.* Ovid. Metam. 13. --- *tractiſque comis antiſtita Phœbi.* Huc etiam pertinent nomina Angelorum, Dæmonum & Deorum Gentilium, in quibus, ait Varro, non eſt genus *naturæ*, ſed *placiti*, vel ex ſimilitudine; ut *Raphael, Aſmodæus, Apollo:* nec non Fluviorum, Menſium, & Ventorum; quippe quæ viri formâ depicta: Venti inflatis buccis, fluvii procumbentes. Sunt autem quædam Fluviorum nomina in à primæ Declinationis, quæ fæminino genere uſurpata inveniuntur; ſive, quòd neglectâ ſignificatione, Declinationis & Terminationis ſuæ ſequantur genus; ſive, quòd dicuntur κατ' ἔννοιαν, ſubintellectâ, ſcilicet, aquâ. Hujus generis ſunt *Allia, Albula, Druentia, Matrona, Moſella.* Lucan. l. 7. *Et damnata diu Romanis Allia faſtis.* Ovid. Faſt. 4. --- *et tanto eſt Albula pota deo.* Auſonius Idyl. 10. --- *ſparſis incerta Druentia ripis.* ibid. *Matrona non Gallos Belgoſq; interſita fines.* ibid. *Haud aliter placidæ ſubter vada læta Moſellæ*; hoc etiam maſculino protulit. ibid. *Corniger externas celebrande Moſella per oras.* Huic *Garumna* etiam fæmin. epig. 14. *Aequoream liqui te propter amicè Garumnam:* & Idyl. 10. --- *æquoreæ te*

Nomina Angelorum, Dæmonum, Deorum Gentilium.

Fluviorum, Menſium, Ventorum.

Nomina Fluviorum in à fœminino genere uſurpata.

Allia, Albula, Druentia, Matrona, Moſella.

Garumna.

te commendabo Garumnæ. Quod aliis maſcul. Tibul. l. 1. eleg. 7. *Teſtis Arar, Rhodanúſque celer, magnuſque Garumna.* Quemadmodum & reliqua in *a.* Claudian. de laude Serenæ. --- *et roſeis formoſus Duria ripis.* Lucan. l. 4. --- *quà ſe Bograda lentus agit ſiccæ ſulcator arenæ.* Ovid. Faſt. 4. *Et te vorticibus non adeunde Gela.* Lucan. l. 3. *Quà celer & rectis deſcendens Marſya ripis.* Claudian. in Eutrop. l. 2. --- *ſed Marſya velox: Dum ſuus eſt, flexúque carens, jam flumine miſtus.* Idem in 6 Honorii conſulatu. --- *Addua viſu Cærulus.* Styx & Lethe Græcis fæminina, Latina facta ſuum retinent genus. In illo Virgilii in Culice, *Alma Chimeræo Xanthus perfuſa liquore, Xanthus* non eſt nomen fluvii, ſed urbis. *Nar* neutrum Cicero ad Attic. l. 4. epiſt. 14. *Lacus Velinus M. Curio emiſſus interciſo monte in Nar defluit.* Maſcul. Virg. Æneid. 7. *Sulphureâ Nar albus aquâ.* Claudian. de Probini & Olybrii Conſulatu. *Vulturnuſque rapax, & Nar vitiatus odoro Sulphure. Iader* neutrum, Lucan. l. 4. *Et tepidum in molles zephyros excurrit Iader.*

Styx. Lethe.

Xanthus. vide Voſſium de Analogia. l. 1. c. 10.

Nar.

Iader.

Fœmineum referunt ſolùm quæ nomina ſexum, &c. Huc referenda tam Appellativa, quàm Propria quæ fœminam tantùm ſignificant. Qualia ſunt nomina Mulierum, ut *Dido, Lucretia, nutrix, obſtetrix, ſocrus, nurus,* &c. Quæ quandam mulierum ſimilitudinem gerunt, uti nomina Dearum Gentilium, *Iuno, Venus*; Novem Muſarum, *Calliope, Clio*; Gratiarum, *Aglaia, Thalia, Euphroſine*; Harpyarum, *Aello, Celæno, Ocypete*; Parcarum *Clotho, Lacheſis, Atropos*; Furiarum, *Alecto, Tiſiphone, Megæra*; Nympharum, *Lycorias, Deïopeia*; Sirenum, *Parthenope, Ligæa, Leucoſia.* Nomina item Vrbi-

Nomina Mulierum.

Dearum.

Muſarum.

Gratiarum.

Harpyarum.

Parcarum.

Furiarum.

Nympharum.

Sirenum.

Vrbium.

Regionem, Inſularum. Pontus.

um, Regionum, Inſularum. Quæ omnia fœminæ ſpecie pingere ſolebant. *Pontus* etiam pro regione maſcul. Cicero pro lege Manilia. *Primùm ex ſuo regno ſic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur.* Ovid. de Ponto. l. 3. el. 8. --- *totâ Ponti regione ſiniſtrâ.* & l. 4. el. 12. *Sed priùs huic deſint & bellum, & frigora terræ; Inviſus nobis quæ duo Pontus habet.* Sic *Narbo*; Cicero pro M. Fonteio. *Eſt in eâdem provinciâ Narbo Marcius colonia noſtrorum civium.* Muliebre quidem Martiali l. 8. epig. 72. *Quem pulcherrima jam redire Narbo.* At hoc per ſubintellectionem generalioris. *Hippo* maſcul. Plin. l. 5. c. 4. *Proximum ab oppido quod Hipponem dilutum vocant.* Silius l. 3. --- *et antiquis dilectus regibus Hippo. Sulmo* & *Agragas* maſculina. Ovid. Triſt. l. 4. el. ult. *Sulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis, Millia qui novies diſtat ab urbe decem.* Virg. Æneid. 3. *Arduus inde Agragas oſtentat maxima longè Mœnia.* Quæ à Græcis in ης ex ους contracta maſcul. Cicero in Orat. de Aruſpicum reſponſis. *Qui acceptâ pecuniâ Peſſinuntem ipſum ſedem domiciliumque matris deorum vaſtâris.* & mox, *Peſſinuntem per ſcelus à te violatum, & ſacerdote ſacríſque ſpoliatum recuperavit.* Siqua fœminina reperta, Syntheſis eſt, ut in illo Ovidii Metam. 10. *Piſcoſamq; Gnidon, gravidámque Amathunta metallis.* Certè ους Græcis terminatio maſculina, ſicut ουσα fœminina: planéque conſtat nomina Urbium, Regionum, & Inſularum ſæpe ſequi genus terminationis. Hinc quæ in *a* aut *e* primæ Inflexionis, fœminina; ut *Roma, Tavia, Mytylene.* Quæ in *o*, maſcul. ut *Sulmo, Hippo.* Quæ in *l, um, ur*, in *a* aut *e* tertiæ, Neutra: *Hiſpal, Tibur,*

Narbo. Hippo. Sulmo. Agragas. Peſſinus.

Vide Voſſium de Analogiâ, l. 1. c. 12.

Tibur, Ilium, Zeugma, Reate. Quæ in *us*, utplurimùm, fœminina; quòd ea terminatio iſtud genus non reſpuit; ita quædam maſculina; ut *Pontus, Peſſinus*, &c. *Abydos*, Virg. maſcul. Geor. 1. *Pontus, & oſtriferi fauces tentantur Abydi*; niſi hoc ab Ἄβυδον, ut quidam volunt. Aliis enim fœmin. Ovid. in epiſtola Leandri; *Vel tua me Seſtos, vel te mea ſumat Abydos.* Valerius Flaccus l. 1. *Cœperat à geminâ diſcedere Seſtos Abydo.* *Argos, Tibur, Cadir*, neutra. Horat. l. 1. od. 7. *Aptum dicit equis Argos, ditéſque Mycenas.* Idem l. 4. od. 3. *Sed quæ Tibur aquæ fertile perfluunt*, Saluſt. l. 2. Hiſtor. *Quàm nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent*, Plin. l. 5. c. 22. *Noſtri Tarteſſum appellant, Pœni Gadir.* Quibus accedit teſtimonium probatiſſimi Grammatici Probi. *Dir* ſyllabâ terminatum unum reperi 3æ declinat. *ris* faciens Genitivo: hoc *Gadir*, hujus *Gadiris*, nomen oppidi. Apud Aviennum legitur fœmin. *Gadir prima fretum ſolidâ ſupereminet arce, Attollítque caput geminis inſerta columnis.* Sed hic reſpexit urbem; nam & ipſe alibi uſus eſt neutro. *Pœnus quippe locum Gadir vocat undique ſeptum.* *Anxur* maſcul. & neut. Martial. l. 5. ep. 1. *Sive ſalutiferis candidus Auxur aquis.* Horat. l. 1. ſat. 5. *Impoſitum ſaxis latè candentibus Anxur.*

Abydos. *Argos.* *Tibur.* *Gadir.* *Anxur.*

Arboris eſt nomen muliebre, &c. *Pinaſter* quidam volunt eſſe maſcul. ſed nullo teſtimonio id confirmant. Certè Plinio fœm. l. 16. c. 10. *Pinaſter nihil aliud eſt, quàm pinus ſilveſtris mirâ altitudine, & à medio ramoſa, ſicut pinus in vertice, copioſiorem hæc reſinam.* De genere τοῦ *ſpinus* non conſtat. Priſcianus aſſerit eſſe maſcul. ſed ſine teſte. *Oleaſter* maſcul. Virg. Æneid. 12. *Fortè ſacer Fauni foliis*

Nomina Arborum. *Pinaſter.* *Spinus.* *Oleaſter.*

Thus. *foliis oleaſter amaris. Thus* tam arborem, quàm arboris lacrymam ſignificat Plin. l. 12. c. 17. *Cibos Sabæi coquunt ligno thuris, alii myrrhæ*; ſed an pro arbore ſit neutrum, non liquet.

CAP. II.

De Communibus.

Communia, quæ cum diſcrimine ſexûs, utroque genere uſurpantur.

Maſculum idem referet quod ſexum fœmineúmq̃, &c. Sunt multa alia, quæ vulgò communia habentur, ut *verna, auriga, agricola, advena,* & id genus alia verbalia, item *ſenex, homo, fur, latro, exul, præſul, præſes, &c.* Quæ quidem ſignificationem habent, quæ utrique ſexui convenit, qua ratione fortaſſis à nonnullis inter Communia recenſentur: at Adjectivum utriuſque generis iis non conceſſit autorum uſus. Non eſt autem neceſſe ea eſſe communis generis, quæ de utróque ſexu dicuntur, nam hac ratione, *ſoboles, proles, avis, bellua, animal, pecus, vulpes,* τ κὶ μύρια ὅσα erunt Communia: ſed ea tantùm Communia cenſenda, quæ marem, & fœminam ita ſignificant, ut cum marem, Adjectivo junguntur maſculino, cum fœminam, fœminino, hoc eſt, quæ non ſignificatione ſolâ, ſed & conſtructione ſunt Communia. Qualia omnia noſtra eſſe claſſicorum ſcriptorum autoritate comprobabimus. Quod ſi in aliis quæ à nobis rejiciuntur, quis præſtare poterit, pergratum fecerit, nec me pigebit ut ignorantiam meam palam fateri, ita & profiteri per quem profecero.

Parens. *Parens* Maſc. Horat. l. 1. ſat. 6.

Quod

Quòd non ingenuos habeat claróſque parentes. Fœmin. Idem. l. 3. *An tu reris eum occiſâ inſaniſſe parente. Civis* Maſc. Virg. ecl. 1. ---- *en quò diſcordia cives Perduxit miſeros.* Fœm. Terent. And a. 1. ſc. 3. *Civem Atticam eſſe hanc. Vates* Maſc. Horat. l. 4. od. 9. --- *carent quia vate ſacro.* Fœm. Virgil. Æne. 6. ---- *Túque ô ſanctiſſima vates, Præſcia venturi. Patruelis* Maſc. Suetonius in Julio Cæſare c. 29. *Quia fratri patrueli ſuo Marco in conſulatu ſucceſſerat.* Fœm. Perſius. ſat. 6. ---- *Patruelis nulla, proneptis Nulla manet. Affinis* Maſc. Cicero l. 1. de orat. *Quæret à C. Mario affine noſtro.* Fœm. Idem poſt reditum in Senatum: *Tu affinem tuam, filiam meam ſuperbiſſimis & crudeliſſimis verbis à genibus repuliſti. Cuſtos* Maſc. Virg. Æneid. 6. *Occupat Aeneas aditum cuſtode ſepulto.* Fœm. Plaut. Trucul. a. 4. ſc. 3. *Tu bona ei cuſtos fuiſti. Autor* Maſc. Virg. Geor. 1. ---- *namque is certiſſimus autor,* Fæm. Ovid. Met. 8. *Quò fugis, exclamat, meritorum autore relictâ. Dux* Maſc. Virg. Geor. 1. *Magnanimóſque duces.* Fæm. Cicero de Senect. *Naturam optimam ducem tanquam deum ſequimur. Bos* Maſc. Horat. l. 1. epiſt. 14. *Optat ephippia bos piger.* Fœm. Idem. l. 1. od. 10. ---- *Boves olim niſi reddidiſſes per dolum amotas. Adoleſcens* Maſc. Cicero offic. 2. *Multi in noſtrâ repub. adoleſcentes.* Fœm. Terent. a. 3. ſc. 2. -- *Optimæ adoleſcenti facere injuriam. Infans* Maſc. Horat. l. 3. od. 4. *Non ſine diis animoſus infans.* Fœm. Quint. l. 6. c. 1. *Infantem ſuam frigidiſſimè reportavit. Teſtis* Maſc. Horat. l. 1. ſat. 8. ---- *Non teſtis inultus.* Fœm. Suetonius in Claudio, c. 40. *Inductâ teſte in Senatum, hæc, inquit, matris meæ li-*

Civis. *Vates.* *Patruelis.* *Affinis.* *Cuſtos.* *Autor.* *Dux.* *Bos.* *Adoleſcens.* *Infans.* *Teſtis.*

Sus. berta & ornatrix fuit. *Sus* Maſc. Æneid. 11. *Setigeroſque ſues.* Fæm. Æneid 12. *Sætigeræ fœtum ſuis.*

Hæres. *Hæres* Maſc. Horat. l. 2. ſat. 3. *Ni tua cuſtodis, avidus jam hoc auferet hæres.* Fæmin. Tryphonius de dotis collatione, citante Voſſio. *An ſi ſua*

Sacerdos. *hæres filia patri cum fratribus, &c. Sacerdos.* Maſc. Æneid. 6. *Quique ſacerdotes caſti.* Fæm. Horat. l. 3. od. 3. *Troïca quem peperit ſacerdos. Nemo* Maſc.

Nemo. Idem. l. 1. ſat. 9. *Nemo dexteriùs fortunâ eſt uſus.* Fæm. Plaut. Mercat. ſc. 7. *De lanificio neminem*

Canis. *metuo unâ ætate quæ ſiet. Canis* Maſc. Georg. 1. *Obſcœníque canes, importunæq; volucres.* Fæm. Æneid. 6. ---- *Viſæq; canes ululare per umbram.*

Vindex. *Vindex* Maſc. Ovid. Metam. 1. *Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo, Sponte ſuâ ſine lege fidem, rectùmque colebat.* Fæm. Papinius. Thebaid. 1.

Antiſtes. ---- *Tu ſaltem debita vindex. Huc ades, Antiſtes.* Maſc. Ovid. de Ponto. l. 4. *Non ſinit illa ſui Vanas antiſtitis unquam Eſſe perces.* Fæm. Valer. Maximus l. 1. c. 1. *Ne deæ vetuſti ritus perita deeſſet an-*

Miles. *tiſtes. Miles* Maſc. Horat. l. 1. od. 15. *Quàm multo repetet Græcia milite.* Fæm. Ovid. epiſt. 11. *Et*

Hoſtis. *rudis ad partus, & nova miles eram. Hoſtis* Maſc. Æneid. 6. *Eripui his humeris, medióque ex hoſte recepi.* Fæm. Quintil. l. 2. c. 2. *Studiorum pernicio-*

Municeps. *ſiſſima hoſtis. Municeps* Maſc. Cicero ad Brutum. epiſt. 7. *C. Naſennium municipem Sueſſanum tibi ita commendo ut neminem diligentiùs.* Fæm. Plin. l. 35. c. 11. *Amavit in juventâ Glyceram munici-*

Conjux. *pem ſuam. Conjux* Maſc. Æneid 10. *Cui Iuno ſubmiſſa, quid ô pulcherrime conjux.* Fæm. ibid. *O*

Iudex. *germana mihi atque eadem gratiſſima conjux. Iudex* Maſc. Horat. l. 4. od. 9. *Sed quoties bonus atque fi-*

dus.

dus. Iudex honeſtum prætulit utili. Fæm. Lucan. l. 10. *Et ſumus, ut fatear, tam ſæva judice ſontes.* *Comes.* *Comes* Maſc. Æneid. 2. *Atque hic ingentem comitum affluxiſſe novorum. Invenio admirans numerum.* Fæm. Æneid. 11. *At circum lectæ comites Augur.* *Augur.* Maſc. Horat. l. 3. od. 16. ---- *Condit auguris Argivi domus.* Fem. Stat. Thebaid. 9. ---- *Simque augur caſſa futuri.* Addunt plurimi, *Homo*, quod *Homo.* & Adjectivo fæminino annecti aiunt, freti his locis. Cicero pro Cluentio: *Cujus ea ſtultitia eſt, ut eam nemo hominem, ea vis, ut nemo fæminam, ea crudelitas, ut nemo matrem appellare poſſit.* Sulpitius ad Ciceronem. l. 4. epiſt. 5. *Quæ ſi hoc tempore non diem ſuam objiſſet, paucis poſt annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat.* Sed hæc loca genus non adſtruunt. Si enim priore loco dixiſſet, Cujus ea ſtultitia eſt, ut nemo eam animal rationale, ea vis, &c. & in altero, quoniam animal mortale nata fuerat. annon ſatis Latinum? Quid ergo? An huic aſſertum ires animal eſſe fæmininum? non puto. Poſſes certè pari ratione. Nec enim *eam* cum hominem, aut *nata* cum homo, ut ſuo Subſtantivo convenit. ſed *mulier* illa de qua ſermo. Locus iſte quem afferunt, ex Plaut. Ciſtell. a. 4. ſc. 2. *Hominis miſeræ miſerer*, corruptus eſt: legendum uti & libri emendatiores habent. *Nam & intus paveo, & foris formido: ita nunc: trobíque me metus agitatu: illo ſunt homines miſerè miſeri.* *Fur* etiam maſc. tantùm, nec ob- *Fur.* ſtat illud Plauti. Pænul. a. 5. ſc. 4. ----*Fures eſtis ambæ.* i. e. ambæ fœminæ eſtis fures: quomodo dicere liceat, *Mancipia eſtis ambæ.* In illo Catulli, *Cernitis, innuptæ, juvenes?* *innuptæ* vocativus, *juvines.*

Juvenis. juvenes Accuſativus. Addunt nonnulli & *convi-*
Catullus car. 63. *va*, quod Voſſius firmatum it illo Pomponii;
Conviva. *Poſtquam conveni omnes convivas meas.* Sed cum
Voſſius de Ana- hoc eorum ſit numero quæ ſemel tantùm dicun-
logia. l. 1. c. 19. tur, Autórque ipſe caſtus habetur, non eſt tutum imitari, aut inter Communia ponere. *Deus* videtur vetuſtiſſimis fuiſſe communis generis: ita enim Ennius Annal. 1. *Reſpondit Iuno Saturnia ſancta deorum.* Unde Virgilius de Venere loquens Æneid. 2. *Diſcedo, ac ducente deo.* Certè ita Græcis. Homer. Iliad. α. Ὅσσον ἐγὼ μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη θεός εἰμι. *Quantum ego inter omnes inhonoratiſſima dea ſum.*

CAP. III.

De Genere nominum 1æ. 2æ. 3æ. 4æ. & 5æ. *Declinationis.*

Oeminei generis ſunt dat quæ flexio prima, &c. In iſtis Ovidii in Ibin. *Vtque dedit ſaltus e ſummo*
Oſſa. *Theſſalus Oſſâ*; & Senecæ in Hercul. furent. *Ti-*
Oeta. *tan ſummum proſpicit Oetam*, eſt Syntheſis, reſpicitur enim *mons*; eſſe enim Fœmin. docet illud Lucani. l. 1. *Quantus piniferæ Boreas cum Thracius Oſſæ*; & Ovidii Metam. 9. *Implevítque ſuis nemoroſam vocibus Oeten*; & Claudiani de bello Ge-
Dies. tico. ---- *et domitis irriſam cantibus Oetam.* *Dies* numero ſingulari dubium, plurali maſcul; cujus Compoſitum *meridies*, olim *medidies*, i. e, medius dies, Maſcul. & Singulare tantùm. Loci ex Cicerone pro Planco, & Tibullo, l. 3. el. 6. quibus non-

nonnulli probatum eunt dies numero plurali esse aliquando Fæmin. hodiernis codicibus contrarium ostendunt. Nec usquequaque verum est, *dies* pro tempore indeterminato, & indefinito, esse Fæmin. pro determinato autem & definito, spatio, scilicet, 24. horarum, aut ab ortu solis ad occasum Mascul: Nam *dies*, cum significat tempus indeterminatum apud poetas interdum Mascul. Statius Thebaid. 1. *Fortunate animi longúmque in secula digne Promeriture diem.* Cum verò tempus determinatum, sæpe Fæmin. Exempla passim apud Ciceronem in Verrem: *Id ei posterâ die venit in mentem.* Idem. *Eâ ipsâ die domum vesperi rediit.* ibid. *Socios eâ die quæstione liberatos fuisse:* & ad Atticum, l. 2. epist. 11. *Eò si ante eam diem non veneris, Romæ te videbo* & l. 9. ep. 4. *Ex ea die fuere Septentrione, &c.* & l. 13. ep. 5. Plin. l. 13. c. 24. *Mirum quòd eadem die germinat, quâ injectum est.* Virgil. Æneid. 2. *Iámque dies in fanda aderat.*

Mascula Græcorum quot declinatio prima, &c. Quæ à Græcis primæ declinationis deducta exeunt in *as*, vel *es*, sunt Mascul. sed quæ in *a* desinunt, nisi sint Propria virorum, sunt Fœmin: sic *tiaras* Mascul. Æneid. 7. ---- *Sceptrúmque sacérque tiaras. tiara* autem Fœmin. Juvenal. sat. 6. ---*Phrygiâ vestitur bucca tiarâ.* sic *cataractes* Mascul. *cataracta* Fæmin. nec non *catapulta, gausapa, charta, margarita, cochlea*; nihilominus oriuntur à primâ Græcorum. Vnde liquet, audiendos non esse, qui nobis hanc cudunt regulam. Græca omnia in *a* finita, masculina. Audiendus potiùs Varro apud Priscianum l. 7. *Varro de linguâ Latinâ, ait talia ex Græco sumpta, ex masculino in fœmininum transire,* *Masculina primæ Declinationis.*

& a literâ finiri. ὁ κοχλίας, hæc cochlea, ὁ χάρτης, hæc charta, ὁ γαυσάπης, hæc gausapa. Cometa tantùm & planeta genus suum retinent. In his Latini Æoles sunt imitati, quibus in primâ Simplicium eadem terminatio Nominativi, quæ Vocativi in lingua communi. Sunt apud Plinium gemmæ quædam in es, quæ efferuntur in Fæmin. Plin. l. 37. c. 8. *Molochites laudata signis.* & c. 9. *Botrytes alia nigra est, alia pampinea*, Sed hæc dici possunt per Synthesin intelligendo *gemma.* Quod ad illud Ovidii Metam. 5. *Dulce dedit testâ, quod coxerat ante, polentâ,* unde multi statuunt *polenta* esse tam neutrum, quàm fæmin. legendum *Dulce dedit, tostâ quod coexerat ante, polentâ*; ubi *polenta* Ablativi casus, non Accusativi: sensus antem est, anum dedisse Cereri roganti aquam, dulcem potum, quem antea coxerat tostâ polentâ, i. e. hordaceâ farinâ. & huc facit quod sequitur. ---- *loquentem Cum liquido mistâ perfudit diva polentâ. Adria* pro urbe fæmin. pro mari Mascul. quia respicitur sinus. Horat. l. 3. od. 3. *Dux inquieti turbidus Adriæ*: & od. 9. --- *Improbo Iracundior Adriâ*: & l. 2. od. 11. *Talpa* & *dama* oratoribus semper fœminina, Virgilio soli masculina. Georg. 1. *Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.* Idem ecl. 8. *Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Et subest ratio,* inquit Quintilianus. l. 9. c. 3. *quia sexus uterque altero significatur. In generibus vero nominum autoritas ab Oratoribus & Historiis petenda, non à Poetis, quos metri necessitas excusat*; ut idem Quintilianus l. 1. c. 9. Maluit autem hic capti, & timidi dicere, quàm captæ, & timidæ, ad evitandum ὁμοιοτέλευτον, quippe quod Heroici carminis majestati parum convenit. De iis autem

Polenta.

Adria.

Talpa.

Dama.

quæ

quæ vulgò pro communibus habentur, *agricola, advena, &c.* diximus in canone. *Masculum* idem referet quod sexum fæmineúmque.

Fæminei generis sunt vannus, humus, domus, alvus, &c. *Alvus* Priscis Mascul. Accius Annal. 10. citante Prisciano, l. 5. *Maja nemus retinens gravido concepit in alvo. Colus* apud Catullum, & Propertium mascul. Catullus car. 65. *Læva colum molli lanâ retinebat amictum.* Propert. l. 4. el. 1. *Non sunt à dextro condita fila colo,* & el. 10. --- *et Lydo pensa diurna colo. Ficus* pro arbore, & fructu tam 2æ quàm 4æ Declinat. semper Fæmin. pro morbo 2æ tantùm & Masc. Exempla quæ proferuntur ex Lucilio sat. 5. ex Plinio l. 14. c. 26. & Macrobio l. 3. c. 10. quibus probatum eunt *ficum* pro fructu esse aliquando masc. hodie aliter leguntur. Varro de R. R. l. 1. 41. *Fici enim semen naturale intus, in ea fico quam edimus;* & post pauca, *Per ficos quas edimus. Acus* 4æ semper Fæmin. sive instrumentum significet, quo farciunt. Juvenal. sat. 2. *Obliquâ producit acu;* sive paleam, quo significatu legitur apud Columell. l. 2. c. 10. *Ac durissimæ quidem acus resectæ:* 2æ Mascul. piscem significat. Esse 2æ ostendit hoc Martialis l. 10. epig. 37. *Et satius tenues ducere credis acos.* Esse mascul, hoc Plinii, l. 9. c. 51. *Acus, sive belone, unus piscium,* &c. 3æ neutrum paleam significat. Esse 3æ. Varro de R. R. l. 1. *Argillam mixtam acere;* neutrum ibidem, c. 9. *Cùm parturient, acus substernendum,* variato enim significatu sæpe mutatur genus, & nonnunquam etiam Declinatio. *Carbasus* nonnullis dubium; à quibus citatur illud Valerii Maximi l. 1. c. 1. *Cùm carbasum, quem optimum habebat, foculo imposuisset:*

Fæminina 2æ, & 4æ declinat. *Alvus.* *Colus.* *Ficus.* *Acus.* *Carbasus.*

ſed hìc variant codices, & plurimi habent *carba-ſum, quam optimam.* Omnia illa Græca, quæ os in us vertunt, non ſunt fœminina, nec Dubia, ut quidam opinantur: nam quædam ſunt ſemper Fœminina, ut *Antidotus, coſtus, diphthongus,* & cætera quæ iſto canone continentur: quædam ſemper Maſculina; ut *Dialogus, ſtylus, ſcyphus, ſmaragdus;* pleraque retinent genus Græcorum, non omnia; nam *coſtus* & *pharus* Græcis Maſc. Latinis Fæmin. *camelus* Græcis Fæmin. Latinis Maſc. *barbitus* Græcis Fæmin. Latinis Dubium. Horum nonnulla in *um* etiam deſinunt, & fiunt Neutra; ut *chryſtallum, nardum, papyrum, coſtum, hyſſopum. Atomus* fæmin. Cicero l. 1. de finibus. *Ille atomos quas appellat,* i. e. *corpora individua,* &c. ibid. *Nunquam fore ut atomus altera alteram poſſit attingere.* Et ſæpe in ſequentibus. Seneca. Natural. quæſt. l. 7. c. 3. *Quod atomi congeſtæ, coacervatæque fecerunt*; ubi nonnulli vitiosè legunt, *congeſti, coacervati*, atque hinc, & ex illo Lactantii de Ira Dei c. 10; *Denique Lucretius quaſi oblitus atomorum, quos aſſerebat,* faciunt atomus dubium.

Græca verſentia es in us.

Atomus.

Nomina æ in, u.

Nomina æ declinationis in *u* deſinentia non variantur numero ſingulari, & ideo neutra, Plurali verò ſunt integra.

Neutra æ Declinat.

Chaos.

Virus.

Neutra chaos, pelagus, virus, &c. *Chaos, chai* unde Ablativus *Chao*, Virg. Geor. 4. *Atque Chao denſos divûm narrabat amores. Virus, viri, viro.* Lucretius l. 2. *Liquit enim tetri ſupra primordia viri,* & ibid. *--- contactos perdere viro. Sexus* priſcis interdum Neutrum: Plaut. Rudent. a. 1. ſc. 2. *Filiolam ego unam habui, eam unam perdidi. Virile ſexus nunquam ullum habui,* i. e. virilem ſexum, Priſcian. l. 5. Quo-

Sexus.

modo

modo locutus eſt etiam Saluſtius l. 2. Hiſtoriarum. *Incerti generis ſunt hæc*, &c. *Rubus* Maſc. Virg. Ecl. 3. *Mella fluant illi, ferat & rubus aſper amomum.* Plin. l. 17. c. 13. *Rubi namque curvati gracilitatem ſumunt.* Fœmin. Columel. l. 11. c. 3. *Alternis rubos in hortis conſitas.* Gellius l. 19. c. 12. *Vidit forte vicinum rubos latè atque altè obortas excidentem.* *Phaſelus* Maſc. Catullus car. 4. *Phaſelus ille, quem videtis, hoſpites,* Auſonius, Idyl. 10. --- *et picti roſtra phaſeli.* Cicero ad Attic. l. 14. epiſt. 18. initio. *Quinto non conſcendens ab hortis Cluvianis in phaſelum, epicopum has dedi literas*; Fœmin. Ovid. de Ponto, l. 1. eleg. 11. --- *Fractæ tellus non dura phaſelo.* Martial. l. 10. epig. 30. --- *Viva ſed quies ponti Pictam phaſelon adjuvante fert aurâ.* *Barbitus* Maſc. Horat. l. 1. od 32. --- *Age, dic Latinum Barbite carmen Lesbio primùm modulate civi*; Fœmin. Ovid. Heroid. 21. *Non facit ad lacrymas barbitos illa meas. Eſt etiam barbiton neutrum*, Auſon. epig. 43. --- *et plectra & barbita conde.* Groſſus Maſc. Celſus l. 5. c. 12. *Groſſi aquâ decocti*; Fœmin. Plin. l. 15. c. 18. *Deprehenſáſque in his hyeme groſſos*, Idem. l. 23. c. 7. *Crudæ groſſi verrucas tollunt.* *Specus* uſitatiùs Maſc. Cicero ad Attic. l. 15. ep. 25. *Et ſine paucos ſpecus in extremo fundo.* Plin. l. 2. 45. *Sine fine ventos generant jam quidam etiam ſpecus.* Ovid. Faſt. 4. *Et ſpecus exeſi ſtructurâ pumicis aſper*: Fæmin. Gellius l. 5. c. 14. *Specum quandam nactus remotam latebroſámque.* &c. Silius l. 6. *Tabificam ſpirat ſaniem ſpecus ultima.* Eſt etiam *ſpecus* 3æ Declinat. Neutrum, Æneid. 7. *Hic ſpecus horrendum, & ſævi ſpiracula Ditis.* *Penus* Maſc. Plaut. Pſeudol. a. 1. ſc. 2. *Nam niſi penus annuus hodiè convenerit*; Fœmin.

Dubia 1æ & 4æ declinat. Rubus. *Barbitus.* *Groſſus.* *Specus.* *Penus.*

Lucil. l. 5. citante Priſciano. *Magna penus parvi ſpatio conſumpta peribit.* Ulpianus. *Quintus Mutius ſcribit libro ſecundo juris penu legata contineri, quæ potui, eſuiq; ſunt.* Eſt etiam penus 3æ Neutrum. Horat. l. 1. epiſt. 16. *Annonæ proſit, portet frumenta penúſque: & penum* 2æ neutrum. Terent. Eunuch. a. 2. ſc. 3. *Cùm in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.* *Balanus* Maſc. Plin. l. 15. c. 23. *Ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant:* & l. 13. c. 14. Fœmin. Horat. l. 3. od. 29. *Preſſa tuis balanus capillus.* *Pampinus* Claudiano Fœm. l. 3. de laudibus Stiliconis. *Tranſtra ligant hederæ, malum circumflua veſtit Pampinus.* Idem in Epithalamio Palladii & Celerinæ. *Acclivis florum cumulo criſpatur opaca Pampinus.* Sed hoc genere vix alibi apud idoneum autorem invenies.

Balanus.

Pampinus.

CAP. IIII.

De Genere Nominum tertiæ Declinationis.

Genus Nominum tertiæ Declinationis.

Lactis.

Lacte.

NOmen in *a, c, vel e, neutrum,* &c. Veteres dixerunt hæc *lactis,* & hoc *lacte.* Plaut. Bacchid. a. 5. ſc. 2. *Quæ nec lactem, nec lanam ullam habent.* Idem Menæch. a. 5. ſc. 9. *Neque aqua aquæ, neque eſt lacte lacti, crede mihi, uſquam ſimilius.* *Halec* ſemper Neutrum, *halecem* Fæmin. apud Martial. l. 11. epig. 28. *Halecem, ſed quam protinus illa voret;* non eſt à Nominativo *halec,* ſed *halex.* Plin. l. 32. c. 10. *Halex defervefacta unguium ſcabritiam, ciniſq; e capite mænarum extenuat.* *Retis* veteribus Maſcu.

Halec.

Retis.

Plaut.

Plaut. Rudent. a. 4. ſc. 3. *Vbi demiſi retem atque hamum, quicquid hæſit extraho.* Varro de R. R. l. 3. c. 15. *Quibus adminiſtratur per retem.*

Et quod in l, vel in en, &c. *Sal* pro condimento priſcis Neutrum: Columel. l. 12. c. 53. *Deinde in ſeriam ſubſternitur ſal coctum*: & *ſale.* Ennius l. 14. Annal. apud Priſcianum, *Cæruleum ſpumat ſale confertâ rate pulſum.* Sæpius autem Maſcul. Saluſt. in Jugurtha. *Neque ſalem, neque alia gulæ irritamenta quærebant.* Horat. l. 1. ſat. 5. --- *et parochi quæ debent ligna ſalémque.* Plin. l. 31. c. 7. *Sal omnis aut fit, aut gignitur*: & mox; *Omnis eſt talis ſal minutus.* In Plurali autem ſemper Maſc. *Flamen* pro ſacerdote, & Compoſita à *cano* ut *fidicen, tibicen,* &c. quæ maſculina huc non pertinent, eorum enim genus cognoſcitur ex ſignificatione. Canon eſt; *Quæ maribus ſolis tribuuntur, maſcula dicas.* *Sal.*

Maſcula in an, on, in, &c. Non ſolùm *ſindon* & *icon*, ſed etiam *aedon* & *halcyon*, ſive *alcyon* Fœmin. Seneca Octav. a. 5. ſc. 2. --- *Quæ lacrymis noſtris queſtus reddet aëdon?* Virg. Geor. 1. *Dilectæ Thetidi Halcyones. Python* draco, quem Apollo ſagittis confixit, ſemper Maſcul. Nomen urbis, ubi ipſe draco interfectus, Fœmin. *Aedon.* *Halcyon.*

Maſcula in o, ceu curculio, &c. *Vnio* pro margarita maſcul. Plin. l. 9. c. 35. *Duo fuere maximi uniones per omne ævum.* At hoc non à Verbo, ſed nomine, *unus* ſignificat etiam unitatem, & cæpam uno conſtantem capite. Columel. l. 12. c. 10. *Pompejanam, vel Aſcaloniam cæpam, vel etiam Marſicam ſimplicem, quam vocant unionem ruſtici, eligito.* De Genere, niſi cum margaritam ſignificat, non conſtat. *Vnio.*

Neutris

Baccar. *Neuiris dona ar, & ur. Baccar* herbat neutrum. Plin.l.21.c.6. *Eorum quoq; error corrigendus est, qui baccar rusticum nardum appellaverunt.* Est & baccaris Fœmin. *Salar* masc. Ausonius in Mosella. *Purpureisq; salar stellatus tergora guttis. Guttur* Plauto Masc. Aulul. a.2.sc.4. *Etiám ne obturat inferiorem gutturem. Iubar* Ennio Mascul. apud Priscianum. l.5. *Interea fugit albu jubar Hyperioni cursum.* albus jubar, i.e.luna.

Salar.

Guttur.

Iubar.

Laver. *Masculain er, or, & os, &c. Laver* fœmin. Plaut. l.26. c.8. *Laver quoq; nascitur in rivis, condita & cocta torminibus medetur. Iter* olim genitivo *iteris*, Accius apud Nonium. *Nam te itere cerno vadere.* Nunc *itineris* ab antiquo *itiner*. Plaut. Mercat.a.5. sc.2. ---- *Inceptum hoc itiner perficere exequar. Tuber* pro tumore, & plantâ, Neutrum Plin.l.8.c.18. *Tubera bina in dorso habent cameli.* Idem. l. 19. c. 2. *Tubera enim undique terrâ circundata, nullisque fibris nexa, &c.* Pro arbore Fœm. Idem.l.16.c.25. *Dein tuberes, & præcoces: illæ peregrinæ, hæc coctæ.* Pro fructu ejusdem arboris Masc. Suetonius in Domitiano.c.16. *Cum oblatos tuberes servari jussit.* Hallucinantur verò qui tuberes fœmin. putant apud Martialem l.3. ep. 43. *Et vernæ tuberes, Quid tibi cum Libycis?* non est enim hìc *vernæ* Adjectivum, sed Substantivum appositivum; intelligit autem per *tuberes vernas*, non tempore verno crescentes, sed vernaculos, & domi natos, non ex Africà allatos. *Papaver* Plauto masc. Trinum. sc. 5. *Quam si tu objicias formicis papaverem:* & in Pænul. a.1. sc. 2. *Cancer* priscis Neutrum: Claudius Quadrigarius apud Priscianum l.5. *Quod verminatione ad cancer pervenerit.* In illo Virgilii in Culice. *Obvia*

Iter.

Tuber.

Papaver.

Cancer.

via vibranti carpens gravis aëra linguâ. *Aëra* eſt Accuſativus ſingularis, non pluralis, regiturque à *carpens*, at *obvia* à *vibranti*, & ſenſus eſt, Serpens gravis carpens aëra linguâ vibranti obvia. Bedæ quidem eſt neutrum in vita Cutperti c 9. *Clauſa diu reſerans credentibus aëra ſeclis*: ſed hoc novum, ſpiſſiſque tenebris natum. Ennio, autem Fœmin. teſte Gellio l. 12. c. 19. *Ennius in Annali duodecimo aëre fulvâ dixit, non fulvo. Maſcula at excipias iſthæc, &c.* Ad hanc exceptionem pertinent etiam *acinaces*. Horat. l. 1. od. 27. *Medus acinaces, & Vnicornis*, quæ ideo omiſſa, quòd non niſi manca carmen ingrediuntur. *Sentis*, & *caſſis* pro reti rarò reperiuntur in numero ſingulari. *Sentis* tamen uſus Columella l. 11. c. 3. *Nos ſentem canis appellamus*; et *Caſſis* Senec. Agamem. a. 5. *Cum caſſe vinctus tentat egreſſus tamen. Cenchris* ſerpens Maſc. Lucan. l. 9. *Et ſemper recto lapſurus limite cenchris*. avis Fœmin. Plin. 29. c. 6. *Aliqui alopecias cantharide tritâ illinunt. Vepres, pulvis, funis, crinis, amnis interdum* ſed rariùs Fœmin. de quibus poſtea, De Recto ſingulari τῆ *vepris* non conſtat, an ſit vepres, vepris, an veper. *Natalis, magalis, molaris, jugalis* ſunt Adjectiva, ſubintelliguntur enim *dies, porcus, dens*, aut *lapis, equus: Perduellis* item & *rivalis* ſunt Adjectiva. *Artocreas*, & *eryſipelas* ſunt Neutra prout Græca τὸ ἀρτόκρεας, τὸ ἐρυσίπελας, ατος. Prius apud Perſium. ſat. 6. ---- *Oleum artocreaſque popello Largior*: alterum apud Celſum. l. 5. c. 26.

Aër.

Acinaces, Vnicornis.

Sentis.

Caſſis.

Cenchris.

Natalis, magalis, molaris, jugalis perduellis, rivalis.

Artocreas, eryſipelas.

Vs neutrum ponas, &c. Compoſita a πούς ſunt Maſculina, præter *lagopus* Fæmin. tum pro ave Martial. l. 7. epig. 86. *Si meus auritâ gaudet lagopo-*

Lagopus.

de Flaccus. tum pro herbâ, Plin. l. 2. c. 8. *Lagopus*
Apus. *sistit alvum e vino pota*. Volunt quidam & *apus* esse Fœmin; quia apud Plinium legitur l. 10. c. 39. *Plurimùm volant quæ apodes*, sed quæ refertur ad *volucres*, non ad *apodes*. Certè Græcis masc. Aristoteles de historia animalium l. 9. c. 30. οἱ δ' ἄποδες ὃς καλοῦσί τινες κυψέλας, *Apodes verò quos quidam*
Pecus. *vocant cupselos*. *Pecus pecudis*, Fæmin. *pecus pecoris* Neutrum; solent enim plurimùm quæ *u* in obliquis retinêt, esse Fœmin. omnia autem quæ *u* in *e*, aut *o* mutant, esse Neutra; præter *lepus*, & quæ â πούς composita. Quæritur autem an pecus fæmin. habeat Nominativum, cum nullum sit idoneum ejus rei testimonium, nisi unicum illud Cæsaris in Auguralibus citante Priscian. l. 6. *Si sincera pecus erat*. Mihi quidem non videtur imitandum, cum nemo, quos habemus, classicorum id ausus sit, tum quòd cætera quæ *u*. in Genitivo retinent, penultimam producunt in obliquis, ut *palus paludis*. Non malè igitur Charisius l. 1. refert inter ea quæ carent Nominativo, & Vocativo. Est & *pecu* Neutrum 4æ. Plaut. Mercat. a. 2. sc. 5. --- *Non didici bajulare, nec pecua ruri pascere*. Livius. l. 35. *In agris passim inundatis pecua ablata*. vide Priscianum. l. 6.

Consona præcedit sic s. Priscis nullus nominativus exibat in *s* præcedente consonâ, sed vocalem interponebant, ita pro *trabs*, *trabes* dixerunt. Ennius in Medea: *Cæsa accidisset ad terram abiegna trabes*: pro *adeps*, *adipes*. Varro de R. R. l. 1. *Adipes illa. Prosors, sortis*. Plaut. Casin. sc. 7. *Vide ne*
Rudens. *qua illic nisit alia fortis sub aquâ*. Rudens vetustissimis Fœmin. Plaut. Rudent. a. 4. sc. 3. *Dum hanc tibi*,

bi, quam trahit, rudentem complico. Bidens pro instrumento fossorio Masc. Virg. Geor. 2. --- *Duros jactare bidentes*: pro ove, quæ duos dentes eminulos habet, Fœmin. Æneid. 4. ---- *Mactant lectas de more bidentes.* *Bidens.*

Xmuliebre velut pax, &c. Bombyx pro vermiculo Masc. pro materiâ unde vestes bombycinæ fiunt, Fœmin. Plin. l. 11. c. 23. *Assyriâ tamen bombyce adhuc fœminis cedimus.* In illo Propertii l. 2. el. 3. *Nec siqua Arabio lucet bombyce puella*: est Metonymia efficientis; vermis pro effecto ejus, veste, scilicet bombycina. *Phœnix* gentem significans Masc. arborem, Fœmin. quorum utriúsque genus significatione cognoscitur: Huc pertinet, quatenus avem significat. Claudian. l. 2. de laud. Stiliconis; *Vnicus extremo Phœnix procedit ab Euro. Atriplex* Plinio Neutrum l. 20. c. 20. *Atriplex & sylvestre est, accusatum à Pythagorâ, tanquam faceret hydropicos.* Macro Fœmin. *Atriplicem tritam cum nitro, melle, & aceto.* Plinium sequor. Sandix Fœmin. Plin. l. 35. c. 6. *Pingentes sandyce sublitâ.* Horat. Masc. *Interdum Libyco fucantur sandyce pinnæ.* *Bombyx.* *Phœnix.* *Atriplex.* *Sandyx.*

CAP. V.

De Dubiis tertiæ Declinationis.

SVnt dubii generis, &c. Stirps pro plantâ Masc. Virg. Æneid. 12. *Quum semel in sylvis imo de stirpe recisum. ibid.* ---- *lentóque in stirpe moratus.* Fœmin. Horat. l. 3. od. 29. --- *Nunc lapides adesos* *Stirps.*

Stirpésque raptas. Columel. l. 2. c. 2. *Præfractas stripes.* Sed *stirps* pro progenie, semper Fœmin.

Calx. *Calx*, pro fine, & parte pedis, oratoribus Masc. Cicero Tusc. 1. *Video calcem, ad quem cum sit decursum, nil sit præterea extimescendum.* Persius sat. 3. *In portas rigidos calces extendit:* Poetis interdum Fœmin. Virg. Æneid. 11. *Quadrupedem citum ferratâ calce fatigat.* Silius l. 3. *Et jam ferratâ rapiebat calce volantem.* At *calx* pro saxo excocto, *lime*, semper Fœmin.

Canalis. *Canalis* Masc. Plin. l. 33. c. 4. *Hi vænarum canales per marmor vagantur.* Statius l. Sylvar. *Flumina demerso trahit intemerata canali.* Fœmin. Varro. l. 3. c. 11. *In eo perpetua canalis, in quam & cibus ponitur, & immittitur*

Ales. *aqua. Ales* Masc. Plin. l. 18. c. 26. *Per imitationem cantûs alitis temporarii, quem cuculum vocant*; quo genere vix apud alium reperies, qui prosâ scripsit, nec apud hunc alibi. Virg. Æneid. 12. *Namque volans rubrâ fulvus Iovis ales in æthrâ:* Fœmin. longè usitatius. Plin. 10. c. 3. *Negant unquam solam hanc alitem fulmine exanimatam.* Horat. epod. 10.

Adeps. *Malâ soluta navis exit alite. Adeps* Masc. Plin. l. 28. c. 9. *Adipe verrino & inungi putant utile.* ibid. *Massurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit.* Fœmin. Celsus. l. 4. c. 24. *Adipis suillæ tantundem.* Columel. l. 8. c. 14. *Quæ res ad creandas adipes multùm conferunt.*

Serpens. *Serpens* Masc. Plin. l. 6. c. 27. *Infestatur & serpentibus quos flumina deportant,* & l. 8. c. 23. Ovid. Met. 3. ---- *longo caput extulit antro. Cæruleus serpens:* Fœmin. Cicero 2. de Nat. Deor. *Serpentes quædam ortæ extra aquam, &c.* Plin. 11. l. c. 47. *Visæ jam serpentes anserinis pedibus.*

Torques, vel torquis. *Torques* Masc. Cicero 1. de finib. *Aut torquem illum*

lum hosti detraxesset: Idem Offic. 3. *Torque detracto cognomen invenit:* Fœmin. Gellius l. 9. c. 13. *Torquemq; detraxit, eamque sanguinolentam sibi in collum imponit.* Propert. l. 4. *Torquis ab incisâ decidit unca gulâ.* *Car. 11.*

Finis Masc. Cicero 2. de finib. *Finis.* *Docerentque qui essent fines cupiditatum.* Virg. Æneid. 1. ---- *Quem das finem rex magne laborum*; quo genere nihil frequentius apud optimos quosque autores: Fœmin. Cicero de legib. 2. *Neque necesse est edisseri à nobis quæ finis funestæ familiæ.* Virg. Æneid. 2. *Hæc finis Priami fatorum:* Æneid. 5. *Quæ finis fandi:* Æneid. 12. *Quæ jam fi erit conjux.* Horat. l. 2. od 18. *Nulla certior tamen rapacis orci fine destinat Aula divitem manet Herum.* Idem epod. 17. *Quæ finis, aut quod me manet stipendium?*

Obex usitatiùs Masc. Ovid. Metam. 14. ---- *Portasque petunt quas obice firmè Clauserat Iliades.* Claudian. l. 2. in Eutrop. --- *hinc victo proruperat obice Nereus:* Fœmin. Virg. Æneid. 10. *Ecce maris magnâ claudit nos obice pontus:* ita legendum contendit nobilis ille Grammaticus Servius: non *magne*, ut vulgò. Plin. in Panegyri, *Nullæ obices, nulli contumeliarum gradus.* *Obex.*

Anguis sæpius Masc. Plin. l. 29. c. 4. *Neque anguis venenatus est, nisi per mensem lunâ instigatus.* Virg. Geor. 3. ---- *Tortosque Ixionis angues.* Fœm. Val. Max. l. 1. c. 6. *Subitò ab imâ parte aræ prolapsam anguem prospexit.* Tacitus Annal. 11. *Vnam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est.* Ovid. de medic. faciei: *Nec mediæ Marsis sibilet angues.* *Anguis.*

Clunis Masc. Juvenal. sat. 11. Martial. l. 11. epig. 10. Verba propter obscœnitatem omitto: Fæmin. Plin. l. 8. c. 8. *Extremæs in clunes desiliunt.* Horat. *Clunis.*

l. 1. sat. 2. *Quòd pulchræ clunes, breve quòd caput,*
Perdix. *ardua cervix. Perdix* Masc. Statius. Syl. 2. *Quique refert jungens iterata vocabula perdix.* Plin. l. 10. c. 33. *Perdices verò à domitis feros, & novos aut victos iniri promiscuè*; Fœmin. usitatiùs. Plinius ibid. Ovid. Metam. 8. *Garrula ramosâ prospexit ab ilice perdix*: Martial. l. 3. epig. 57. *Et picta perdix.*
Imbrex. *Imbrex* Masc. Plin. l. 17. c. 14. *Servari inter duos imbrices juxta rivos*; Fœmin. Plaut. Milit. sc. 7.
Silex. *Quòd meus confregisti imbrices. Silex* Oratoribus masc. Plin. l. 36. c. 18. *Lunensem silicem serrâ secari, at Tusculanum dissilire igni.* & c. 22. *Nigri silices optimi.* Ovid. Metam. 2. --- *Perjuraque pectora vertit In durum silicem*; Fœmin. vix reperies nisi apud Poetas. Virgil. Æneid. 6. *Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.* Æneid. 8. *Stabat acuta silex præcisis undique saxis.* Claudian. de raptu Proserp. l. 1. *Religiosa silex, densis quam pinus obumbrat.* Idem de magnete. *Flagrat anhela silex, & amicam saucia sentit Materiem.*
Limax. *Limax* masc. Columel. l. 10. c. 31. *Implicitus conchæ limax, hirsutaque campe*; Fœmin. Plin. l. 29. c. 6. *Limacis inter duas orbitas inventæ osseiculum, &c.*
Varix. *Varix* Masc. Celsus l. 7. c 17. *Evenit ut in quorundam ventribus varices sint, quorum nulla alia curatio est*, & c. 31. *In quibus orti varices non dificili ratione tolluntur*, & mox. *Eorum varicum qui in ventre sunt*; Fœmin. Quintil. l. 11. c. 3. *Solitum id facere Ciceronem velandarum paricum gratiâ.* Seneca epist. 78. *Dum varices exsecandas præberet, legere librum perseveravit.*
Corbis. *Corbis* Masc. Hirtius de bello Hispanico. *Lapidibus corbes plenos demisit*; Fœmin. Cicero pro
Scrobs. Sextio; *Messoriâ se corbe contexit. Scrobs* Masc. Plin.

Plin. l. 17. c. 19. *Et scrobes fodere monstravit; in aquosis enim neque altos, neque amplos facere expediet*: Fœmin. Columel. l. 1 c. 4. *Contenti bipedaniâ scrobe.* Lucan. l. 8. ---- *Exiguâ trepidus posuit scrobe palumbes.* Masc. Plin. l. 10. c. 35. *Vivere palumbes ad 30. annum, aliquos ad 40. habemus auctores.* Palumbes. Fœmin. ibid. *Nigidius putat, cum ova incubat, sub tecto nominatam palumbem relinquere nidos.* Virgil. ecl. 1. *Nec tamen interea raucæ tua cura palumbes.* Horat. l. 3. od. 4. *Fabulosæ palumbes.* Nec alio quàm fœminino usurpare ausim, quoties de femellis solis sit sermo; aliàs sæpius masc. *Onyx* pro gemma Fœmin. tantùm, Plin. l. 37. c. 6. *Zenotheni-* Onyx. *us Indicam onychem plures habere varietates*: & mox, *Sotachus & Arabicam onychem tradit, sed eam à cæteris distare, quod Indica igniculos habeat*; pro lapide, qui & onychites, & alabastrites dicitur, aut vase ex illo facto Masc. Horat. l. 4. od. 12. *Nardi parvus onyx eliciet cadum*: Propertius. l. 2. el. 13. *Cum dabitur Syrio munere plenus onyx.* Plin. l. 36. c. 7. non procul à fine. Martialis pro vase fœmin. usus; sed ille solus, idque semel. l. 7. ep. 93. *Unguentum fuerat quod onyx modò parva gerebat.* cum sæpe alibi, & in hoc significatu Masculi. protulit: ut l. 4. ep. 28. l. 9. ep. 60. l. 10. ep. 87. *Sardonyx* masc. Poetis. Iuvenal. sat. 6. *In manibus densi radiant testudine totâ Sardonyches.* Martial. l. 9. ep. 60. *Sardonychas veros mensâ quæsivit in omni*; Fœmin. Oratoribus. Plin. l. 37. c. 6. *Aliter quàm in sardonyche Indicâ.* Sunt & alia nonnulla, quæ frequentiùs, & rectiùs sunt unius tantùm generis, quæ tamen interdum, præcipuè apud Poetas, alio ab usitato genere usurpantur, ut, *Amnis* masc. Amnis. Plin.

Plin. l. 2. c. 103. *In fucino lacu invectus amnis.* Virg. Geor. 3. *Invidia infelix furias, amnémque ſevcrum Cocyti metuet.* Horat. l. 3. od. 29. *Cum fera diluvies quietos Irritat amnes*: at veteribus Fœm. Plaut. Mercat. a. 5. ſc. 2. *Neque mihi ulla obſiſtet amnis, neque mons, neque adeo mare.* Varro de R. R. l. 3. *Vbi confluit altera amnis.* *Animans* pro animali in omni genere reperitur, ſed ſæpius Fœminino, vel Neutro Maſc. Cicero de Vniverſo. *A quo enim animante reliquos contineri vellet animantes, hunc eâ formâ figuravit*; Fœmin. Idem. 1. de legib. *Nam cum cæteras animantes abjeciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit*: Neutrum. Plin. proœmio l. 7. *Denique cætera animantia in ſuo genere probè degunt*; ſed hoc naturâ Adjectivum. *Arrhabo* Maſc. Plaut. Milit. a. 4. ſc. 1. *Hunc arrhabonem amoris primum à me accipe.* Gellius. l. 17. c. 2. *Sed nunc arrhabo in ſordidis verbis haberi cæptus, ac multo rectiùs videtur arra*: & apud eum M. Cato in L. Veturium. *Cum tantus arrhabo penes Samnites populi Romani eſſet*; Fœmin. Varroni. l. 4. de L. L. *Arrhabo ſic dicta, ut reliquum reddatur.* *Bubo* omnibus tam Oratoribus quàm Poetis Maſcul. Plin. l. 10. c. 12. *Bubo funebris, & maximè abominatus.* Ovid. Metam. 5. *Ignavus bubo dirum mortalibus omen*; Fœmin. Virgilio ſoli. Æneid. 4. *Solaque culminibus ferali carmine bubo.* Sed hìc fortaſſe reſpicitur *avis*; frequens enim eſt Poetis, relicto genere ſpecialioris, generalioris genus ſumere. *Cinis* Maſc. Plin. l. 3. c. 5. *Anguium cinis ex oleo illitus.* Ovid. Metam. 8. *Vos cinis exiguus, gelidæque jacebitis umbræ*: Priſcis. Fœmin. Lucret. l. 4. ---- *cinere & multa latet obrutus ignis.* Catullus.

Animans.

Arrhabo.

Bubo.

Cinis.

car.

car. 69. *Troja virûm, & virtutum omnium acerba cinis.* *Cortex* masc. Plin. l. 9. c. 10. *Solis vapore sic-* *Cortex.*
cato cortice non possunt mergi. Virg. Æneid. 9. *Dixerat, ille rudem nodis, & cortice duro Intorquet.* Ovid. Fast. 4. Eo tamen Virgilius semel usus est Fœmino. ecl. 6. *Tum Phaetontiades musco circundat amaræ Corticis. Crinis* Masc. Plin. l. 2. c. 25. *Horrentes cri-* *Crinis.*
ne sanguineo. Horat. l. 1. od. 32. *Et Lycum nigris oculis nigróque Crine decorum:* sed Fœm. priscis. Plaut. Mostel. a. 1. sc. 3. *Soli gerundum censeo morem, & capiundæ crines. Culex* Masc. Plin. l. 10. c. 61. *In cibatu* *Culex.*
culices gratissimi. Horat. l. 1. sat. 5. ---- *Mali culices ranæque palustres Avertunt somnos;* Fœmin. Paulto Casin. a. 1. sc. 4. *Eho tu nihili cana culex,* sed hic alii legere malunt, *canalicola vix. Cupido* etiam pro cupiditate Horatio semper Masc. l. 2. od. 16. *Nec leves* *Cupido.*
somnos timor aut cupido Sordidus aufert: & l. 3. od. 16. *Contracto melius parva cupidine Vectigalia porrigam:* & od. 24. item. l. 1. sat. 1. Interdum etiam aliis. Senec. Hippolyt. a. 2. sc. 2. *Nullus hic auri fuit cæcus cupido.* Plaut. Amphit. a. 2. sc. 2. *Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatum cupidinem.* Sed in his Masc. potest esse Metonymicῶς. *Cupido* enim non solùm deus *Funis.*
est libidinis, sed etiam cujusvis alius cupiditatis. *Funis* Masc. Cæsar l. 3. bel. Gall. *Funes qui antenas ad malos destinebant:* Horat. l. 2. epist. 1. *Ille per extentum funem mihi posse videtur Ire poeta;* Fœmin. priscis. Lucret. citante Gellio l. 13. c. 19. *Aurea de cœlo demisit funis in arva:* ubi tamen alii legunt *Aureus de cœlo, &c. Grus* Horatio Masc. l. 2. *Grus.*
sat. 8. ---- *Discerpta ferentes Membra gruis sparsi sale multo, non sine farre.* Aliis Fœmin. Cicero l. 2. de nat. Deor. de gruibus loquens, *Hæque tergo*

prævolantium colla & capita reponunt: Virgil. Geor. 1. *Strymoniæque grues.* ibid. *Aeriæ fugere grues.*

Hystrix. *Hystrix* Claudiano Masc. de Hystrice. ---- *Datur ecce fides & cognitus hystrix:* Aliis fœmin. Plin. l. 8. c. 35. *Hystrices generat India, & Africa spinâ contectas.*

Linter. *Linter* Masc. Tibullo. l. 2. el. 5. *Exiguus pullâ per vada linter aquâ,* at hoc tum metri, tum εὐφωνίας causâ. Aliis Fœmin. Cæsar. l. 7. bel. Gall. *Conquirit etiam lintres, has magno sonitu remorum incitatas in eandem partem mittit.*

Lux. *Lux* Fœmin. omnibus passim. Masc. Plauto. Aulul. sc. 27. *Luce claro deripiamus aurum patronis palam.* & Ciftell. a. 2. sc. 1. *Cum primo luci cras nisi ambos occidero.*

Lynx. *Lynx* Horatio masc. l. 2. od. 13. *Aut timidos agitare lyncas;* Aliis fœmin. l. 28. c. 8. *Peregrinæ sunt lynces, quæ clarissimè omnium quadrupedium cernunt.* Virg. Geor. 3. *Quid lynces Bacchi variæ, & genus omne leonum.*

Margo. *Margo* fœmin. Juvenali sat. 1. ---- *Aut summi plenâ jam margine libri:* Aliis Masculinum Plin. l. 12. c. 20. *Quin in nostro orbe feritur, extremóque in margine imperii.* Ovid. Meta. 1. --- *Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.*

Pulvis. *Pulvis* Fœmin. Propertio. l. 1. el. 22. *Sit mihi præcipuè pulvis Hetrusca dolor:* & l. 2. el. 13. *Qui nunc jacet arida pulvis.* Ennius Annal. 8. *Iamque fere pulvis ad cœlum vasta videtur.* Aliis masc. Virg. Geor. 4. *Pulveris exigui jactu compressa quiescent:* & Æneid. 9. *Hic subitam nigro glomerari pulvere nubem.* Horat. l. 1. od. 1. *Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegisse juvat.* Cicero l. 2. de nat. deor. *Eruditum pulverem.*

Pumex. *Pumex* Fœmin. Catullo. car. 1. *Aridâ modò pumice expolitum.* Aliis Masc. Plin. l. 36. c. 21. *Sed & ii pumices qui sunt in usu corporum levigan-*

vigandorum. Virg. Æneid. 5. *Cui domus, & dulces latebroſo in pumice nidi.* Ovid. Meta. 8. *Pumice multicavo.* *Rudens* priſcis Fœmin. Plaut. Rudent. a. 4. ſc. 3. *Dum hanc tibi quam trahis rudentem complico.* Aliis Maſc. Æneid. 3. ---- *Tum littore funem Diripere excuſſóſque jubet laxare rudentes :* Ovid de Triſt. l. 1. el. 10. *Nunc quoque contenti ſtrident aquilone rudentes.* Catul. car. 65. *Candidoque intorti ſuſtollunt vela rudentes.* Senec. Agam. a. 3. *Tenſo rudente flamma perſtrinxit cadens.* *Vepres* Fœmin. Lucretio l. 4. ---- *Nam ſæpe videmus Illorum ſpoliis vepres volitantibus auctas :* Aliis Maſc. Virgil. Georg. 3. ---- *Hirſuti ſecuerunt corpora vepres ;* & Æneid. 8. ---- *Sparſi rorabant ſanguine vepres :* Senec. Hippol. a. 4. ---- *Acutis aſper vepres rubis.* *Volucris* Maſc. Ciceroni in eo carmine quod vertit ex Homero. l. 2. de Divinat. *Hunc ubi tam teneros volucres, matrémque peredit :* Aliis Fœmin. Virgil. Æneid. 4. *Quum tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres.* Ovid. Metam. 1. *In me laſſatis volucris vaga decidit alis.* Horat. l. 1. ſat. 8. *Aſt importunus volucres in vertice arundo Terret.* Ex his pleraque, ut videtis, ſunt nomina animalium, in quibus ad intellectum referri poteſt Conſtructio minùs uſitata. Vide Quintilianum. l. 9. c. 3. & quæ ante diximus in Paralipomenis Etymologiæ de Genere Epicœno. Quod ad illa nimis antiqua, *fronte hilaro,* apud Cæcilium & Catonem : & id genus alia, mihi nec animus, nec otium recenſere. Quorum farraginem ſatis quidem amplam videre licet apud Priſcianum ſub finem capitis de Generibus, & Nonium Marcellum de diſcretis Generibus.

Rudens.

Vepres.

Volucris.

Gellius l. 15. c. 9.

Epicœna. De Epicœnis, nihil cauſæ eſt ut hìc pueris negotium faceſſamus, cùm unius tantùm ſint generis, aliorúmque Nominum formam ſequantur; ita *aquila, muræna, alauda* ſunt Fœminina, quia primæ Declinationis: *lupus, mulus, cuniculus* Maſculina, quia ſecundæ, *vulpes* Fœmin. quia pariſyllabicum in *es* tertiæ; & ita in cæteris, quæ omnia regulis jam traditis continentur.

De Variantibus Genus aut Flexum.

CAP. VI.

ANomala ſunt, quæ à communi declinandi formâ recedunt, hoc eſt, quæ Genere, Declinatione, Caſu, aut Numero, variant, deficiunt, aut abundant. Quæ Genere, Græcis Heterogenea, quæ Declinatione Heteroclita dicuntur.

Maſcula ſunt numero primo hæc, &c. Fortaſſis hæc Pluralia Neutra fiunt à Nominativis ſingularibus neutris, *Mœnalum, Dindymum, Iſmarum, &c.* licèt non ſuppetat autoritas. *Gargarus* non legitur, ſed, *gargara* uſitatiſſimè, interdum gargarum vide Macrob. Saturn. l. 5. c. 20. à Græco γάργαρον. apud Lucianum de Dearum judicio. *Sibila* à ſibilum, quo uſum Serenum teſtatur Nonius. *Suave ſibilum. Loca* à *locum*: Varro apud Macrobium Saturnal. l. 3. c. 4. *Sicut locum in quo figerent candela candelabrum appellatum. Eventa* ab *eventum*; Lucret. l. 1. *Eventum dici poterit quodcunque erit actum.*

Supellex. *Singula fœminea hæc, pluralia neutra, &c. Supellex.*

lex in singulari & *supellectilia* in Plurali, frequenti in usu apud antiquos, & hoc *supellectile*, unde mansit *supellectilia* Neutrum Plurali. *Carbasus* singulare Fœmin. Propertius. l. 4. c. 12. *Exhibuit vivos carbasus alba focos:* Plurale neutrum. Ovid. Metam. 11. *Totaque malo Carbasa deducit venientesque, excipit auras.* Est & *Pergamus* Fœmin. & *Pergamum* Neutrum, & *Pergama* plurale apud Poetas pro urbe Trojana. Plaut. Bacchid. a. 4. sc. 9. *Atridæ duo fratres cluent feciſſe facinus maximum Cum Priami patriam Pergamum divinâ mænitum manu ſubegerunt.* Seneca Agamem. a. 3. *Vt Pergamum omne Doricâ cecidit face.* Huc pertinet, cum pro arce ejusdem urbis accipitur. Huc referri possit etiam *Hieroſolyma* in singulari generis fœmin. Cicero pro Flacco. *Cum aurum, Iudæorum nomine, quouannis ex Italiâ, & omnibus noſtris provinciis Hieroſolymam portari ſoleret.* Plin. l. 6. c. 34. *Amplectitur Babylonem, Idumæam, Samariam, Hieroſolymam.* Plurali neut. Idem. l. 5. c. 14. *In qua fuere Hieroſolyma longè clariſſima urbium Orientis.*

Carbaſus.

Pergamus.

Hieroſolyma.

Sunt Neutra hæc primo tantùm, &c. Frænum in plurali tam Masc. quàm Neut. Virg. Geor. 3. ---- *Et ſtabulo frænos audire ſonanteis.* Plin. l. 7. c. 56. *Frænos, & ſtrata equorum Pelerhronium.* Virg. Geor. 3. *Ac neque eos jam fræna virûm, nec verbera ſæva.* Ovid. de Trist. l. 1. el. 3. *Cervicis rigidæ fræna remittit equo. Raſtrum,* in plurali sæpius hi *raſtri.* Virg. ecl. 4. *non raſtros patietur humus, non vinea falcem.* Terent. Heaut. a. 1. sc. 1. ---- *At iſtos raſtros interea tamen depone*; legitur tamen & raſtra apud Juvenalem sat. 15. ---- *Cum raſtra, & ſarcula*

Frænum.

Raſtrum.

Capistrum. *culatantùm assueti coquere.* *Capistri* in plurali rarò
Cœlum. legitur. *Cœlum, heaven,* secundùm Cæsarem l. 1. de Analogia apud Gellium l. 19. c. 8. caret plurali, quod idem sentit Charisius. *Cœli* plurale est ab antiquo *cœlus*: Ennius apud Sosipatrum l. 1. ---- *Cœlúsque profundus.* Cicero l. 9. epist. 26. *Ille baro putabat te quæsiturum unum cœlum esset, an innumerabilia*; quod cum *cœli* neutiquam convenire potest. Sed *cœlum* pro scalpro in plurali hæc
Porrus. cœla analogicè. *Porri*, quod his à nonnullis additur, est à Nominativo redundante *porrus*. Plin. l. 19. c. 6. de porro loquens, *Laudatissimus in Aegypto.* Celsus l. 4. c. 6. *In quo porrus cum pullo gallinaceo decoctus sit.* Huc spectat *Siser*, Plurali hi *siseres.*
Siser. Plin. l. 20. c. 5. *Hicesius ideo stomacho utile videri dixit, quoniam nemo tres siseres edendo continuaret:* quod tamen nescio an alibi invenias.

Jugerum. *Iugera, vasque genus retinent, &c. Iugerum,* & *vas* genus retinent, sed Declinationem variant, ut hoc *jugerum, jugeri, &c.* Plural. hæc *jugera, jugerum.* ab antiquo Recto *juger*, vel ut Priscianus ait *jugus.* unde *jugeris* apud Pomponiũ Melam: *Sed ultra quam canalem habet evehi plus jugeris spacio sublimis:* & *jugere* Plaut. Menæch. a. 5. sc. 5. *Non potest hæc res ellebori jugere obtinerier.* Tibul. l. 2. el. 3. *Et multo innumeram jugere pascat ovem.* Est & *jugeris* in plurali à Nominativo *jugerum:* apud Varronem de R. R. l. 1. *In Hispaniâ ulteriore metiuntur jugis, in*
Vas. *campania versibus, apud nos in agro Romano, ac Latino, jugeris.* Sic hoc *vas vasis*, Plural. *hæc vasa vasorum*; ab antiquo *vasum.* Plaut. Trucul. a. 1. sc. 1. *Aut aliquod vasum argenteum, aut vasum aheneum.* Cæsar l. 3. bell. Civil. *Et noctu neque conclamatis vasis flumen transit.*

Hæc

Hæc genus, & flexum variant, &c. Reperitur *delicia* ſingulare apud Plaut. Truculent. ſce. ult. *Ad me delicia?* & Rudent. a. 2. ſc. 4. *Otium ubi erit, tum tibi operam ludo, & deliciæ dabo.* *Delicium.* *Nundina* Singulare nomen deæ. *Nundina.* *Epula* Singulare antiquiſſimis. Lucil. ſat. 14. apud Nonium. *Epulum.* *Idem epulo cibus, atque epulâ Iovis omnipotentis.* *Balnea* Poetis, metri cauſâ, Neutrum in plurali. Juvenal. ſat. 1. *Balneum.* ---- *Et crudum pavonem ad balnea portas.* Auſonius Idyl. 10. *Quid ſulphureâ ſubſtructa crepidine fumant Balnea?*

CAP. VII.

De Defectivis Caſu.

Quæ nullum variant caſum, &c. Priſcianus ea vocat Aptota, quæ nullo alio caſu reperiuntur, quàm Nominativo, ut, *expes, ſatias*: Chariſius quæ unum habent obliquum, ut *inficias, dicis*: Diomedes, quæ licèt varios caſus habeant reſpectu ſignificationis, at unicum reſpectu terminationis, ut *nequam, quatuor, quinque, ſex.* Hæc quæ Diomedi Aptota, Priſciano ſunt Monoptota. Ea autem pro Monoptotis habet Diomedes, quæ Vnicæ ſunt & terminationis, & ſignificationis, ut *dicis, inficias.* Diomedem ſequitur Grammatica noſtra Regia, & nos eam. Quid enim attinet de hiſce minutis litem movere? præſertim cum jam tam longâ invaluere conſuetudine. Ex Aptotis, *fas, inſtar, neceſſe, get, frit, hir,* vix alio caſu reperiuntur qnàm Nominativo, & Accuſativo ſingulari *Aptota, rectius Aclita.*

Instar. lari. *Instar* Nomen ἄκλιτον esse, non Adverbium his liquet exemplis. Liv. l. 28. *Parvum instar.* Virg. Æneid. 6. ---- *Quantum instar in ipso est.* Ovid. epist. 2. *Sed scelus hoc meriti pondus, & instar habet.* Justin. l. 36. *Vallis ad instar castrorum clauditur.* Cicero Tuscul. 1. *Terra ad universi cœli complexum quasi puncti instar obtinet.*

Opus. *Opus* Adjectivum reperitur Nominativo, & Accusativo utriúsque numeri.

Mane. *Mane* in Nominativo, Accusativo, & Ablativo singularibus. Persius sat. 3. ---- *Iam clarum mane fenestras Intrat.* Martial. l. 1. ep. 50. *Sed mane totum dormies.* Hirtius de bello Afric. *Præsertim cum milites à mane die stetissent defatigati.* Plaut.

Gausape. *Præsepe.* Milit. sc. 7. *A mane ad vesperum.* *Gausape*, & *præsepe* in singulari non variantur, in plurali dicitur *gausapia*, *præsepia*, ab antiquis Nominativis *gausapium*, *præsepium*: reperitur etiam *gausapes gausapis*, & *gausapa æ*; item *præsepes præsepis*, & *præsepia æ*, apud antiquos. Ovid. de Arte Amandi l. 2. *Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta proba.* Virg. ecl. 6. *Cum primùm pasti repetent præsepia tauri.* Varro de R. R. l. 9. apud Nonium. *Is habebat culinam rusticam unam præsepiam latam.* Plaut. Curcul. a. 2. sc. 1. *Quin reciperet se hunc esum ad præsepim suam.* Idem Casin. prol. ---- *Sit si id impetret Futurum quod amat intra præsepis suas.*

Gummi sinapi. *Nequam, cæpe, gummi, sinapi, hujusmodi, ejusmodi,* & cætera id genus in *i*, utróque numero sunt indeclinabilia. *Gummis, & sinapis olim in usu.* Columel. l. 12. *Nova dolia liquidâ gummi perluere.* Plaut. Pseud. a. 3. sc. 2. *Teritur sinapis scelerata.*

Frugi. *Frugi* nec Adjectivum, nec Acliton. In hujusmodi locutionibus *Homo frugi*,

Pondo. est Ellipsis τῶ est, aut *idoneus*. *Pondo* cum libram

significat

significat plurale tantùm. Quintil.l.6.c.4 *Torquem aureum centum pondo* Plin. l.9. c.30. *Reliquiæ asservatæ miraculo, pependere pondo dcc.* Cum verò pro pondere sumitur, singulare tantùm. Livius l.4. *Coronam auream libræ pondo Iovi dicatam fuisse.* *Pus* malè inter ἄκλιτα refertur cui omnes casus apud Celsum: ut. l. 5. cap. de igne sacro. *Quo plus puris exeat*: & c.28. *Quodlibet puri movendo accommodatum*: & mox. *Expresso pure nulla ultrà curatio necessaria est.* *Pus.*

Quæ in *u* desinunt ut *cornu, genu* in Plurali sunt plurima integra, ut *cornua, cornuum, cornibus. Tempe, cete, tot, quot* cum compositis *totidem, quotquot, aliquot, quotcunque*, & Numeralia Cardinalia à quatuor ad centum Pluralia tantùm sunt & indeclinabilia; quæ verò sequuntur, declinantur, ut *ducenti, ducentæ, ducenta, trecenti, æ, a, &c.* præter *mille.* At *millia* Substantivum plurale, est integrum, millia, millium, millibus. vide Gellium 11.c.16. & Macrobium Saturn.l.1.c.5. Huc pertinent peregrina, ut *Iacob, Ioseph. Cherubin, Seraphin*, nisi quæ primâ suâ origine fines habent idoneos ad declinationem; ut, *Daniel, Samuel, Salomon. Hannibal.* Vel quæ assumptâ terminatione Latinâ, declinationi redduntur accommoda: ut ab *Adam Adamus*, *ab Abraham Abrahamus*, *ab Hierusalem Hierusolyma, æ.* Item nomina literarum, ut *a, b, c*, & dictiones materialiter i. e. pro seipsis sumptæ, ut *m us* est monasyllabum, Denique pars aliqua orationis pro Nomine posita, sive Verbum, sit, sive Adverbium.

Desinentia in u. *Numeralia.* *Cardinalia.* *Mille.* *Millia.* *Peregrina.*

Estque Monoptoton nomen, &c. Natu, jussu, injussu, &c. Ablativi sunt quartæ Declinat. qui frequenti in usu, quorum cæteri Casus vix uspiam leguntur. *Monoptota.* *Ablativi in u.*

Quibus addi possunt, *hortatu, monitu, instinctu, concessu.* Cicero pro Archiâ: *Quod si hac vox hujus hortatu, præceptisque confirmata.* Virgil. Æneid. 4. *Terribili monitu horrificant.* Cicero Tusc. 1. *Sine cœlesti aliquo mentis instinctu.* Idem pro Cœlio. *Datur enim concessu omnium hinc aliquis ludus ætati.* Et *inconsultu* apud Plautum. Trinum. a. 1. sc. 2. *Me absente, atque insciente, inconsultu meo; Aedes venales hasce inscribit litteris.* Necnon antiqua illa, *lucu, diu,* pro *luce, die.* *Dicis,* ut *Dicis* causâ, i.e. δίκης ἕνεκα, λόγου χάριν, προφάσεως ἕνεκα. Legi satisfaciendi causâ, perfungendi officii gratiâ, moris ergô, per speciem. Cicero in Verrem. 6. *Attamen ut possit se dicere emisse, Artagatho imperat ut aliquid illis, quorum argentum fnerat, nummorum dicis causâ daret.* Ulpian. *Excusantur servi qui auxilium tulerunt sine dolo malo, nam, si finxerit, qui auxilium ferre, vel dicis gratiâ tulit, nihil hoc commentum ei proderit.* *Expes* apud Horatium. Epod. 16. *Aut pars in docili melior grege mollis, & expes:* & de Arte Poeticâ; ---- *Si fractis enatet expes Navibus.* Huc pertinet *incitas* apud Plautum Trinum. a. 1. sc. 6. *Hem nunc hic cujus est, Vt ad incitas redactus!* i. e. ad extremam egestatem, translatio ab ludo, ubi calculos non ampliùs ciere, i.e. movere possit. Et *ingratiis* apud eundem Mercat. a. 2. sc. 4. *Tuis ingratiis.* Huc etiam referri solet *damnas*: sed malim hoc dici pe Syncopen, pro *damnatus.* Quintil. l. 7. c. 10. *Hæres meus uxori meæ dare damnas esto argenti, quod elegerit, pondo centum.* *Satias* etiam contractum à *satietas.* Terent. Eunuch. a. 5. sc. 6. *Vbi satias cœpit fieri, commuto locum:* nec in recto tantùm locum habet, sed & in obliquis. Lucret. l. 2.

Dicis. *Incitas.* *Ingratiis.* *Damnas.* *Satias.*

---*Iam*

Iam nemo feſſus ſatiate videndi: & l. 5. ---- *Ad ſatiatem terra ferarum Nunc etiam ſcatet.* *Aſtus*, quod inter monoptota numerari ſolet, alii ad Triptota referunt, ut hic *aſtus*, hunc *aſtum*, ab hoc *aſtu*: alii ad Pentaptota, ut hic *aſtus*, ab hoc *aſtu*, Plural. hi, hos, & ô *aſtus*. Silius l. 16. *Non ars aut aſtus belli, vel dextera deerat.* Cicero Offic. 3. *Vt intelligas non placuiſſe majoribus noſtris aſtus.* *Ergô* in iſtiuſmodi, Amoris ergô, quod volunt eſſe à Græco ἕνεκα à recto τὸ ἔργον, videtur potiùs Conjunctio, & eſſe Antimeriam Conjunctionis pro Nomine, Græci enim non dicunt φιλίας ἕργω, ſed φιλίας ἕνεκα, vel χάριν. Nec huc pertinet *macte*, nam, ut nihil dicam de recto *mactus*, quod Servio in 9. Æneidos. Eſt *macti* Plurale Plin. l. 2. c. 12. *Macti ingenio eſte cœli interpretes.* Livius l. 7. *Macte virtute, inquit Decius, milites Romani eſte.*

Aſtus. *Ergô.* *Macte.*

Sunt Diptota quibus duplex, &c. Ex his *plus*, & *tantundem* tribus caſibus reperiuntur, Nominativo, Genitivo, & Accuſativo, qua cauſâ Triptota dici poſſunt; ſi enim accuratè loqui velimus, ea tantùm Diptota dicenda, quæ duobus duntaxat caſibus uſurpantur, ſive diverſâ terminatione, ſive eâdem: noluimus tamen in re tam levi immutare receptos Grammatticorum terminos. *Plus* utroque numero Adjectivum, quod evincit illud Saluſtii in Jugurth. *Neque pluris pretii coquum.* Caret Dativo, Vocativo, & Ablativo Singularibus. Legitur *plure* & *pluri* in Ablativo apud antiquos à Nominativo hic & hæc *pluris*, & hoc *plure*, ut vult Donatus. Plaut. in Cæco apud Chariſium l. 2. *Plure altero tanto, quanto ejus fundus eſſe velim.* Ita & Scaliger. Exercitat. 22. *Propterea quam plurimo*

Diptota. *Plus.* *Tantundem.*

tenui succo esset opus nobis, multò sanè pluri, quàm quantum ventriculo capi posset. In Plurali verò est integrum: hi & hæ *plures*, & hæc *plura*. Compositum *complures* caret Singulari, cujus Neutrum duplex, *complura*, & *compluria*. *Tabo* Diptoton, uon Monoptoton, quod certè censuit Priscianus contra probum, Seruium, Charisium. Est enim Genitivus *tabi* apud Lucanum l. 6. ---- *Nigramque per artus Stillantis tabi saniem.* Genitivus *spontis* rarior, reperitur tamen apud Columellam l. 9. c. 4. *Est sativa cythisus, & altera suæ spontis*, & Celsum l. 1. c. 1. *Sanus qui & bene valet, & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet.* Varro de R. R. l. 2. *Spontis suæ statuerat finem. Sponte* passim. Virg. ecl. 4. *Sponte suâ sandix pascentes vestiet agnos.* Cæsar l. 1. bel. Civil. *Suâ sponte provinciam vacuam occupaverat*: nec opus esset testibus, nisi quòd sint qui putent *sponte* esse Adverbium. Suppetias malè ad Monoptota refertur, cùm legatur *suppetiæ* in Recto Plaut. Amphit. a. 5. sc. 1. *Non metuo quin meæ uxori latæ suppetiæ sient*: & Epidic. sc. ult. *Auxilia mihi & suppetiæ sunt domi.* *Vesper* tantùm legitur in Nominat. & Ablat. Singul. Virg. Geor. 1. *Denique quid vesper serus vehat.* Æneid. 5. ---- *Vespere ab atro Consurgunt venti.* *Vesperi* Terent. Andri. a. 4. sc. 4. *Quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi?* Adverbium est, aut ponitur pro ablat. *vespere*, ob affinitatem vocalium *e*, & *i*; aut fortassis est secundæ Declinationis, & subintelligatur *tempore*: est enim dativus vespero Horat. l. 3. od. 19. *Puro te similem, Telephe, vespero.* Accusativus *vesperum.* Cicero Philip. 2. *Perpotavit usque ad vesperum*, & Ablativus Horat. l. 2. od. 9. ---- *Nec tibi Vespero Surgente*

Tabo.

Spontis.

Suppetiæ.

Vesper.

Surgente decendunt amores. *Fors* malè ad Diptota refertur, cum non ſolum *fors*, & *forte* leguntur, ſed etiam *fortis* Ovid. Faſt. 6. *Quàm citò venerunt Fortunæ Fortis honores?* & *fortem*. Varro de L. L. l. 4. *Veſtam, Salutem, Fortem Fortunam:* & *Forti Fortunæ* in antiquis lapidibus & nummis; teſte Voſſio. *Fors.*

Caſum accuſandi numero dica flectit utroque. Dica reperitur in Nominativo Singulari, & in Accuſat. Singul. & Plurali, reliquis caret. Cicero in Verrem. 4. *Scribitur Heraclio dica.* Terent. Phorm. a. 2. ſc. 2. *Dicam impingam tibi grandem.* Cicero in Verem. 4. *Dicas ſortiri.* *Triptota. Dica.*

Sordis habet Genitivum, Accuſativum, & Ablativum ſingulares, cæteris caret, at Plurali eſt integrum. Plaut. Pœnul. ſc. 2. *Immo etiam in medio oculo parum ſordis eſt.* Cicero ad Attic. l. 1. epiſt. 2. *Auriculas citharæ collectâ ſorde dolentes. Frugis, opis, precis, atque dapis, &c.* Alii *vicis* ad Diptota referunt, & *precis* ad Triptota, ſed legitur Genitivus *vicis* apud Livium l. 1. *Regiæ vicis ſacra*: Dativ. *vici*. Quintil. decl. 6. *Subſtituit vici curæ ſuæ propinquos.* Dativus *preci* Terent. And. a. 3. ſc. 4. *Nihil eſt preci loci relictum.* Idem Phorm. a. 3. ſc. 3. *Vt nullus locus reliquatur preci.* Antiquus Nominatiuus fuit *precis*, vel κατὰ συγκοπὴν *prex*: ſicut rectus τῆς *dapis daps*. Livius Odyſſ. 1. apud Priſcianum l. 7. *Quæ hæc daps eſt? Quis feſtus dies?* Hæc omnia Plurali ſunt integra. *Sordis. Tetraptota. Vicis. Precis.*

Malè inter Tetraptota *frondis & necis*, cùm Nominativus *frons* ſit apud ipſum Virgilium: Geor. 2. *Præcipuè dum frons tenera.* Ad quem locum ita Servius. Apud antiquiores Singularis Nominativus erat *frondis*, hodie verò à *fronte*, & *fronde* unus eſt *Frons.*

Nex. Nominativus *frons*. *Nex* apud Ciceronem pro Milone. *Inſidiatori verò & latroni quæ poteſt afferri injuſta nex?* Meliùs huc referri poſſit *Iovis*, cujus

Jovis. antiquus Nominativus *Iovis*, quod ex Accio & Cæcilio docet Priſcianus l. 6. *Iupiter* autem corruptum ex *Iovis pater*. Gellius l. 5. c. 12. Scitè Probus, *Qui declinant, hic Iupiter, hujus Iovis, declinent hic Phœbus, hujus Apollinis.*

Pentaptota, carentia Vocativo. *Quæ referunt ut qui, &c.* Vocativo carent ea, ad quæ ſermo dirigi nequit. Qualia ſunt Relativa, ut *qui*, Interrogativa & Infinita, ut *quis, qualis, quantus, quotus* cum Compoſitis, *quicunque, qualiſcunque, quantuſcunque, quotuſquiſque*: Partitiva pleraque, ut *quidam, ullus, uter, alius*: Negativa, ut *nullus, neuter, nemo*. Pronomina autem omnia, exceptis iſtis quatuor, quæ vulgò excipi ſolent, *tu, meus, noſter, & noſtras*, non videntur carere Vocativo: dixit enim Virg. Æneid. 12. *Eſto nunc Sol teſtis & hæc mihi terra precanti*: & Cicero pro Flacco. *O nox illa, quæ penè æternas huic urbi tenebras attulit*: & Ovidius in Ibin. *Ipſe meas Aether accipe ſumme preces.*

Carentia Genetivo, Dativo, & Ablat. Plurali-bus. *Hordea, farra, forum, &c.* His addi ſolent, *Ius, mare, æs, os*. Sed eſt *jurium* apud Plaut. Epidic. a. 3. ſc. 4. *Qui omnium legum, atque jurium fictor cluet*: *juribus* ſæpe apud Ictos. *Maribus*, Cæſar l. 5.

Jus. *Mare.* bel. Gal. *Naves paulò latioribus, quàm quibus in reliquis utimur maribus. Aerium, & æribus* Catoni

Aes. apud Priſcianum l. 7. *Aerum, equeſtrium, & de æribus equeſtribus*. Idem. *Fundum æribus ſuis emptum*

Os. *poſſidebant. Oribus* Virgilio Æneid. 8. *Componens manibúſque manus, atque oribus ora*: & Æneid. 10.

Rus. *Centenáſque manus quinquaginta oribus ignem.* Ex nomi-

nominibus quintæ declinationis *res & dies*, ſola videntur eſſe integra, reliqua carere genitivo, dativo, & ablativo pluralibus.

CAP. VIII.

De carentibus Plurali.

Propria carentia plurali.

Deficiunt numero plurali Propria, &c. Poſſunt Propria plurali uſurpari, cum vel Appellativè ſumuntur, hoc eſt, cum proprietatem quandam rebus inhærentem, non res ipſas, ſignificat, ut in iſto Ciceronis de Senect. *Nec tamen omnes poſſunt eſſe Scipiones & Maximi*, i. e. quales hi viri fortiſſimi fuerunt: & Martial. l. 8. ep. 56. *Sint Macænates, non deerunt Flacce Marones*, i.e. ſint qui doctis faveant, qualis fuit Mecænas, & non deeruut præſtantiſſimi poetæ, qualis fuit Virgilius; vel cum plures ejuſdem nominis ſignificantur, uti plures fuerunt Antonii, Cæſares, Galliæ, Hiſpaniæ. Et quæ tantùm pluralia ſunt, ut *Athenæ, Delphi*: Geminus autem hujus regulæ ſenſus eſt; Propria pro eâdem re rarò utroque flecti numero.

Frumenta.

His frumenta dabis, &c. Per Frumenta, Legumina etiam intelliguntur; per Herbas earum Fructus, & Aromata, per Metalla & Mineralia. *Frumenta*, ut *far, ador, ſiligo, hordeum, triticum, avena. Legumina, ervum, cicer, oriza. Penſa*, hoc eſt, quæ *Penſa.* metimur & ponderamus: *butyrum, ſevum, ſaccarum, lardum, reſina, &c. Herbæ, ruta, ſalvia, crocus, hyſſopus, fœnum, apium*: ex Herbis autem Flores, ut *roſæ*, & *lilia*, ſunt excipienda. Dicitur etiam *Herbæ.*

am *cardui, urticæ, malvæ, cicutæ,* & id genus innumera alia; *Fructus herbarum, anisum, anethum, &c. Aromata, piper, zingiber, &c. Vda, oleum, lac, nectar, mulsum, garum, acetum. Metalla; aurum, argentum, chalybs, orcihalium, ferrum, plumbum. Mineralia; sulphur, nitrum, stibium, minium.* Hìc tamen videndum, quid admittet usus, invenies enim *fabas, lupinos, papavera, pisæ, vina, dordea, farra, avenas, mella, mulsa, musta, mustis, defruta, thura, pices, ceræ, æra, ærum, æribus, electra, orichalca,* & *zizania,* orum Plurale tantùm.

Vda.
Metalla.

Masculina carentia plurali.
Ros.

Masculum sunt numerum vix excedentia primum, &c. His alii addunt *ros, autumnus, carcer pro loco quo* servantur noxii, *à prison; clavus, cruor, pulvis, situs, sol, metus, terror, timor.* Quæ tamen omnia apud classicos occurrunt in Plurali. Virg. Geor. 1. *Certatim largos humeris infundere rores.* Claudian. de nuptiis Hono. & Mariæ. *Hæc largo matura die, saturataque vernis Roribus.* Plin. l. 2. c. 60. *Rores neque gelu, neque ardoribus.* Idem. l. 18. c. 29. *Neque in nube, neque inflatu cadunt rores:* & l. 21. c. 17. *Nocturni rores noceant: rorum* Genitivo plurali, vix legitur. Idem l. 11. c. 38. *Adipes detrahere:* & l. 8. c. 36. *Illi sunt adipes medicaminibus apti.* Quintil. l. 2. c. 11. *Adipes tenuare.* Columel. l. 6. c. 2. *Non adipibus obesa.* Ovid. Metam. 1. *Perque hyemes, æstusque, & inæquales Autumnos.* Horat. l. 2. od. 14. *Frustra per Autumnos nocentem Corporibus metuemus Austrum.* Carcer in utraque significatione integrum: nec enim destituitur plurali cum significat locum custodiendis noxiis, est enim apud Senecam *plenos caceres:* nec deficit Singulari cum denotat locum unde emittebantur equi. Virgil Geor.

Adeps.

Autumnus.

Carcer.

Geor. 3. ---- *Ruuntque effuſi carcere currus.* Ovid. Metam. 10. *Signa tubæ dederant cum carcere pronus uterque Emicat:* Cicero ad Heren. l. 4. *Impudenteſque illos dicat eſſe qui currere cæperint, ipſe intra carcerem ſtet.* Horat. l. 1. od. 35. *Clavos tra-* Clavus.
balеis, & cuneos manu Geſtans ahenâ: & l. 3. od. 24. Cæſar l. 3. bel. Gall. *Clavos ferreos.* Livius l. 9. *Lati clavi, annuli aurei poſiti.* Plin. l. 9. c. 18. *Clavorum caligarium effigie.* Horat. l. 2. od. 1. *Nondum* Cruor.
expiatis uncta cruoribus. Virg. Æneid. 4. *Atque atros ſiccabat veſte cruores.* Horat. epod. 17. *Novendiales diſſipare pulveres.* *Situs* pro poſitione: Virg. Pulvis. Situs.
Æneid. 3. *Nec revocare ſitus, aut jungere carmina curat.* Pro ſqualore: Ovid. Metam. 7. ---- *Demptos Aeſonis eſſe ſitus.* Plin. l. 2. c. 31. *Plures ſoles* Sol.
ſimul cernuntur. Virg. ecl. 9. *Cantando puerum memini me condere ſoles:* & Geor. 1. *Pulverulenta coquat maturis ſolibus æſtas.* Horat epod. 16. *Quæque carent ventis, & ſolibus oſſa Quirini.* Idem l. 1. od. 26. *Muſis amicus triſtitiam, & metus tradam, &c.* Virgil. Geor. 2. *Atque metus omnes, & inexorabile* Metus.
fatum Subjecit pedibus. Horat. l. 2. epiſt. ult. *Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas:* & epiſt. 1. *Ir-* Terror.
ritat, mulcet, falſis terroribus implet. Cicero ad Attic. l. 6. epiſt. 8. *Batonius miros terrores ad me attulit Cæſarianos.* Horat. l. 1. epiſt. 4. *Inter ſpem, cu-*
ramque, timores inter & iras. Idem l. 1. od. 37. Timor.
Redegit in veros timores. Lucan. l. 1. ---- *Quos ille timorum Maximus haud urget lethi metus.* *Mundus* Mundus.
pro Univerſo integrum. Cicero l. 1. de nat. deorum. *Cur non ſexcenta millia mundorum, ſed innumerabilia auſus es dicere;* ſed pro ornatu muliebri,

Cæſtus. caret Plurali. *Cæſtus*, pugilum, perdipthongum, integrum.

Fœminina carentia plurali. *Singula fœminei generis, pluralia rarò, &c.* His addi ſolent *Alvus, bilis, contagio, culpa, fuga, gaza, gloria, indoles, labes, mors, pax, peſtis, quies ſoboles, talio, tuſſis, vita.* Quorum nullum reſpuit autorum uſus. *Alvus.* Plin. l. 19. c. 5. *Medicamenti inſtar ad eliciendas alvos.* *Alvus.*

Bilis. Plin. l. 20. c. 9. *Biles detrahere.* *Bilis.*

Contagio. Cicero. de Offic. 2. *Reliquam Græciam evertit contagionibus malorum.* *Contagio.*

Culpa. Horat. l. 4. od. 4. *Dedecorant benè nata culpæ.* Cicero 7. in Verrem. *In hoc uno omnes ineſſe culpas.* *Culpa.*

Fuga. Virg. Æneid. 5. ---- *Texuntque fugas, & prælia ludo.* Horat. l. 4. od. 8. ---- *Non celeres fugæ.* Idem l. 2. epiſt. 1. *Detrimenta, fugas, ſervorum incendia ridet.* *Fuga.*

Gaza. Idem l. 1. od. 29. *Icci beatis nunc Arabum invides gazis.* Seneca in Hercule furente. ---- *Componit opes gazis inhians.* Lucan l. 2. ---- *Eoaſque premunt tentoria gazas.* Iuſtin. l. 36. *Attalicaſque gazas hæreditarias, &c.* *Gaza.*

Gloria. Cicero pro Plancio. *Honorum gradus ſummis hominibus, & infimis ſunt pares, gloriæ diſpares.* Plaut. Milit. ſc. 1. *Aut gloriarum pleniorem.* Gellius l. 2. c. 27. *Quæſtu, atque compendio gloriarum.* Tacit. l. 3. *Memorare veteres Gallorum glorias.* *Gloria.*

Indoles. Gellius l. 19. c. 12. *Periculum eſſe, ne eis adhærentes, bonas quoque & utiles animi indoles amittamus.* *Indoles.*

Labes. Idem. l. 1. c. 2. *Animorumque labes, ac peſtilentias aſſeverabat.* Cicero Offic. 3. *Hunc tu quas conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe?* *Labes.*

Mors. Idem l. 2. de fin. *Præclaræ mortes ſunt imperatoriæ.* Tacit. l. 3. *Omni imagine mortium.* Senec. natural. quæſt. l. 1. c. 1. *Vt exiſtimes*

exiſtimes deos mortium ſigna præmittere. Virg. Æneid. 10. *Omnes per mortes animam ſontem ipſe dediſſem.* Senec. de Clemen. l. 1. c. 18. *O hominem mille mortibus dignum.* *Pax.* Horat. l. 1. epiſt. 3. *Bella quis ut paces longum diffundit in ævum.* Idem l. 2. epiſt. 1. *Hoc paces habuere bonæ, ventique ſecundi.* Plaut. Perſ. a. 5. ſc. ---- *Pacibus perfectis.* *Peſtis* Cicero l. 1. epiſt. 8. *Quædam peſtes hominum laude alienâ dolentium.* Idem pro Syllâ. *Illis incluſis in republica peſtibus.* Idem Tuſcul. 2. *Illacryma patris peſtibus.* Senec. Medea. a. 4. *Peſtes vocat, quaſcunque ferventi creat arena Libyæ.* *Quies.* Cicero offic. 1. *Vti licet joco ſicut ſomno, & quietibus cæteris.* Lucret. l. 1. *Naribus inveniunt intectas fronde quietes.* *Soboles.* Cicero 3. de legib. *Cenſores populi, ævitates, ſoboles, familias, pecuniaſque cenſento.* Columel. l. 9. c. 14. *Ne novæ ſoboles diffugiant.* Idem l. 5. c. 6. *Nemo jam ſerit ex ſamarâ, ſed ex ſobolibus.* Gellius l. 19. c. 12. *Soboles vitium è radicibus caudicum ſuper terram fuſas revellentem.* *Talio.* Idem l. 2. c. 1. *Taliones illæ tuæ reciprocæ:* & ibid. *Adoleſcat infinita quædam reciprocatio talionum.* *Tuſſis.* Plin. l. 22. c. 25. *Contra deploratas tuſſes:* & l. 23. c. 2. *Tuſſes veteres:* & l. 24. c. 8. *Semen juniperi tuſſes concoquit:* & l. 28. c. 4. *Supini cubitus oculis conducunt, & proni tuſſibus.* *Vita.* Cicero 4. de finib. *Duarum vitarum nobis erunt inſtituta capienda.* Idem 1. de nat. deor. *Deus hominum commoda vitaſque tuetur.* Virg. Æneid. 6. ---- *Vitaſque, & crimina diſcit.* *Luces* pro diebus Plurali ſæpe: Ovid. Metam. 6. *Perque novem luces expers undæque cibique:* Idem Faſt. 6. *Aſpicit inſtantes medius ſex lucibus idus.* Horat. l. 4. od. 15. *Noſ-*

Pax. *Peſtis.* *Quies.* *Soboles.* *Talio.* *Tuſſis.* *Vita.* *Lux.*

que & profestis lucibus & sacris. At lux, light, caret Plurali.

Istis virtutes, vitia, ætates licet addas. Ad hanc regulam pertinent. 1. Nomina virtutum, ut justitia, fortitudo, modestia, prudentia, temperantia, &c. 2. Vitiorum, ut stultitia, invidia, desidia, avaritia, luxuria, pigritia, superbia, &c. 3. Aetatum, ut infantia, pueritia, adolescentia, juventus, senectus. Leguntur tamen ex his quædam interdum in numero Plurali. Cicero 4. de finib. Nec enim omnes avaritias, si æquè avaritias esse dixerimus, &c. Idem pro Milone. Quàm contemnere populares insanias. Plaut. Aulul. a. 4. sc. 4. Larvæ hunc atque intemperiæ insaniæque agitant. Terent. Hecyr. a. 3. sc. 1. Si non rediisses, hæ iræ factæ essent multò ampliores. Virgil. Æneid. 1. Nec dum etiam causæ irarum, sævique dolores Exciderant animo. Plaut. Pœnul. a. 3. sc. 6. Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt. Terent. Hecyr. a. 3. sc. 1. Pueri inter se quàm pro levibus noxis iras gerunt? Gellius l. 14. c. 2. Plenumque esse perfidiarum, & fraudum ostendebatur. Plaut. Pseud. a. 2. sc. 1. Ego in meo pectore paravi perfidias. Gellius l. 18. c. 7. Et veritates plerunque fortiter dicere.

Nomina Virtutum.

Vitiorum.

Aetatum.

Avaritia.

Insania.

Ira.

Perfidia.

Veritas.

Neutra carentia plurali. Nec licet his neutris numerum deferre secundum. His ab aliis adduntur, Aevum, allium, ingenium, pelagus, solum, solium, quæ apud classicos scriptores reperiuntur. Aevum. Ovid. de Ponto l. 1. el. 4. ---- Nulli datus omnibus ævis. Idem Metam. 2. ---- Et ævis Omnibus ut maneas. Plin. l. 14. c. 1. Tot ævis incorruptum: & l. 35. c. 14. Parietes, quos appellant formaceos, ævis durant. Allium. Virg. ecl. 2. Allia serpyllumque herbas contundit olentes. Ingenium

Aevum.

Allium.

genium. Cicero pro Cornelio. *O ingenia metuenda.* *Ingenium.*
Idem de Senect. *Man-et ingenia ſenibus, modò permancat ſtudium.* Idem pro Archia. *Ingeniorum acies, & ingeniorum celeritas.* Quint. l. 1. c. 3. *Præcox genus ingeniorum.* *Pelagus.* Lucretius l. 1. *Propter Atlanteum littus, pelageque ſevera:* & l. 6. *At pelage multa, & latè ſubtracta videmus;* à Græco τὰ πέλαγη. *Solum.* Cicero pro L. Cornelio Balbo. *Solum.*
Vos denique mutæ regiones imploro, & ſola terrarum ultima. Idem Tuſcul. 5. *Calceamentum ſolorum callum.* Virg. Geor. 1. *Ne ſaturare ſimo pingui pudeat ſola.* *Solium.* Plin. l. 33. c. 12. *Soliis argenteis.* *Solium.*
Idem l. 36. c. 19. *Solia temperabantur humano ſanguine.*

CAP. IX.

De Carentibus Singulari.

Maſcula ſunt tantùm numero contenta ſecundo, &c. Ex his quædam leguntur in Singulari. *Maſculina carentia ſingulari.*
Liber. Ovid. Metam. 1. *Quoque magis doleas genitrix, ait, en ego, liber Ille ferox tacui.* Quintil. declam. 1. *Liberi & parentis is eſt affectus.* *Liberi.*
Menſes. Plin. l. 17. c. 28. *A muliere incitati menſes.* *Menſes.*
Loculus. Varro de R. R. l. 2. c. 5. *Quendam deprehenſum teſſerulas conjicientem in loculum.* *Loculi.*
Natales pro generis nobilitate aut ſordibus, plurale tantùm; pro die natali, & ſingulare. *Cœlites.* Ovid. de Pont. l. 4. el. 6. *Quale tamen potui de cœlite Brute recenti:* & el. 9. *Quæ de te miſi cœlite facta novo.* *Natales.* *Cœlites.*
Proceres. Juvenal. ſat. 3. *Agnoſco procerem. Fori.* Gel- *Proceres.*

lius l. 16. c. 19. *Arion stans in summo puppis foro.*

Primores. *Primores* Adjectivè Tacit. l. 3. *Primori in acie.* Sueton. in Tiberio. c. 33. *Adsidebatque juxtim vel ex adverso, in parte primore*; & in Nerone c. 41. *Quosdam e primoribus viris evocavit.* Gellius l. 10. c. 19. *Si me non fallit quod in primori pueritiâ legerim.* Lucret. l. 6. ---- *Nasi primoris acumen.* His adde *codicilli, letters*; & *furfures* pro capitis vitio *dandruffe*, at pro crassiore parte farinæ, *branne*, est Singulare. Quæ in canone omisimus, quod non ingrediantur versum nisi manca. His adjici solent, *Annales, artus, cani, carceres, fasces, gemini, optimates, pugillares, Quirites, sales, superi, inferi, triplices, vepres.* Exigamus singula ad Lydium lapidem, bonorum autorum usum. *Annales.* Cicero ad Attic. l. 12. epist. 22. *Scriptum est in tuo annali:* & l. 13. ep. 30. *In bonis annalibus.* Idem de claris Orat. *In novo, ut opinor, annali.* Plin. l. 7. c. 28. *Propter eos sextum annalem adjecit.* Gellius l. 1. c. 7. & l. 2. c. 2. & l. 13. c. 21. *Qui leget annalem tertium. Artus.* Lucan. l. 6. ---- *Tunc artus palpitat omnis. Cani* Adjectivum, cui subintelliguntur capilli. De *Carceres* in utraque significatione antè dictum in canone, *Mascula sunt numerum vix excedentia primum. Fascis* tum nativâ significatione pro congerie lignorum colligatorum, a *fagot*, tum Metaphoricâ, Singulare. Cicero apud Charisium l. 1. *Fascem unum si nactus esses.* Virg. ecl. 9. ---- *Ego hoc te fasce levabo.* Idem Geor. 3. *Injusto sub fasce viam cum carpit.* Plin. l. 3. epist. 9. *Vno velut fasce complecteremur.* Quod autem pro insignibus magistratuum non legatur nisi plurale, id fit ex rei naturâ, quod semper fuere plures,

Codicilli. *Furfures.* *Annales.* *Artus.* *Cani.* *Carceres.* *Fasces.*

Consuli

Conſuli, ſcilicet, duodeni, Proconſuli, & Prætori ſeni faſces. *Gemini* eſt Adjectivum; quod legitur in Singulari apud Plautum Menæch. ſc. ult. *Geminus eſt frater tuus.* *Gemini.* *Optimates.* Cicero ad Attic. l. 9. ep. 6. *Homini ac nimiùm optimati:* & l. 10 ep. 2. *Dum pudet te parum optimatem eſſe.* *Optimates.* *Pugillares.* Adjectivum: Juvenal. ſat. 12. *Nec pugillares defert in balnea raucus Teſticulos.* Cum tabellas ſignificant, referuntur ad *libri*, ita *dicti*, quod pugno comprehendantur. Eſt & Neutrum *pugillar.* Auſonius epig. 137. *Bipatens pugillar expedi.* Gellius l. 17. c. 9. *Pugillaria nova nondum etiam cerâ illita accepiſſe.* Catul. car. 43. *Et negat mihi veſtra redditurum Pugillaria.* *Quirites.* Horat. l. 2. od. 6. *Quis te redonavit Quiritem?* Idem l. 1. epiſt. 6. ---- *Et amici dona Quiritis.* Perſius ſat. 5. ---- *Quibus una Quiritem Vertigo facit.* *Quirites.* *Sal* non ſolùm pro condimento, *ſalt*, ſed etiam metaphoricè ſumptum, *Sales.* Singulare Terent. Eunuch. a. 3. ſc. 1. *Qui habet ſalem, qui in te eſt.* Cicero de claris Orat. *P. Scipio omnes ſale, & facetiis ſuperabat.* Idem offic. 1. *Sale verò & facetiis, Cæſar Catuli patris frater vicit omnes.* Idem l. 2. de nat. deor. *Salem iſtum, quo caret veſtra natio, in irridendis nobis nolite conſumere.* Idem ad Quint. Frat. epiſt. *Dicendi ſal, facetiæque valuiſſent.* Idem l. 2. de orat. *Nullam artem eſſe ſalis.* *Superi* & *inferi* ſunt naturâ Adjectiva, quibus *Superi.* *Inferi.* ſubintelligitur *dii*: ſingulari protulit Livius Andronicus apud Priſcianum. *Inferus, an ſuperus tibi fert deus funera Vlyſſes?* *Triplices* etiam Adjecti- *Triplices.* vum, in qno intelligitur *libelli.* *Vepres.* Ovid. *Vepres.* Metam. 5. *Aut lepori, qui vepre latens hoſtilia cernit:*

Ora

Ora canum. Columel. l. 12. c. 3. *Hunc veprem manifeſtum eſt interimi non poſſe.*

Fœminina carentia ſingulari.

Hæc ſunt fœminei generis, numeríque ſecundi, &c.

Grates. *Grates* caret Genitivo. *Inducias* ſcriptores veteres nonnunquam in ſingulari numero uſurpâſſe teſtatur Gellius l. 19. c. 8. *Minæ* pro comminationes, *threates*, vel murorum eminentiis, quas pinnas, ἐπάλξεις vocant, teſte Servio, *battlements, pinnacles*, Plurale tantùm: in aliis ſignificationibus ſingulare. *Lactes* Probo generis Maſcul: ita enim ille, *Hi lactes genere Maſculino numero ſemper plurali.* Diomedes autem & Priſcianus ponunt inter Fœminina pluralia: addit tamen Priſcianus, *Legi etiam in ſingulari*, quod probat ex Titinnio. *Craticula cerebellum lactis agninæ.* Eſſe generis Fœminini præter hoc Titinnii, probat & illud Plinnii, l. 11. c. 37. *Ab hoc ventriculo lactes in homine, & ove, per quas labitur cibus. Literæ*, τὰ γράμματα, Plurali tantùm, & etiam pro epiſtola proſâ ſcribentibus, at Poetis ſæpe ſingulare. Ovid. Metam. 9. *Litera calatos arcana fatebitur ignes*: Idem de Triſt. l. 3. el. 7. *Litera ſermonis fida miniſtra mei.* Idem in epiſtola Briſeïdis. *Quam legis à raptâ Briſeïde litera venit. Fortunæ*, τὰ ὑπάρχοντα, Plurale tantùm; Dea, vel inexpectatus eventus, Singulare. *Scopæ* a *broome*, Plurale tantùm, pro herba, & Singulare. Plin. l. 21. c. 6. *Quam ſcopam regiam appellant, Apina*, & *Tricæ*, pro oppidis, Singularia. Plin. l. 3. c. 11. *Diomedes ibi delevit gentes Monadorum, Dardorumque, & urbes duas, quæ in proverbii ludicrum vertêre, Apinam, & Tricam.* Pro nugis, quibus illa oppida nomen dedere, Pluralia tantùm: Martial. l. 12. epig. 1.

Lactes.

Literæ.

Fortunæ.

Scopæ.

Apinæ.

Tricæ.

Sunt

Sunt apinæ, tricæque, & ſi quid vilius iſtis. Reliquiæ Singulare Apuleio in Apologiâ. *Converritorem pridianæ reliquiæ. Scalæ* plurale eſſe oſtendit illud Saluſtii in Jugurth. Ubi unæ, atque alteræ ſcalæ comminutæ ſunt. Singulari tamen uſus Cajus Juriſcon: *Vel ſcalam ſciens accommodaverit.* Cum *Antæ* ſint latera oſtiorum, non video cur non liceat dicere dextram vel ſiniſtram antam, licet non ſuppetat autoritas: Singulari uſum Vitruvium aſſerit Calepinus. Mirum quanta turba his annumerari ſolet. *Aedes, alpes, ambages, anguſtiæ, antennæ, aræ* pro penatibus, *argutiæ, barbæ* in beſtiis, *bigæ, trigæ, quadrigæ, blanditiæ, ceremoniæ, compedes, copiæ pro* exercitu: *crates, dapes, decimæ, deliciæ, epulæ, facetiæ, falæ, fauces, fores, genæ, gingivæ, groſſi, habenæ, illecebræ, ineptiæ, inimicitiæ, latebræ, minutiæ, naniæ, nares, nundinæ, offuciæ, oreæ, Parcæ, partes* pro factione, *præſtigiæ, preces, retes, ſalebræ, ſalinæ, ſarcinæ, ſordes, ſortes, ſtativæ, ſuppetiæ, vigiliæ, vires.* Sed videamus quid de his ſtatuant autores ipſi. *Aedes* & pro domo Singulare. Plaut. Aſinar. a. 1. ſc. 3. *Aedes nobis area eſt, auceps ſum ego.* Idem Pænul. a. 3. ſc. 1. *At ſi ad prandium me in ædem vos dixiſſem ducere.* Curtius l. 8. *Proximi foribus ejus ædis, in quâ rex quieſcebat.* Gellius l. 4. c. 14. *Non fuiſſe in æde ſuâ. Alpes.* Juvenal. ſat. 10. ---- *oppoſuit natura alpemque, nivemque.* Ovid. de Arte Amandi l. 3. *Nec quot apes Hyblæ, nec quot in alpe feræ.* Lucan. l. 3. *Agmine nubiferam rapidè ſuperevolat alpem.* Claudian. de bel. Gildon. *Totque duces cæſi, ruptâque emiſſus ab alpe.* Livius l. 25. *Ipſi per Taurinos ſaltúſque Italiæ alpis conſcenderent Ambages.* Ovid. Metam. 7. --- *Neu longâ ambage morer*

Reliquiæ.

Scalæ.

Quintil. l. 1. c. 9.

Antæ.

Aedes.

Alpes.

Ambages.

vos: & l. 8. *Ducit in errorem variarum ambage viarum.* Tacitus l. 6. *Non abditâ ambage.* *Angustiæ.* Cicero de nat. deor. l. 2. *Angustia concluſæ orationis non facilè ſe ipſa tutatur.* Plin. l. 14. c. 6. *Quod jam intendit & incuria coloni, locique anguſtia.* *Antennæ.* Ovid. Triſt. l. 3. el. 4. *Effugit hibernas demiſſa antenna procellas.* Plin. l. 7. c. 56. *Malum & antennam Dædalus.* *Aræ* pro penatibus, ut cum dicitur, *Pro aris & focis dimicare*, quid miri? cum in iſtiuſmodi de pluribus eſt ſermô, at de unâ nihil Singulari uſitatius. *Argutiæ.* Gellius l. 2. c. 1. *Audaci argutiâ fuit:* & l. 12. c. 2. *Levi, & quaſi dicaci argutiâ.* Apulejus Metam. 1. *Argutia Nilotici calami.* Nec hos ſequi dubitavit Eraſmus in apotheg. Julii Cæſaris. *Præter reſponſi argutiam*; & alibi non ſemel. *Barbæ.* *Barbæ* etiam in beſtiis Singulare. Plin. l. 28. c. 13. *Primum omnium, rabiem hircorum, ſi mulceatur barba, mitigari.* Horat. l. 1. ſat. 8. *Vtque lupi barbam variæ cum dente colubræ Abdiderint furtim terris.* *Bigæ. Quadrigæ.* *Bigæ, Quadrigæ.* Plin. l. 35. c. 11. *Eutychides bigam.* Sueton. in Tiberio, c. 26. *Vix unius bigæ adjectione honorari paſſus eſt.* Plin. l. 36. c. 5. *In ſummo eſt quadriga marmorea, quam fecit Pythis.* Valerius Max. l. 1. c. 8. *Pauſanias in capulo gladii quadrigam habuit cælatam.* *Blanditiæ.* *Blanditiæ.* Cicero pro Planc. *Facilis eſt illa occurſatio, & blanditia popularis.* Plaut. Bacchid. a. 1. ſc. 1. *Viſcus merus veſtra eſt blanditia.* Cicero de Repub. l. 4. *In cive excelſo, atque homine nobili, blanditiam, oſtentationem.* *Cæremoniæ.* *Cæremoniæ.* Cæſar. l. 7. bel. Gal. *Quod more eorum graviſſimâ cæremoniâ continetur.* Cicero pro Roſcio Amerino. *Sed perfidiâ legationis ipſius cæremoniam polluerit, macculâque affecerit.* Gellius l. 4. c. 9. *Cum caſtitate, cæremoniâque*

niâque adeunda. Compedes, Juvenal. ſat. 4. *Squallidus in magnâ faſtidit compede foſſor.* Columel. l. 1. c. 2. *Eâque quaſi compede cohibentur feri mores.* Horat. l. 1. od. 33. *Gratâ detinuit compede Myrtale.* Idem l. 4. od. 11. --- *Tenetque gratâ Compede vinctum*, & Epod. 4. *Et crura durâ compede.* Neſcio tamen an alio caſu reperiatur in Singulari, quàm Ablativo. *Copiæ* pro exercitu. Plaut. Amph. a. 1. ſc. 1. *Poſtquam utrinque exitum eſt maximâ copiâ.* Virg. Æneid. 11. *Incurrunt denſi ſimul omnis copia Teucrûm, Tyrrhenique duces.* Cicero ad Atticum. l. 8. epiſt. 17. *Vti ipſe cum omni copiâ ad nos veniret*, & epiſt. 19. *Neque ſolus cum iſtâ copiâ tantam multitudinem ſuſtinere poteris*, & mox, *Magnopere hortor, ut quamprimum cum omnia copiâ huc venias.* *Crates*. Plaut. Pœnul. a. 5. ſc. 2. *Sub cratim ut jubeas ſeſe ſupponi.* *Dapes*. Horat. epod. 17. *Egens benignæ Tantalus ſemper dapis.* Idem l. 1. epiſt. 17. --- *Haberet Plus dapis, & rixæ multò minus, invidiæque.* Idem l. 2. ſat. 6. --- *Dapis meliora relinquens*, & l. 4. od. 4. & epod. 5. & l. 2. od. 7. *Ergo obligatam redde Iovi dapem.* Livius l. 1. *Ad cæteram venirent dapem.* *Decimæ*. Cicero in verrem 5. *Se plus decimâ non daturum.* Idem de nat. deor. l. 3. *Neque Herculi quiſquam decimam vovit unquam, ſi ſapiens factus eſſet*: naturâ Adjectivum. Plaut. Stich. ſc. 3. *Vt decumam partem Herculi polluceam.* De *deliciæ*, *epulæ*, *nundinæ*, antè dictum in canone, *Hæc genus, & flexum variant, &c.* De *Falæ* in Singulari non occurrit autoritas, cum autem turres ſignant, licebit procul dubio de unâ loquens dicere, *falam*. *Facetiæ*. Gellius l. 3. c. 3. *Adductus ſtylo, atque facetiâ ſermonis.* Apulejus in Apo-

Compedes.

Copiæ.

Cn. Magnus M. Marcello. L. Lentulo Coſe.

Crates.

Dapes.

Decimæ.

Deliciæ, epulæ, nundinæ.

Falæ.

Facetiæ.

Fauces. logia. *Facetiæ sibi facere res divinas deridere. Fauces.* Horat. epod. 13. *Arente fauce traxerim.* Ovid.

Fores. in Ibin. *Vtque Syracusio præstrictâ fauce poetæ. Fores.* Horat. l. 1. sat. 2. *Exclusus fore cum Longarenus foret intus.* Terent. Adelph. a. 2. sc. 3. *Quidnam concrepuit foris?* Cicero pro L. Cornelio Balbo; *Aperuit forem scalarum.* Ovid. in epist. Medeæ; *Constitit ad geminæ limina prima foris.* Idem de Ponto l. 2. el. 2. *Nec rigidam timidis vocibus obde forem.*

Genæ. *Genæ.* Plin. l. 11. 37. *In superiori tantùm genâ:* & sæpe in eodem capite.

Gingivæ. *Gingivæ.* Juvenal. sat. 10. *Frangendus misero gingivâ panis inermi.* Catul. car. 40. *Dentem atque russam defricare gingivam.*

Grossi. *Grossi.* Plin. l. 13. c. 7. *Sed grossus ejus non matureſcit.*

Habenæ. *Habenæ.* Horat. l. 1. epist. 15. --- *Levâ stomachosus habenâ.* Idem. l. 2. epist. 2. *In scalis latuit metuens pendentis habenæ.* Virg. Æneid. 9. *Ipse ter adductâ circum caput egit habenâ:* & l. 7. ---- *Ille actus habenâ Curvatis fertur spatiis:* & l. 11.

Illecebræ. *Et fundam tereti circum caput egit habenâ. Illecebræ.* Cicero pro Milone; *Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem?* Idem. Catilin. 1. *Quanta in ullo nunquam homine juventutis illecebra fuit.* Plaut. Menæch. a. 2. sc. 3. *Mundicia illecebra est animo amantum.* Idem. Asin. a. 1. sc. 2. *Atque*

Ineptiæ. *eccam illecebra exit tandem. Ineptiæ.* Terent. Eun. a. 4. sc. 6. ---- *Vsque adeo ego illius ferre possum ineptiam.* Idem. Adelph. a. 4. sc. 7. *Ita me dii ament,*

Inimicitiæ. *ut video ego tuam ineptiam. Inimicitiæ.* Cicero pro Dejotaro. *Parvam inimicitiæ culpam:* & Catilin. 2. *Inimicitiam hominum:* & Tusc. 4. *Odium, inimicitia, discordia.*

Latebræ. *Latebræ.* Virg. Æneid. 12. ---*Telique latebram Exscindunt penitus.* Cicero. of-

fic. 3.

ſic. 3. *Videant ne quæratur latebra perjurio.* Lucan. l. 1. *Cedendum eſt bellis, quorum tibi tuta latebra Leſbus erit.* Plin. l. 10. c. 29. *Oenanthe quædem etiam ſtatos latebræ dies habet.* *Minutiæ.* Senec. epiſt. 91. *Donec in minutiam frequenter trita redigatur.* Apulejus l. 9. *Ad ſummam minutiem contere.* *Minutiæ.* *Næniæ.* Horat. l. 3. od. 28. *Dicetur meritâ nox quoque næniâ:* & epod. 17. *Caputque Marſæ diſſilire næniâ:* & l. 1. epiſt. 1. ---- *An puerorum nænia.* *Nares.* *Nares.* Horat. epod. 12. ---- *nec naris obeſæ:* & l. 1. ſat. 4. *Emunctæ naris.* Ovid. Metam. 3. ---- *Et panda loquenti Naris erat:* & l. 7. *De fluxere comæ, cum quis & naris, & aures.* *Offuciæ.* Plaut. Moſtel. a. 1. ſc. 3. *Offuciæ.* *Neque ceruſam, neque melinum, neque ullam aliam offuciam.* *Paleæ.* Horat. l. 2. ſat. 6. ---- *Paleâ porrectus in hornâ.* *Paleæ.* Virg. Geor. 1. *Sæpe levem paleam, & frondes volitare caducas.* ibid. *Nequicquam pingues paleæ teret area culmos.* Cicero in Paradoxis. *Auri navem evertit gubernator, an paleæ, in re aliquantum in gubernatoris inſcitiâ nihil intereſt.* *Parcæ.* *Parcæ* ideo Plurale, quia tres, de quarum unâ loquens quid vererer Parca dicere? præſertim cum Ovidium autorem habeam: de Triſt. l. 3. el. 4. *Nubila naſcenti ſeu mihi Parca fuit.* *Partes pro factione.* *Partes* etiam pro factione interdum ſingulare: Sueton in C. Cæſare c. 29. *Et deſignatos etiam conſules è parte diverſa.* Cicero ad Attic. l. 2. ep. 23. *Deinde omnes illius partis autores ac ſocios nullo adverſario conſeneſcere.* *Præſtigiæ.* *Præſtigiæ.* Quintil. l. 4. c. 1. *Hujus velut præſtigiæ plauſum petat.* *Præces.* De *Preces* in Tetraptotis antè dictum. *Retes.* *Retes* à Nominativo ſingulari *retis.* Plaut. Rudent. a. 4. ſc. 2. *Niſi hoc quod ferò in rete:* &

Salebræ. sc. 3. --- *Vt demiſi retem atq; hamum. Salebræ.* Cicer. de finib. l. 5. *Hæret in ſalebrâ.* Valer. Max. l. 6. c. 11. *Semel duntaxat vultum mutavit perquam brevi triſtitiæ ſalebrâ ſuccuſſum. Salinæ* Adjectivum cui ſubintelligitur tabernæ, ut, in ſalinum vas. *Sacrinæ.* Horat. l. 1. epiſt. 13. *Si te fortè meæ gravis uret ſarcina chartæ*: Senec. de conſol. ad Polyb. c. 3. *Suffecit ille huic ſarcinæ.* Plaut. Moſtel. a. 2. ſc. 1. *Vnde advenienti ſarcinam imponam ſeni?* Ovid. in epiſt. Briſeïdis. *Non ego ſum claſſi ſarcina magna tuæ.* De *Sordes* dictum in Triptotis. *Sortes* etiam pro oraculo Singulare. Ovid. Faſt. 4. *Reddita Saturno hæc ſors erat.* Sueton. in Tiberio, c. 14. *Adiiſſet Geryonis oraculum ſorte tractâ, qua monebatur, &c.* Cicero 2. de divinat. *Nam cum ſors illa edita eſſet opulentiſſimo regi Aſiæ. Stativæ* Adjectivum, referturque ad aquæ: quod appoſuit Varro de Admirandis ad Fundanium ſocerum. *Secundo de ſtativis aquis, ut ſunt, lacus, ſtagna, putea, & maria. Suppetiæ* ad Diptota pertinet. *Virgiliæ.* Plaut. Pſeud. a. 4. ſc. 7. *Noctu in vigiliam quando ibat miles.* Cicero Philip. 7. *Vt populum Romanum vacuum metu noſtrâ vigiliâ redderemus.* Idem Philip. 1. *Quaſi in vigilia quadam conſulari ac ſenatoriâ.* Cæſar. l. 1. bel. Gal. *De tertiâ vigiliâ cum legionibus tribus ex caſtris profectus*: & alibi ſæpe. *Vires* à *vis*, cujus Nominativus Pluralis olim, *ves.* Saluſt. Hiſtor. 3. *apud* Priſcianum l. 6. *Malè jam adſuetum ad omnes vis controverſiarum.* Lucret. l. 2. *Et pro quiſque magis vis multas poſsidet in ſe.* Fortaſſe Genitivus antiquus fuit *vieris*, vel Rectus *viris*, unde *vis*. Non nego ex his quædam uſitatiùs dici in Plurali, nec tamen Singularis numeri uſum damnare auſim,

Salinæ.

Sarcinæ.

Sordes.

Sortes.

Stativæ.

Suppetiæ.

Virgiliæ.

Vires.

ſim, cum nec vocis ſignificatio, nec Autorum uſus refragetur.

Rariùs hæc primo, plurali neutra leguntur, &c. *Luſtra* latibula ferarum, Plurale tantùm, at pro ſpatio temporis, vel ſacrificio urbis luſtrandæ gratiâ, Singulare: Livius l. 2. *Sue, ove, tauro cæſis immolârant, quod luſtrum dictum, ſicque à ſacrificio illo cenſus obtinuit nomen luſtri.* *Mapalia* in Singulari uſus Valerius Flaccus l. 2. *Coit è ſparſo concita mapali.* *Caſtra, tents,* Plurale tantùm; at nomen civitatis, Singulare. Plin. l. 3. c. 5. *Paulò minùs à Caſtro novo.* *Roſtra* locus ubi Romæ concionabantur, Plurale, quòd ex pluribus navium roſtris; at avium, naviumque roſtrum Singulare. Iſtis addas *Coagmenta, comitia* pro conventu populi; *comitium* eſt locus in quo conveniunt. *Donaria*, ἀναθήματα, & pro loco etiam longè uſitatius. Ovid. Faſt. 3. *Si tua contigimus manibus donaria puris.* Virg. Geor. 3. ---- *Ductos alta ad donaria currus.* Apulejus Singulari uſus eſt 2 Florid: *Ibi donarium deæ perquam opulentum.* Item, *lamenta, multicia, rapacia, ſive rapicia, repotia, ſpecularia, verenda,* corporis partes pudendæ: *zizania.* Addunt alii & hæc, *æſtiva, apiaria, apluſtra, vel apluſtria, arbitria, avia, batualia, bona, fraga, geſa, genitalia, hyberna, ilia, inteſtina, juga cacumen montium, juſta, licia, lumina pro oculis, vel diebus, mele, mellaria, nutricea, oblivia, palaria, palearia, parentalia, paſcua, ſerta, ſpectacula, ſpolia, ſtativa, ſubſellia, tempe, tempora* κρόταφα, *temples of the head, vada, verbera, vinacea, viſcera, vavaria, utenſilia.* De ſingulis audiamus ſententiam autorum ipſorum. Ex his, *Acta, æſtiva, avia, batualia, bona, brevia, cibaria, hyberna, juſta, mellaria, natalitia,*

Luſtra. *Mapalia.* *Caſtra.* *Roſtra.* *Coagmenta, Comitia.* *Donaria.*

Actа.

Aeſtiva, Hyberna, Stativa.

Avia.

Brevia.

Bona.

Cibaria.

Mellaria.

Natalitia.

Parentalia.

Vinacea.

Apluſtra.

tia, nutricia, paralia, parentalia, ſtativa, vinacea, utenſilia, ſunt naturâ Adjectiva. *Actum* ſingulare eſt. Cicero Philip. 1. *Ecquid eſt quod tam propriè dici poſsit actum eius, qui togatus in repub. cum poteſtate imperióque verſatus eſt, quàm lex? Aeſtiva, hyberna, ſtativa* referuntur ad loca, vel caſtra. *Avia, & brevia* ad loca. Lucret. *Avia Pieridum peragro loca.* Virg. Æneid. 7. ---- *Attonitæ Baccho nemora avia matres.* Plaut. Aulul. ſc. 23. *Sylvani lucus extra murum eſt avius. Batualia, palaria* ad certamina. Opes & facultate ideo dicuntur bona, quod in iis non pauci ſummnm ſuum collocent bonum. Vſurpatur autem Subſtantivè, non minùs in Singulari, quàm Plurali. Terent. Aud. a. 5. ſc. 3. *Summum bonum eſſe herę putabam hunc Pamphilum.* Plaut. Captiv. a. 3. ſc. 2. *Quid eſt ſuavius, quàm bene rem gerere bono publico. Cibaria* Adjectivum. Cicero. Tuſcul. 5. *Cibarius in capſa panis datus eſſet.* Plaut. Capt. a. 4. ſc. 3. ---- *Mihi rem ſummam credidit cibariam.* Columel. l. 12. c. 50. *Ne ex ea fiat oleum cibarium. Mellaria* ad vaſa. Plin. l. 21. c. 14. *Vaſa mellaria, aut favos lavari aquâ præcipiunt. Natalia.* Cicero 2. de divinat. *Chaldæi notant ſydera natalitia. Parentalia* ad convivia vel opera. Ovid. Faſt. 2. ---- *Parentales deſeruere dies. Vinacea,* quamvis ſignificatione videtur Adjectivum, pro folliculis uvæ, maſcul. Varro de R. R. l. 3. c. 11. *Pabulum his datur triticum, hordeum vinacei uvæ:* & fœmin. Plin. l. 17. c. 22. *Circum capita addito ſtercus, paleas vinaceas, aut aliquid harunce.* Cicero de Senect. *Quod ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo. Apluſtra.* Lucan. l. 3. ---- *Grajum audax apluſtre retentat.* ibid. ---- *Tortum validis apluſtre lacertis.*

certis. Apiaria. Columel. l. 10. *Non eſt dubitandum quin in ædificio junctum apiarium maceriâ circundemus. Arbitria* pro ſententia arbitri ſæpe Singulare ipſi Ciceroni offic. 3. *Reliquorum autem judiciorum hæc maximè excellunt in arbitrio rei uxoriæ Melius æquius. Cete* ἄκλιτον, dicitur & *cetus* in Singulari, & *ceti* in plurali: Plaut. Aulul. a. 2. ſc. 8. *Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia.* Plin. l. 32. c. 1. *Cetos ſexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum ſexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrâſſe. Diaria* cum victum ſignificat diurnum, naturâ Singularem habet numerum, licet deficiat autoritas: quod & de *fraga* cenſendum; non enim video cur de uſu loquens non liceat dicere *carpe mihi iſtud fragum. Geſa.* Livius l. 6. *Sub lævo humero ſummum pectus geſo læſum eſt. Genitalia.* Plin. l. 11. c. 44. *Præter genitale, & hoc in maribus tantùm.* Idem l. 28. c. 11. *Vulpis maſculæ genitale. Ilia.* Plin. l. 11. 37. *Ab hoc ventriculo lactes in homine & ove, per quas labitur cibus, in cæteris ile Inteſtina.* Plin. l. 11. c. 37. *Parte tantùm alterâ inteſtino jungitur, in corvis, coturnicibus phaſianis; quibuſdam inteſtino tantùm:* & mox, *Eſt autem pleriſque toto inteſtino.* Celſus l. 2. c. 1. *Tenuioris inteſtini morbus quem ileon nominant. Iuga.* Æneid. 6. *Hoc ſuperate jugum.* Cæſar l. 7. bel. Gal. *Summum jugum nacti.* De *jugere* diximus in canone. *Iugera, vaſque genus, &c. Licia.* Gellius. l. 11. c. 18. *Ea quoque furta, quæ per lancem liciumque concepta eſſent.* Idem l. 12. c. 3. *Licio enim tranſverſo, quod linum appellatur, qui magiſtratibus, inquit, præministrabant, cincti erant. Lumina* pro oculis. Quintil. in Procemio l. 6. *Prior alterum ex duobus eruit lumen.*

Apiaria. *Arbitria.* *Cete.* *Diaria.* *Fraga.* *Geſa.* *Genitalia.* *Ilia.* *Inteſtina.* *Iuga.* *Iugera.* *Licia.* *Lumina.*

men. Virg. Æneid. 3. ---- *Et telo lumen terebramus acuto.* Pro diebus Æneid. 6. ---- *Vix lumine quarto Prospexi Italiam.*

Mele. *Mele* ἄκλιτον, à Singulari *melos*, quod & ipsum non variatur. Ablativo solo usus est Lactantius Firmianus in hymno de Resurrect. Dominica. *Fitque repercusso dulcior aura melo.*

Oblivia. *Oblivia* pro oblivione. Tacit. l. 3. *Eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde oblivio transmisit.*

Palearia. *Palearia*: Senec. Hippol. a. 4. *Musco tenaci pectus*

Pascua. *ac palear viret. Pascua.* Columel. l. 7. c. 1. *In eo rure quod pascuo caret*, & c. 12. *Si ager sine pascuo est*, & c. 14. *Esuriens mittatur in pascuum.*

Serta. Varro de R. R. 2. c. 11. *Viride pascuum. Serta.* De hoc audiamus Servium Grammaticum non ignobilem in Æneid. 1. *Sertum et serta cum nihil adjicitur dicitur, ut hoc loco, Sertisq; recentibus:* Item alibi expressiùs.

Ecl. 6. *Serta procul tantùm capiti delapsa jacebant. Si autem sertos dixero, addo flores, si sertas, addo coronas, ut Lu-*

l. 10. *can. Accipiunt sertas nardo florente coronas.* Hæc ille.

Spectacula. *Spectacula.* Livius l. 1. *Iudici deinde finitimis*

Spolia. *spectaculum jubet.* Cicero in Verrem 7. *O spectaculum miserum, atque acerbum. Spolia.* Virg. Æneid. 10. *Quo nunc Turnus ovat spolio, gaudetque potitus:* & Æneid. 12. ---- *Actoris Aruunci spolium.* Ovid. Trist. l. 1. el. 5. *Tu facis ut spolium non sim, nec nu-*

Subsellia. *der ab illis. Subsellia.* Plaut. Capt. sc. 6. *Nihil morantur jam Laconas imi subsellii viros. Tempe* ἄκλιτον.

Tempora. Vada. *Tempora.* Æneid. 9. ---- *It hasta Tago per tempus utrumque. Vada.* Ovid. de Arte 3. *Verba vadum tentent alienis scripta tabellis.* Cæsar l. 1. bel. Gal. *Rhodanus nonnullis vadò transitur.* Terent. a. 5. sc. 2.

Verbera. ---- *Omnis res est jam in vado.. Verbera.* Ovid. Metam. 14. ---- *Et ictu Verberis increpuit.* Virg. Æneid. 7.

id. 7. *Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo.* Horat. l. 3. od. 27. ---- *Et trementes Verbere ripas:* de quo ante in Diptotis. *Viſcera.* Ovid. Metam. 6. *E quibus una trahens hærentia viſcere tela.* Suetonius in Vitellio c. 13. *Nec temperavit, quin inter altaria ibidem ſtatim viſcus & farra penè rapta è foco manderet.* Lucretius: *Viſceribus viſcus gigni, ſanguenque creari:* citat Erythræus in Indice Virgiliano ex Chariſio. *Vivaria.* Vivarium de uno dici poſſe non dubito, licèt non occurrat autoritas. *Viſcera.* *Vivaria.*

Oppida ſunt multa, & ludi, &c. Multa ſunt nomina *urbium* quæ Singulari carent. Qualia ſunt deſinentia in *i*, ut *Gabii, Locri, Philippi, Veii, Pariſii*; & in *æ*, ut *Thebæ, Athenæ, Syracuſæ, &c.* & in *a*, ut *Suſa, Cythera, Bractra, Artaxata, Ecbatana*: Item nomina *Ludorum*, ut *Apollinares, Circenſes, Megalenſes, Iſthmia, Olympia, Pythia*; quæ tamen Adjectiva potiùs videntur, ſubintellectis *ludi*, & *certamina*. *Feſtorum*, ut *Saturnalia, Bacchanalia, Dionyſia, Scenopegia, &c.* Quæ etiam Adjectiva potiùs cenſenda. Macrobius Saturnal. l. 1. c. 4. *Librorum*, ut *Georgica, Bucolica, Analytica, Biblia. Numeralia Cardinalia*, excepto *unus*; ut, *duo, tres, quatuor, &c. Diſtributiva*, ut *bini, terni, quaterni, &c.* niſi pro Cardinalibus ſumantur, quod ſæpe fit apud Poetas. *Nomina urbium carentia Singulari.* *Ludorum.* *Feſtorum.* *Librorum.* *Cardinalia.* *Diſtributiva.*

De his quæ numero deficiunt tam viſitata Grammaticis diſſenſio, ut vix duos reperias ejuſdem in omnibus ſententiæ. Autorum uſus certiſſima regula: hos conſule, & rarò inventis rarò utere, dabiſque veniam, ſi in his, dum quid feret uſus oſtendo, longior fuerim.

CAP. X.

De Redundantibus.

Subſtantiva Redundantibu.

A.

ABax, ăcis, abacus, i.
Abitus, us, abitio ônis.
Abortus, us, abortio, ônis.
Abuſus, us, abuſio, ônis.
Accubitus, us, accubatio, ônis.
Acetabula, æ, acetabulum, i.
Acinus, i. acina, æ, acinum, i.
Acus, aceris, neut. acus, us, fœm.
Adagium, ii, adagio, ônis.
Adeps, adipis, adipes, is.
Admonitus, us, admonitum, i, admonitio, ônis.
Aether, ĕris, accuſ. æthera, unde æthera, æ, & per Syncopen æthra, æ.
Affectus, us, affectio, ônis.
Alabaſter, tri, alabaſtrum, i.
Alimonia, æ, alimonium, ii.
Alluvio, ônis, alluvies, ëi, alluvium, ii.
Alvear, âris, alveare, is.
Amaracus, i, amaracum, i.
Amicitia, æ, amicities, ëi.
Amygdala, æ, amygdalum, i, pro fructu.
Angiportus, i, & us, angiportum, i.
Antidotus, i, antidotum, i.
Apes, is, apis, is.
Apluſtre, is, apluſtrum, i.
Apparatus, us, apparatio,

tio, ônis.
Appetitus, us, appetitio ônis, & appetentia, æ.
Araneus, i, aranea, æ.
Architectus, i, architecton, ônis.
Attagen, ênis, accuſ. attagena, hinc attagena, æ.
Auditus, us, auditio, ônis.
Aulæa, æ, aulæum, i.
Avaritia, æ, avarities, ëi.
Autumnus, i, autumnum, i.

B.

BAcchar, ăris, baccharis, is.
Baculus, i, baculum, i.
Balteus, i, balteum, i.
Baptiſmus, i, baptiſma, ătis.
Barbitus, i, barbitum, i.
Beatitudo, inis, beatitas, âtis.
Blanditia, æ, blandities ëi.
Buccina, æ, buccinum, i.
Bura, æ, buris, is.
Buxus, i, buxum, i.

C.

CÆmenta, æ, cæmẽtum, i.
Cæres, tis, Cære ἄκλιτον.
Calamiſtrus, i, calamiſtrum, i.
Calcaneus, i, calcaneum, i.
Callus, i, callum, i.
Cannabis, is, cannabum, i.
Cantus, us, cantio, ônis.
Carrus, i, carrum, i.
Caſeus, i, caſeum, i.
Caſſis, ĭdis, accuſ. caſſida, hinc caſſida, æ.
Cataracta, æ, cataractes, æ.
Capo, ônis, capus, i.
Capillus i, capillnm, i.
Capulus, i, capnlum, i.
Cavilla, æ, cuvillam, i
Cenſus, us, cenſum, i.
Cepa, e, cepe, is.
Ceraſus, i, ceraſum, i.
Chirographus, i, chirographum, i.
Chlamys, ydos, accuſ. chlamyda, hinc chlamyda, æ.
Cingulus, i, cingulum, i.

Citharista, æ, citharistes, æ.
Clypeus, i, clypeum, i.
Cochlear, âris, cochleare, is, cochleariũ, ii.
Colluvio, ônis, colluuies, ei.
Colocasia, æ, colocasium, ii.
Coloſtra, æ, coloſtrum, i
Cognomen, ĭnis, cognomentum, i.
Cometa, æ, cometes, æ.
Commentarius, ii, commentarium, ii.
Compago, ĭnis, compages, is.
Conceptus, us, conceptio, ônis.
Concinnitas, âtis, concinnitudo, ĭnis.
Concurſus, us, concurſio, ônis.
Conclave, is, conclavis, is, conclavium, ii.
Confinium, ii, cõfine, is.
Congreſſus, us, congreſſio, ônis.
Conſortium ii, conſortio, ônis.
Conſenſus, us, conſenſio, ônis.
Contagium, ii, contagio, ônis.
Contemptus, us, contemptio, ônis.
Corium, ii, corius, ii.
Cornu, ἄκλικον, cornus, us.
Coſſus, 1, coſſis, is.
Coſtus, i, coſtum, i.
Crater, eris, accuſ. cratera, hinc cratera, æ.
Crocus, i, crocum, i.
Cryſtallus, i, cryſtallũ, i.
Cubitus, i, cubitum, i.
Culeus, i, culeum, i.
Cultus, us, cultura, æ.
Cupido, ĭnis, cupiditas, âtis.

D.

DEcipula, æ, decipulum, i.
Delphin, & delphis, ĭnis, hinc delphinus, i.
Denarius, ii, denariũ, ii.
Deſcenſus, us, deſcẽſio, ônis.
Deſidia, æ, deſidies, ei.
Deſpectus, us, deſpectio, ônis.
Dictamnus ſeu dictamus, i, dictamnum ſeu dictamum, i.

Digreſ-

Digreſſus, us, digreſſio, ônis.
Diluviũ, ii, diluvies, ei.
Diſſenſus, us, diſſenſio, ônis.
Dominatus, us, dominatio, ônis.
Dorſum, i, dorſus, i.
Duritia, æ, durities, duritas, âtis.

E.

Effectus, us, effectum, i.
Effigies, ei, effigia, æ.
Ejulatus, us, ejulatio ônis.
Eluvio, ônis, eluvies, ei.
Elephas, antis, elephantus, i.
Eſſeda, æ, eſſedum, i.
Eventus, us, eventum, i.
Excenſus, us, excenſio, ônis.
Exemplar, âris, exemplarium, ii.

F.

Famulatus, us, famulatio, ônis.
Faſti, orum, faſtus, uum.
Felis, is, feles, is.
Fimus, i, fimum, i.
Firmitas, atis, firmitudo, ĭnis.
Flexio, ônis, flexus, us.
Fœniſeca, æ, fœniſex, ĭcis.
Fragmentum, i, fragmen, ĭnis.
Fretum, i, fretus, i.
Fulgetrum, i, fulgetra, æ
Fulmenta, æ, fulmentum, i.
Fundamentum, i, fundamen, ĭnis.

G.

Galerus, i, galerũ, i.
Ganea, æ, ganeum, i.
Gauſapa, æ, gauſape, is, gauſapa plural.
Gibbus, i, gibbus ĕris, gibba, æ.
Gladius, ii, gladium, ii.
Glaucoma, æ, glaucoma, ătis.
Gobio, ônis, gobius, ii.
Gluten, ĭnis, glutinum, i.
Gryps, phis, gryphus. i.
Gummi, invariabile, gummis, is.

H.

H.

HAlec,êcis,neut.hâlex, êcis,fœ.
Hebdomada,æ, hebdomas, ădis.
Hebenus, i,hebenum,i.
Helleborum,i,helleborus,i.
Hieroſolyma,æ,Hieroſolyma,orum.
Hieruſalem, ἄκλιτον.
Honor, ôris, honos, ôris.
Hyſſopus,i,hyſſopum,i.

I.

ILium, ii, Ilios, ii, Ilíon, ii.
Impulſus, us, impulſio, ônis.
Ieceſtus, us, inceſtum,i.
Incubatio, ônis,incubatus,& incubitus,us.
Incurſio, ônis, incurſus, us.
Ingreſſus, us, ingreſſio, ônis.
Intemperies, ei, intemperia, æ.
Interitus, us, interitio, ônis.
Intybus, i,intybum, i.
Involucrum, i, involucre,is.
Iſraelita,æ,Iſraelites,æ.
Iugulus,i, jugulum,i.
Iuſſus,us,juſſum,i.
Iuventus, ûtis, juventa, æ.

L.

LAbruſca, æ, labruſcum,i.
Lanius, ii. lanio, ônis.
Lapſus,us,lapſio, ônis.
Lepor,& lepos,ôris, lepus ŏris.
Levamen, inis, levamẽtum,i.
Libus,i,libum,i.
Lixivia,æ,lixivium,ii.
Luſus,us,luſio,onis.
Lupinus,i,lupinum,i.
Luxuria,æ, luxuries,ëi.

M.

MAceria, æ, maceries, ëi.
Mandibula, æ, mandibulum,i.

Manibu-

Manibula, æ, manibulum,i.
Margarita, æ, margaritæs,æ, margaritum, i.
Materia,æ,materies, ëi.
Medicamen,ĭnis, medicamentum, i.
Medimnus, i, medimnum, i.
Mendum, i, menda,æ.
Modius, ii, modium, ii.
Mollities, ëi, mollitia, æ, mollitudo, ĭnis.
Monitum, i, monitus, ûs, monitio, ônis.
Mugil,lis,mugilis,is.
Mulctra, æ, mulctrale, is, mulctrum,i.
Multipes,ĕdis, multipeda, æ.
Mundities, ëi, munditia, æ.
Mundus,i,mundum,i

N.

NArbo, ônis, accuſ. Narbona, hinc Narbona,æ.
Nardus,i,nardum,i.
Naſus,i, naſum,i.
Natalis,is,natale,is.
Neceſſitas, âtis, neceſſitudo, ĭnis.
Nequitia, æ, nequities, ëi.
Nexus, ûs, nexum,i.
Notitia, æ, notities, ëi.
Novale,ĭs, novalis, ĭs.
Nuncĭus ii, nuncium,ii, *a meſſage.*

O.

OBſidio, ônis, obſidium, ii.
Occiput, ĭtis, occipitium, ii.
Oeſtrus, i, Oeſtrum,i.
Oſtreum. oſtrea, æ.

P.

PAlatus, i, palatum, i.
Palpebra, æ, palpebrum, i.
Palumbes,is,palũbus, i.
Panther, êris, accuſ.pãthera, hinc panthera, æ.
Papyrus, i, papyrum,i.
Pavo, ônis, pavus,i.
Paupertas, âtis, pauperies, ëi.
Pecus,ŭdis, pecus,ŏris.

Peplum,i,peplus,i.
Pileus, pileum,i.
Piſcatio, ônis, piſcatus, ûs.
Piſtrinum,i, piſtrina, æ.
Planities,ëi,planitia, æ.
Plebs,bis,plebes,ëi.
Pluteus, pluteum, i.
Pollen,inis,neut,pollis, inis,maſc.
Porrus,i,porrum,i.
Poſtica, æ, poſticum, i.
Potus,ûs, potio,ônis.
Prænesте,ἄκλιτον, Prænesте, is.
Præſepe, ἄκλιτον, præſepis, is, præſepium, ii, præſepia,æ.
Prætextus, us, prætextum,i.
Proluvies, ëi, proluvium, ii, proluvio, ônis.
Proſapies,ëi,proſapia,æ
Proſtibula, æ, proſtibulum, i.
Pueritia,æ,puerities,ëi.
Pulvinar,âris,pulvinus, i. pulvinarium,ii.
Punctum, i, punctus, i.
Puteus, i, puteum,i.

Q.

QVaſilium, i, quaſillus, i.
Quinquatrus, uum, quinquatria,orum.

R.

RAmenta, æ, ramentum, i.
Rapum,i,rapa, æ.
Reditus, ûs, reditio, ônis.
Requies, ëi, requies, ẽtis.
Rete,is,retis,is.
Reticulũ,i, reticulus,i.
Rictus,ûs,rictum, i.
Rogus, i, rogum,i.

S.

SAbulum, i, ſabulo,ônis.
Sævitia, æ, ſævities, ëi.
Sagum,i,ſaga,æ.
Saguntus,i,ſaguntum,i.
Salamis, înis, Salamin, înis.
Salamina, æ.
Sanctitas, âtis, ſanctitudo,

tudo, ĭnis, ſanctimonia, æ.
Sardonyx, ychis, ſardonycus, i.
Satietas, âtis, ſaties, ëi.
Satio, ônis, ſatus, ûs.
Scalper, pri, ſcalprum, i.
Schema, ătis, ſchema, æ.
Scrobs, bis, ſcrobis, is.
Scorpio, ônis, ſcorpius, ii.
Segnities, ëi, ſegnitia, æ
Senectus, ûtis, ſenecta, æ.
Senſus, us, ſenſum, i.
Sepes, is, ſeps, ſepis.
Seplaſia, æ, ſeplaſium, ii.
Sinapi, invariabile, ſinapis, is, ſinapium, ii.
Sinus, i, ſinũ, i, pro vaſe.
Siren, ênis, accuſ. ſirena, hinc ſirena, æ.
Specûs, ûs, ſpecus, ŏris, ſpecu, ἄκλιτον.
Spica, æ, ſpicus, i, ſpicum, i.
Stips, ipis, ſtipis, is.
Stragula, æ, ſtragulum, i.
Stramen, ĭnis, ſtramentum, i.
Stipulatio, ônis, ſtipulatus, ûs.
Stater, eris, accuſ. ſtatera, hinc ſtatera, æ.
Suavitas, âtis, ſuavitudo, ĭnis.
Suggeſtũ, i, ſuggeſtus, i.
Supparum, i, ſupparus, i.
Symbolum, i, ſymbolus, i, & ſymbola, æ.
Syngrapha, æ, ſyngraphus, i, ſyngraphũ, i.

T.

TActus, ûs, tactio, ônis.
Tapes, etis, tapetum, i, tapete, is.
Tegumentum, & contractè tegmentum, i, tegmen, ĭnis.
Teuto, ŏnis, Teutonus, i, plur.
Teutoni, Teutonici, Teutones.
Textus, ûs, textum, i.
Thymus, thymum, i.
Tyaras, æ, maſc. tiara, æ, fœm.
Tonitrus, ûs, tonitrũ, i. tonitru, invariabile.
Torques, is, torquis, is.
Trabes, is, trabs, bis.
Trapetum, i, trapetus, i, trapes, êtis.

Tribula, æ, tribulum, i.
Tributum, i, tributus, i.
Triſtitia, æ, triſtities, ëi.

V.

VAdum, i, vadus, i.
Vallum, i, vallus, i.
Veheſ, is, vehis, is.
Venatus, sû, venatio, ônis.
Veſper, eris, veſpera, æ, *evening*.
Veſper, eris, veſperus, i, the *evening ſtarre*.
Vinaceum, i, vinaceus, i, vinacea, æ.
Vſus, ûs, uſio, ônis.
Vultus, ûs, vultum, i.

Nomina 2æ. & 4æ declinat.

Colus, a diſtaffe, cornus, laurus, & *pinus* in Genitivo, & Ablativo Singul. in Nominativo, & Accuſativo pluralibus ſunt ſecundæ, & quartæ, in reliquis caſibus, tantùm ſecundæ: At *colus* tormenti genus ex corio factum omnino ſecundæ.

Colus.
Cornus.
Laurus.

Domus.

Domus in Ablativo Singulari, Nominativo, Dativo, Vocativo, & Ablativo pluralib, quartæ; in reliquis utriuſque. Dativus Singularis uſitatiùs *domui*, aliquando *domo*. Horat. l. 1. epiſt. 10. *Ponendæque domo quærenda eſt area primùm*. Genitivus *domi* locum ſignificat, ubi quis manet; *domus* ædificium, quod ex parietibus conſtat, & tecto; ſic *Sum domi* dicitur, *at home*, non *ſum domus*: &, *Partem domus demolitus eſt, of the houſe*; non *partem domi*.

Quercus.

Quercus in Genitivo ſingulari, & plurali, ſecundæ, & quartæ: in reliquis ſolummodo quartæ. Sunt & nonnulla alia, quæ in quibuſdam caſibus utriuſque Declinationis; At in his, quæ diximus, & aliis quæ occurrent, obſervandum quos caſus frequentior optimorum autorum uſus magis approbet.

Singu-

Domus.

Singulariter.	Nomin. hæc *domus*,	Pluraliter.	Nominat. *domus*.
	Gen. *domi*, & *domûs*,		Gen. *domorum*, & *domuum*.
	Dat. *domo*, & *domui*,		Dativo *domibus*.
	Accusat. *domum*,		Accusat. *domos*, & *domus*.
	Vocat. *domus*,		Vocativo, *domus*.
	Ablat. *domo*.		Ablativo, *domibus*.

Tolle *me*, *mu*, *mi*, *mis*, sic variato domus. Plautus & *domu* usus in ablativo. Milit. a. 1. sc. 2. *Ait sese Athenas fugere cupere ex hac domu.*

Adjectiva Redundantia.

Adjectiva Redundantia.

Sunt etiam quædam Adjectiva Redundantia, quæ in *us*, & *is* desinunt; ut, *inermus*, *a*, *um*, hic & hæc *inermis*, & hoc *inerme*, sic *bijugus*, *bijugis*, *exanimus*, *exanimis*; *effrænus*, *effrænis*, *imbecillus*, *imbecillis*, & id genus alia apud priscos: Hinc *gracila* Terent. Eun. a. 2. sc. 3. ---- *Quas matres student Demissis humeris esse, vincto pectore, ut gracilæ sint.* Lucil. l. 8. ---- *Quod gracila est pernix, quod pectore puro. Et Hilarus* Plaut. Mostel. a. 3. sc. 1. *Hilarus est frustra hic homo.* Cicero ad Attic. l. 16. ep. 3. *Lege arcano convivis tuis: sed si me amas, hilaris, & bene acceptis.*

Adjectiva quæ vulgò putantur communis generis, cum sint omnis.

Sunt quædam Adjectiva, quæ Grammatici statuunt flecti more Substantivorum, Communis generis; qualia sunt *Pauper*, *puber*; *degener*, *uber*, *dives*, *locuples*, *sospes*, *comes*, *superstes*: Sed ostendit autorum usus esse etiam neutrius generis, licèt exempla singulorum non ita facilè reperiantur. Horat. l. 1. epist. 10. ---- *Sub paupere tecto.* Virg. ecl. 1. *Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.* Ovid. Trist. l. 2. el. 1. *Divitis ingenii est ingentia Cæsaris acta Scribere.* Juvenal. sat. 13. *Depositum tibi sospes erit.* Ovid. Amor. l. 3. eleg. 14. *Post mea mansurum stata superstes opus.*

CAP. XI.

De Præterito Verborum Simplicium.

Prima Conjugatio.

AS *in præſenti perfectum format in avi, &c.* Duplex hic Anomalia: Prima, ubi demitur *a*, & *v* conſonans vertitur in *u* vocalem, ut *domo, domui, ſono, ſonui*: ſecnnda, ubi tollitur ſyllaba *va*, ut *lavo, lavi, juvo, juvi*. Horum autem fere omnium Præterita olim formabantur in *avi*, quod in ſingulis o ſtēdere non eſt difficile: ſaltem ex Supinis, Participiis, aut inde derivatis; ut à *Lavo* fit

Lavo. *lavatum, lavaturus, lavatio.* Terent. Eun. a. 3. ſc. 5. *Abeunt lavatum, perſtrepunt.* Ovid. 3. Faſt. *Sacra lavaturus manè petebat aquas.* A *Iuvo, juvaturus,*

Juvo. *juvatio.* Saluſt. Iugurth. *Commeatum juvaturum exercitum.* A *Seco ſecaturus, ſecatio, ſecator.* Colu-

Seco. mel. l. 5. c. 9. *Suprà quàm ramum ſecaturus es.* A *Cubo* aliquando *cubavi*, unde *cubâſſe* apud Quintil.

Cubo. l. 8. c. 2. *Fingitur in ſcholis ſuprà ſe cubâſſe*: & *incubavere* apud Plinium l. 11. c. 16. *Nam niſi incubavere, favos lividos faciunt.* Et *incubata* apud eundem l. 29. c. 3. *Cum triduo incubata tolluntur. Micavi* apud Solinum c. 66. *Si repentè micaverit*

Nico. *coruſcatio.* Compoſitum *dimicavi* paſſim, unde *dimicatum*, & *dimicatio.* A *Plico* compoſita vel *avi*

Plico. tantùm faciunt, ut *multiplico, multiplicavi, multiplicatum; duplico, duplicavi, duplicatum, &c.* vel *ui* & *avi*, ut *applico, applicui, vel applicavi, explico explicui, vel explicavi.* Cicero ad Attic. l. 10. epiſt. 6. *Meas cogitationes omnes explicavi tibi ſuperioribus literis.*

literis. A *Frico fricatum, fricatus, fricaturus*. Plin. l. 28. c. 12. *Prius de fricatis maculis*. Idem l. 8. c. 27. *Pantheras perfricata carne aconito barbari venantur*. Cicero ad Attic. l. 12. epiſt. 19. *Quæ res forſitan ſit refricatura vulnus meum*. *Domavi* apud Accium. *Olim quod viros domavi, & ſegetis armatæ manus*: unde *domator, domatio*. A *Tono, intonatus*. Horat. Epod. 2. *Si quos Eois intonata fluctibus, &c.* Hinc Paulinus in epiſtolis: *Cum prima ſignum ſuſcitandis mortuis cœlo turba intonaverit*. *Sonavi* apud Manilium l. 5. *Aura per extremas reſonavit flebile rupes*: hinc *ſonatum*, & *ſonaturus*. Horat. l. 1. ſat. 4. *Magna ſonaturum des nominis hujus honorem*. A *Crepo, increpo* & *diſcrepo* faciunt *avi*, & *ui*. Plaut. Moſtel. a. 3. ſc. 2. *Nunquid increpavit filium*. Cicero 2. de Orat. *Si qua in re diſcrepavit ab Antonii diviſione noſtra partitio*. *Vetavi* apud Perſium. ſat. 5. *Excepto ſi quid Maſini rubrica vetavit*. *Neco* facit *necavi*. Cicero in Verrem 1. *Partim in vinculis necavit*. ibid. *Cum tot innocentes necârit*. Senec. Medea: *Patre Neptuno genitum necavit*. *Olim* & *necui*. Ennius apud Priſcianum l. 9. *Hos peſtis necuit, pars occidit illa duellis*. *Eneco, enecavi, enecatum*, & *enecui, enectum, interneco, internecui, internectũ*. Plin. 18. c. 13. *Flaccidorũ quoq; & in horreis enecatoruũ*. Cicero Tuſc. 1. *Mento ſuo aquam attingens, ſiti enectus Tantalus*. *Nexo* inter hæc non poſui, quia priſcum, & caret præterito, legitur nexantem apud Virgil. Æneid. 5. *Nexantem nodis, ſeque in ſua membra plicantem*. *Innexui*, & *innexus*: Æneid. 5. *Et paribus palmas amborum innexuit armis*: & Ibid. *Quis innexa pedem malo pendebat ab alto*: ſunt à verbo *innecto* tertiæ. Videntur autem

Frico. *Domo.* *Tono.* *Sono.* *Crepo.* *Veto.* *Neco.* *Nexo.*

hæc

hæc omnia quæ præter Analogiam formant Præteritum, fuiſſe olim tertiæ Conjugationis, & inde, quæ jam habent, Præterita ſumere, quod in aliquibus non obſcurum. Horat. l. 4. od. 6. *Phœbe qui Xantho lavis amne crines.* Plaut. Amphit. a. 5. ſc. 1. *Poſtquam peperit pueros, lavere juſsit nos.* Ibid. *Vt ſubitò, ut properè, ut validè tonit?* Lucret. l. 3. *Caligare oculos, ſonere auris, ſuccidere artus.*

Lavo 3æ.

Tono 3æ.

Secunda Conjugatio.

Es dat ui, &c. Sorbeo, habet *ſorbui.* Cicero in Bruto. *Sed hunc quoque abſorbuit æſtus quidam non inſolitæ adoleſcentibus gloriæ.* Idem pro Muræna. *Difficultatem exſorbuit*, & Philip. 2. *Sanguinem civilem reſorbuit. Sorpſi* rarò admodum legitur, idque ab antiquo *ſorbo* tertiæ, quod Barbariſmi damnat Probus, nec probat Caper. Eſt tamen *abſorpſit* apud Lucanum l. 4. *Abſorpſit penitus rupes, & tecta ferarum. Mulgeo* habet *mulſi*, & olim *mulxi* Supinum *mulctum*; hinc *permulctus.* Saluſt. l. 4. Hiſtor. apud Priſcianum, *Verbis permulcti. Leo, pleo, niveo*, inuſitatu niſi in Compoſitis. *Ferveo* duplex habet præterium, *fervi* ab antiquo *fervo* tertiæ, & *ferbui* ab antiquo *ferbeo.* Priſcian. l. 9. Horat. l. 1. ſat. 2. ---- *Mea cum conferbuit ira.*

Sorbeo.

Mulgeo.

Leo, pleo, niveo.

Ferveo.

Tertia Conjugatio.

Bo, fit bi, &c. Cumbo ſimplex inuſitatum, Compoſita frequenti in uſu. *Cumbo* 3æ, & *cubo* 1æ, ejuſdem ſunt ſignificationis, idem habent præteritum, & eandem admittunt Compoſitionem: ut *accubo, as, ui, accumbo, is, ui, incubo, as, ui, incumbo, is, ui*, niſi quòd *excubo, ſecubo*, & *ſupercubo*, non admittunt *m*, *diſcumbo, ſuccumbo*, non amittunt *m*. Cætera vel abjiciunt *m*, & ſunt primæ; vel aſſumunt *m*, & ſunt tertiæ, *decumbo*, tamen & *procumbo* rarò ſine *m*.

Cumbo.

Do fit di, &c. Antiquum *plodo*, (neſcio an unquam in uſu) pro *plaudo* facit *ploſi*, unde compoſita *complodo, explodo, ſupplodo, complоſi, explоſi, ſupploſi.* Cicero 1. de Orat. *Nemo in illo judicio ſupploſit.* Quidam hæc faciunt Compoſita à *plaudo.* *Tendo* facit *tetendi*, & *tendi.* Senec. Hercul. furen. *Et quæ plena rates carbaſa tenderant.* *Cudo* facit *cudi.* Columel. l. 3. c. 9. *Quæ nondam excuderunt, cuſi* non lego. *Do.* *Plodo.* *Tendo.*

Go fit xi, &c. Simplex *pungo pupigi* tantùm, Compoſita *punxi* *Pago* antiquum pro *paciſcor*, Præteritum *pepigi* ut docet Quintilian. l. 1. c. 9. Legitur *pago* apud autorem ad Herennium l. 2. *Hoc modo rem ubi pagunt, oratione pagunt.* *Pango panxi.* Columel. l. 11. c. 2. *Olearem taleam oportet quum pauxeris, ſimo & cinere miſtis oblinere,* olim *pegi, pactum.* Pacuvius apud Priſcianum, *Tonſillam pegi lævo in litore.* Cicero 1. de legib. *Requiri placere terminos, quos Secrates pegerit,* i. e. panxit. Et hinc Compoſita, *compingo, compegi, compactum, impingo, impegi, impactum, oppango, opegi oppactum.* Plaut. Curcul. a. 1. ſc. 1. ---- *ubi ſuavium oppegit, fugit.* *Go.* *Pungo.* *Pago.* *Pango.*

Lo fit ui, &c. *Lo* cum ſimplici *l*, mutatur in *lui*, ut *colo colui*, cum duplici *ll*, in *li*, ut *pſallo, pſalli, vello velli*, nam hoc Preteritum longè uſitatius. *Vulſi* (ut ajunt) Poetæ finxerunt poſt tempora Ciceronis, hinc *revulſi.* Ovid. *Aurea Phrixeæ terga revulſit ovis.* Ciceroni & Virgilio ſemper *revelli.* *Cello* ſimplex in uſitatum Compoſita, *antecello, excello, præcello, ui*, niſi hoc à verbis ſecundæ Conjugationis. Plaut. Pſeudol. a. 2. ſc. 3. *Vt quisque fortunâ utitur, ita præcellit.* Cicero. epiſt. 1. ad Filium, *Lo.* *Vello.* *Cello.*

lium, apud Priſcianum l. 10. *Quare effice ut excelleas. Percello perculi*, non *perculſi*, illud enim Terentii And a. 1. ſc. 1. *Percuſsit illico animum*, non *perculſit*. Virg. Æneid. 5. *Perculit, & fulvâ moribundum extendit arenâ.*

Mo. *Mo fit ui, &c. Mo*, longâ vocali præcedente, mutatur in *ſi*, ubi alii præponunt *p*, alii reſpuunt, ut *como compſi, promo prompſi, demo dempſi*: Aliter in *ui*, ut *vomo vomui*, ſed *premo, preſsi, emo, emi.*

No. *No fit vi, &c.* Simplex *temno* rarum, cujus loco *contemno* uſitatiſſimum. *Lino* habet *levi, lini*, & *livi*, ſed uſitatiùs *levi*. Horat. l. 1. od 20. *Græcâ quod ipſe teſtâ conditum levi*; & hinc compoſita *collino, collevi, illino, illevi, relino relevi, ſublino ſublevi*, *Livi* Columel. l. 12. c. 50. *Nova dolia vel ſerias craſſâ ſummi liverunt. Genui* eſt ab antiquo *geno. Pono* apud veteres *poſui*. Plaut. Aſinar. ac. 3. ſc. 1. *Quin pol ſi repoſivi remum*; & Curcul. a. 4. ſc. 3. *Quas ego apud te depoſivi.*

Lino.

Crepo. *Po fit pſi. Crepo* tertiæ Conjugationis non lego.

Sero. *Ro fit vi, &c. Sero* pro planto, & ſemino *ſevi ſatum*: quam formâ ſequuntur & Compoſita, quæ Simplicis ſignificationem retinent, hoc eſt, quæ ad rem ruſticam pertinent. Quæ autem à Simplicis ſignificatione recedunt, habent *ſerui ſertum*, ſic *aſſero*, juxtà ſero, *aſſevi aſsitum*, pro affirmo *aſſerui aſſertum*, *conſero* pro ſimul ſero, *conſevi conſitum*, pro miſceo, aut certo *conſervi conſertum*, *diſſero* pro diſſemino *diſſevi diſsitum*; pro diſputo, *diſſerui diſſertum*. Simplex autem *ſerui ſertum* tunc utaris licet, quando apud claſſicum aliquem ſcriptorem reperias. *Sero* etiam pro planto, & ſemino apud Catonem & Ennium habet *ſerui ſertum* teſte

Priſci-

Priſciano l. 10. *Tero* aliquando *teruï*. Tibul. l. 1. eleg. 4. *Aut operi inſuetas atteruiſſe manus.* *Tero.*

So, velut hæc, arceſſo, &c. Capeſſo facit *capeſſivi*, & interdum per Syncopen *capeſſi*, & item *laceſſo laceſſivi*, & *laceſſi*. Tacit. l. 15. *Quòd & pugnam manu capeſſivit*. Idem l. 13. *Sed qui nondum honorem capeſſiſſet*. Cicero pro domo ſuâ; *Nos te, Antoni, nullâ laceſſivimus injuriâ*. Idem Philip. 2. *Vltro maledictis me laceſſiſti*. Supina *capeſſitum, laceſſitum* Tacit. l. 6. *Meliora capeſſiturum Macrone duce*. Virg. Æneid. 7. ---- *Aeraque fulgent Sole laceſſita. Inceſſo inceſſi tantùm*; Cæſar l. 3. bel. Gal. *Exercitui quidem omni tantus inceſſit ex incommodo dolor*. Tacit. l. 3. *Quoties valetudo adverſa Flaminem Dialem inceſſiſſet*; Gellius l. 1. c. 2. *dixit inceſſui. Objurgatione juſtâ inceſſuit. Faceſſivi*, quod ſciam, non legi, *faceſſi* ſæpe. Tacit. l. 20. *Nulli unquam ſub Nerone periculum faceſſiſſet*. Cicero in Verrem. 1. *Ne innocenti periculum faceſſeris*. Legitur tamen *faceſſitum* in Supino: Cicero in Verrem. 6. *Antiquam audiſſent ei negotium faceſſitum*. Quod ſecundùm analogiam formari debet à præterito *faceſſivi*. *Accerſio* apud Livium Conjugationis 4æ. l. 1. decad. 3. *Placere itaque patrem accerſiri*. Sic *laceſſio* apud Columellum l. 9. c. 8. *Solent cœli novitate laceſſiri*. *Pinſo* primæ Conjugationis apud Varronem l. 1. c. 63. *Vt in piſtrino pinſetur ac torreatur*, & olim 4æ. Ennius apud Varronem l. 4. de L. L. ---- *Cubitis pinſibant humum*. Antiquum *depſo* præteritum *depſui*. Cicero l. 9. epiſt. 22. *Batuit, inquit, impudenter, depſit multò impudentiùs*. Catullus car. 75. Cato de R. R. *Vbi* *So.* *Capeſſo.* *Laceſſo.* *Inceſſo.* *Faceſſo.* *Accerſio. 4æ.* *Laceſſio. 4æ.* *Pinſo. 1æ.* *Pinſio. 4æ.* *Depſo.*

Per depsuit sensu obsceno.

depsueris, aliam aquam infundito, Idem, *Deinde manibus bene depsito.*

Sco. Conquiniſco.

Sco fit vi. Conquiniſco apud vetuſtiſſimos *conquexi.* Pomponius citante Priſciano l. 10. *Ad eum ut conquexi.*

To. Siſto.

To fit ti, &c. Siſto Activum *ſtiti* facit, Neutrum *ſteti.* Gellius l. 2. c. 14. *Siſto* ſignificat retinere, comparere. Plin. l. 22. c. 25. *Panis nauticus bis coctus ſiſtit alvum.* Cicero Offic. 3. *Vas factus eſt alter ejus ſiſtendi.* Idem ad Attic. l. 10. epiſt. 17.

Meto.

Te vegetum nobis in Græcia ſiſte. Meto meſſui. Cato apud Priſcianum. l. 10. *In campo Tyburti, ubi hordeum demeſſui.*

Pecto.

De *Pecto* ſic Priſcianus: *Plerique pexui à pecto protulerunt, Chariſius pexi, Mæcenas in Octavo; Pexiſti capillum naturæ muneribus gratum. Aſper tamen pectivi.*

Vo. Nexo.

Vo fit vi, &c. Nexo 3æ. apud Accium in Deiph. citante Priſciano l. 10. *Omnibus manibus neximus*: in uſu jam eſſe deſiit. Illud Virgilii quod Priſcianus affert Præteritum τῦ nexo. Æneid. 5. *Et paribus palmis amborum innexuit armis*, Diomedes adducit, ut doceat *necto nexui* facere, quod etiam *nexi.* Lucil. l. 4. ---- *Tum retia nexit.* Propertius l. 3. el. 9. *At tibi quinoſtro nexiſti retia lecto.*

Cio. Lacio.

Fit cio ci, &c. Simplex *lacio* obſoletum, quo uſus Lucretius l. 4. Compoſita *allicio, illicio, pellicio, lexi,* at *elicio elicui.* Ovid. in Ibin. *Elicuit pluvias victima cæſis aquas.* Quomodo apud veteres & cætera Compoſita, ut *allicui, pellicui* Priſcian. l. 10. *Specio* ſimplex inuſitatum.

Specio. Pio. Sapio.

Fit pio pi, &c. Sapio uſitatiùs *ſapui,* vel minutum *ſapii.* Martial. l. 9. epig. 6. *Nubere vis Priſco, non miror*

miror Paula, ſapiſti. Terent. Heauton. a. 4. ſc. 7. *Cum te intelligo reſipiſſe.* Integro uſus eſt Cicero ad Attic. l. 4. epiſt. 5. *Vix aliquando te autore reſipivi.* Fuit olim, teſte Diomede, 4æ. Conjugationis, ejuſque Infinitivus *reſipire.* *Tio*, *ſi.* Simplex *quaſi vix* legitur, videtur autem *quatio* olim habuiſſe *quaſi*, unde, *quaſſa rates*, Horat. l. 1. od. 1. & *quaſſo*, *Frequentativum.* *Tio.* *Quatio.*

Denique ua fit ui, &c. *Pluo* facit *plui*: *pluvi* antiquum eſt quaſi à *pulveo.* Livius l. 5. decad 3. *In Albano monte biduum continenter pluvit.* Plaut. in prologo Menæch. *Nam rus ut ibat fortè, ut multum pluverat.* Compoſita ſemper *plui*, ut *compluo complui*, *depluo deplui.* *Vo.* *Pluo.*

Quarta dat *is ivi, &c. Salio, to ſalt, ſalivi, to leape*, *ſalivi*, & *ſalii* per Syncopen ab antiquo *ſalivi.* Virg. Geor. 2. *Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres.* Livius l. 4. d. 5. *habet ſepiiſſent* pro *ſepſiſſent*, quaſi à *ſepivi.* *Ideo cum munimentis ea ſepiiſſent*: niſi fortè librariorum negligentiâ *i* irrepſit pro *ſ.* *Haurio* antiquè *haurivi*: Varro ad Ciceronem apud Priſcianum l. 10. *Cum inde haurierint*: unde hauritum Apuleio Metam. 2. 3. 4. *Sancio* etiam antiquè *ſancivi*, unde *ſancitum.* Præteritum verbi *Amicio* rariùs occurrit, idque tantùm, ut opinor apud antiquiores, quod alii faciunt *amicivi*, & *amixi*, alii *amicui & amixi.* Pro amicui profert Diomedes Brutum in laudatione Appii Claudii. *Quæ te toga prætexta amicuit?* pro *amixi* Varronem. *Sceleris magiſter amixit.* Sed neutrum valde uſitatum, licet *amixi* magis placet, tum ob Varronis autoritatem, tum quód inde formetur Participium *amictus.* Cicero Philip. 2. *Sedebat in roſtris collega* *Quarta Conjugatio.* *Salio.* *Sepio.* *Haurio.* *Sancio.* *Amiſcio.*

Cambio. *Raucio.* *tuus amictus togâ purpureâ. Cambio campſi*, antiquum eſt. Priſcianus l. 10. de Præterito 4æ. conjugationis addit *raucio rauſi*, profertque teſtimonium ex Cicerone 1. de Orat. *At Aeſopum ſi paulùm irrauſerit explodi*; pro quo hodie legitur *irraucuerit* ab irrauceo 2æ. videtur tamen feciſſe *rauſi rauſum* ex illo Lucilii l. 10. *Rauſuro tragicus carmina perdit Oreſte.*

Accidit aliquando ut diverſa verba idem ſortiantur Præteritum; ut, *aceo & acuo acui, mulceo, & mulgeo mulſi, fulgeo, & fulcio fulſi, pendeo, & pendo pependi, paveo & paſco pavi, luceo, & lugeo luxi.*

CAP. XII.

De Præterito Compoſitorum.

GEminantia in Præterito primam ſyllabam Præſentis. ---- *Syllaba at illa Quam ſimplex geminat, &c.* Sunt 23. Verba, quæ primam ſyllabam Præteriti geminant. Primæ Conjugationis, *do, & ſto.* Secundæ, *mordeo, pendeo, ſpondeo, tondeo.* Tertiæ, *cado, cædo, cano, curro, diſco, fallo, pago, parco, pario, pedo, pello, pendo, poſco, pungo, tango, tendo, tundo.* Quæ Compoſita duplicationem rejiciunt, exceptis iis quæ ſequentibus regulis continentur, viz. *excurro, decurro, percurro, præcurro*, quæ reduplicationem modo retinent, modo abjiciunt, & quæ componuntur à *do, ſto, diſco, poſco*, quæ reduplicationem ſemper ſervant. *Repungo, repunxi, & repupugi.* Alia Compoſita *punxi* tantùm, ut *compunxi, diſpunxi.* Suetonius in Galba c. 18. *Cum*

Repungo.

Tuſcu-

Tuſculanum excucurriſſet, nihil invenit præter tepidam in ara favillam. Cæſar l. 2. bel. Gal. *Ad cohortandos milites, quam in partem ſors tulit decucurrit.* Hirtius l. 8. bel. Gal. *Cum omnes regiones Galliæ Cæſar percucurriſſet.* Plaut. Stich. a. 2. ſc. 5. *Sed ego huc citus Præcucurri.* Legitur & *deſpopondi* apud Plautum. Trinum. ſc. 7. *Lesbonicum ſuam ſororem deſpopondiſſe,* & in Truculen a. 4. ſc. 3. ---*Cui aliam priùs deſponderas.* Excurro. Decurro. Percurro. Præcurro.

Veteres hæc quibus eſt reduplicatio per *e* protulerunt, ad imitationem Græcorum, ut *memordi, pepoſci, pepugi, ſpepondi, tetuli,* quod multis teſtimoniis confirmat, Gellius l. 7. c. 9 Et hinc, quæ adhuc in uſu manent, *tango tetigi, cado cecidi, cædo cecîdi, pareo peperi, fallo fefelli.* Livius l. 5. d. 5. dixit *pendiſſent* ſine reduplicatione. *Dimidium ejus quod regi pendiſſent.*

Aplico compoſitum cum ſub, &c. Supplico, & omnia quæ ex Nomine componuntur, formant Præteritum in *avi* tantùm, ut, *duplico, triplico, multiplico.* Hæc verò *applico, complico, implico & explico, avi, vel ui:* Supina *atum* vel *itum.* Sed *applico* cum ad navigationem ſpectat, fere *applicui,* *explico* pro explanare *explicavi*; *replico replicavi replicatum, replcui & replicitum* vix invenies. Et hæc pro duplici Supino duplex ſortiuntur præteritum in *atus,* & *itus,* licèt *applicatus* & *complicatus* ſint frequentiora. Participia autem in *rus* deducuntur fere à Supinis in *atum,* à cæteris rariùs. *Impliciturus* Ovidio Faſt. 5. *Sertaque cæleſtes implicitura comas.* Compoſita à Plico.

Vult oleo ſimplex olui, &c. Simplex *oleo* nunc Præteritum habet *olui* tantùm, Supinum *olitum* (ſi modò Compoſita ab olio.

do uſpiam inveniantur) quam formam ſequuntur omnia Compoſita, quæ Simplicis ſignificationem retinent, hoc eſt, quæ ſignificant odorem emittere; ut, *redoleo redolui redolitum*, ſic *ſuboleo, oboleo, peroleo.* Quæ autem à Simplicis ſignificatione diſcedunt, Præteritum habent in *evi*, Supina in *etum*, ut *ableo, exoleo, obſoleo, inoleo, adoleo*, de ſacrificiis *adolui*, de ætate *adolevi*. Varro tamen l. 3. Rhetor. apud Priſcianum l. 9. dixit *adolui* de ætate. *Poſtquam adoluerit hæc juventus*, & Attius Caſſius apud Diomedem l. 2. de ſacrificiis, *adolevi: Vbi integrum anſerem adoleverant*: ſed Priſcianus legit *adoluerit*. At pro *exoleo, obſoleo, inoleo, & adoleſco*, & ex his *aboleo* Supinum habet *abolitum* non *aboletum*, & *adoleſco adultum: inoleo* caret Supinis. Quintil. l. 1. c. 9. *Sed abolita atque abrogata retinere, inſolentiæ cujuſdam eſt.* Simplex *oleo* apud priſcos etiam *olevi*: nec non Compoſita ea quæ ſervant ſignificationem Simplicis. Lucret. *Quis totam ſic corpus jam peroleſſe biſulcis*, pro *peroleviſſe*.

compoſita à Do. Abſcondo.

Natum à do, &c. Abſcondo ſecundùm Priſcianum l. 10. *abſcondidi*, citatque Plautum in Carbon. *Secundum ipſam aram aurum acſcondidit.* Sil. l. 8. *Vitreiſque abſcondidit antris.* Cum quo ſentit Nonius Marcellus, qui vult *abſcondi* apud priſcos poni pro *abſcondidi*. Alii autem dicunt *abſcondi* eſſe Præteritum uſitatum, *abſcondidi* antiquum, quod vero propius. Senec. l. 3. de Beneficiis. *Bello civili proſcriptum dominum ſervus abſcondit.* Lucan. l. 10. ---- *Craſſumque trabes abſconderat aurum.* Gellius l. 17. c. 9. *Epiſtolam ſcriptam ſuper rebus arcanis hoc modo abſcondiſſe.*

Natum

Natum à ſto, ſtas, &c. Legitur *reſtavi* apud Propertium l. 2. el. ult. *Nec ſi poſt Stygias aliquid reſtaverit undas.* *Reſto.*

Hæc à compoſitis mutant in e, &c. Sunt tamen pauca ex his quæ aliquando retinent *a*, ut à *tracto* fit *retracto* vel *retrecto*, *pertracto* vel *pertrecto*. Virg. Æneid. 7. *Agmina in arma vocat ſubitò ferrumque retractat.* Cicero Tuſcul. 4. *Ea quæ rem continent pertractemus. A lacto ablacto* non *ablecto*. Sunt alia quædam hac regula non expreſſa, quæ in aliquibus Compoſitis mutant *a* in *e*, ut ab *halo* fit *anhelo*, à *mando*, *commendo*, à *patior perpetior*. Cætera retinent *a*, ut *exhalo*, *amando*, *demando*, *&c.* Veteres *deſcendidi* dixere pro, deſcendi. Gellius l. 7. c. 9.

Dejero, & *pejero* à *juro* mutant *u* in *e*, cætera *u* Simplicis retinent, ut *adjuro*, *conjuro*. Legitur autem *dejuro* apud Plautum Rudent. a. 5. ſc. 2. ---*Dejura te mihi argentum daturum.* Perjuro apud Horatium l. 2. ſat. 3. ---- *Quare Si quidvis ſatis eſt, perjuras, ſurripis, vufers.* *Dejero.* *Pejero.*

Hæc habeo lateo, &c. Occano Tacit. l. 2. *Tum Sentius occanere cornua, tubaſque juſsit.* *Occano.*

Compoſita à claudo, &c. Pro *claudo* ſæpe apud Senecam & Martialem, & nonnunquam etiam apud alios dicitur *cludo*. Senec. a. 2. *Reduces quis deus cludat vias*, ibid. *Corporibus amnes cluſit.* A *lavo* Compoſita, quæ rejiciunt *a*, ſunt tertiæ Conjugationis, quemadmodum olim Simplex *lavo*. Aliqui volunt hæc componi à *luo*; ſed reclamat ſignificatio. *Cludo.* *Lavo.*

Hæc ſi componas ago, &c. Hæc teſte Priſciano vocalem Præteriti ideo immobilem habent, quòd *e* longum Compoſitio nequit mutare. Phocas, & Diomedes deducunt *adimo* à *demo*, *alii* ab *emo*. *Adimo.*

Composita à facio.

Nil variat fâcio, &c. Compoſita à *facio* cum Præpoſitione habent Paſſivum regulare, ut *efficior, perficior, inficior*: cætera pro Paſſivo habent *fio*, ut *oleſio, caleſio*; licèt in his Inchoativa ſint uſitatiora, & elegantiora, *oleſco, caleſco.*

Negligo.

A lego nata, &c. Negligo olim *neglegi.* Æmilius Macer apud Priſcianum l. 10. *Omnium noſtrûm neglegerit autoritatem.*

CAP. XIII.

De Supinis Verborum.

NVnc ex Præterito, &c. Vocalis Præſentis manet in Supino, licèt mutetur in Præterito, ut *cado, cecidi, caſum*; *cædo, cecidi, cæſum*; *facio, feci, factum.*

Pandi.

Di fit ſum, &c. Veteres à *pandi*, dixerunt *paſſum*, non *panſum*, quod recentioribus in uſu. Æneid. 3. *Et pater Anchiſes paſsis de littore palmis.* Æneid. 2. ---- *Paſsis Priamëia virgo Crinibus. Diſpandi diſpanſum*, antiquè *diſpendi diſpeſſum. Expandi expaſſum vel expanſum.* Gellius l. 15. c. 15.

Tundo.

Syllaba Præteritum geminat quum, &c. Tundo tutudi tunſum, & tuſum. Tunſum. Virg. Geor. 3. *Proderit & tunſum gallæ admiſcere ſaporem.* Geor. 4. *Quum graviter tunſis gemit area frugibus, & quum, &c.* Æneid. 1. *Suppliciter triſtes & tunſæ pectora palmis. Tuſum* paſſim apud Plinium l. 22. c. 13. *Radix tuſa cum aceto non minùs utilis*, & c. 21. *Folia tuſa in paſtillo digerunt*, & c. 25. *Panis tuſus atque iterum coctus.* Compoſita autem omnia *tuſum* tantùm,

tùm, ut *contuſum, obtuſum, &c.* Ex compoſitis à *tendo, attendo, contendo, diſtendo,* habent *tentum* ſolùm in Supinis, *extendo, intendo, tenſum & tentum, oſtendo* meliùs *oſtenſum,* eſt & *oſtentum* Priſcis, unde Nomen *oſtentum. Peditum* ſupinum non facilè invenies, at *peditum* Verbale, Catullus car. 55. *Subtile & leve peditum Libonis.* *Tendo.* *Peditum.*

Mi, ni, pi, qui, tum, &c. Linquo ſimplex caret Supinis, Compoſita habent, ut *reliqui relictum, deliqui delictum. Cæpio* Præſens inuſitatum, legitur apud Plautum. Menæch. a. 5. ſc. 5. *Neque ego inſanio, neque pugnas, neque liteis cæpio.* *Linquo.*

Si ſit ſum, &c. Permulctus apud Gellium pro *permulſus* l. 1. c. 11. *Permulcti ſonis mitioribus.* Legitur *hauſurum* ab *hauſum.* Æneid. 4. *Supplicia hauſurum ſcopulis*; olim etiam *hauritum,* quo uſus eſt aliquoties Apuleius ab antiquo Præterito *haurivi. Torſum* reperitur apud vetuſtiſſimos, ſed jam exolevit. Cato de Origin. apud Priſcianum, in 2ª. conjug. *Propterea. Marrucini vocantur de Marſo detorſum nomen. Indulſum* vix reperies. *Permulctus.* *Haurio.* *Torqueo.* *Indulgeo.*

Vi ſit tum, &c. Venum Nomen eſt, non Supinum, quod conſtat ex illo Tacit. l. 13. *Militibus immunitas ſervaretur, niſi in iis qui veno exercerent*; deinde *venio* componitur à *venum,* & *eo*; at nullum Verbum componitur à ſuo Supino, cum hoc ab eo derivetur. Componitur etiam cum *do,* ut *venundo,* pari ratione qua *peſſum* cum *do,* unde *peſſundo.* Dicitur autem *venum ire,* & *peſſum ire,* & *venum dare,* & *peſſum dare.* An *ſingultum,* an *ſingultitum* ſit Supinum *ſingultivi* non liquet, tutius eſt abutroque abſtinere. *Sepelivi ſepultum,* quod contractum à *ſepelitum,* quo uſus Cato in Thermis *Venco.* *Singultio.* *Sepelio.*

apud Priſcianum l. 9. *Mortuus eſt, ſepelitus eſt.*

Alo. *Quod dat ui dat itum, &c.* Participium *altus* uſitatum, *alitus* rariùs, quo tamen uſus Valer. Max. l. 5.

Pinſo. c. 4. *Matrem uberibus nata alitam eſſe. Pinſui* habet multò frequentiùs *piſtum*, at aliquando *pinſitum*, & *pinſum*; *piſtum* autem & *pinſum*, Syncopata à *pinſitum*. Columel. l. 12. c. 27. *Irim bene pinſitam*, & l. 2. c. 9. & l. 8. c. 4. Vitruvius l. 7. c. 1. *Idque pinſum abſolutum, ne minus pede ſit craſſum.*

Careo. *Careo carui caritum, caſſum* Nomen eſt. Ita Priſcianus l. 11. cap. de Temporibus. *Addunt*, inquit, *quidam etiam à careo caſſus: quod ſi eſſet, deberet & caſſurus facere futurum, non cariturus, quod Iuvenal.* ſat. 2. *protulit.* ---*Tollere dulcem Cogitat hæredem cariturus turture magno*: *ergo caſſus magis eſt Nomen, ſicut laſſus, & maximè cum vanum ſignificat, ut, Caſſa fraude parat.*

Recenſeo. *Hæc ſed in mutant, &c.* Compoſitum *recenſeo* facit *recenſum*, & *recenſitum*: Claudian. in Eutrop. l. 2. *Priſca recenſitis evolvite ſecula faſtis.* Sueton. in Juli. Cæſare c. 41. *Qui recenſiti non eſſent*: niſi hoc

Pecto. fiat ab antiquo *recenſio* 4æ. A *pecto* non ſolum *pexum*, ſed & *pectitum* apud Columel l. 12. c. 3. *Præparatæ ſunt & pertitæ lanæ.*

Sanxio. *Xi fit ctum, &c. Sanxi* uſitatiùs *ſancitum* ab antiquo Præterito *ſancivi*, aliquando *ſanctum*. A *fluo*

Fluo. *fluxum*, olim & *fluctum*, unde *fluctus*. *Ringo* nuſquam legi puto; eſt quidem *ringor* Deponens.

Ringo. Terent. Phorm. a. 2. ſc. 2. *Ille ringitur, tu rideas.*

Accidit aliquando ut diverſa Verba idem ſortiantur Supinum, ut *ſuccenſeo*, & *ſuccendo*, *ſuccenſum*, *pando & patior paſſum*, *maneo*, & *mando*, *is*, *manſum*, *verro*, & *verto*, *verſum*, *vinco*, & *vivo victum.*

Com-

Compoſitum ut ſimplex, &c. Compoſita à *ſiſto*, ſi habent Supina, *ſtitum* faciunt: ſed ſatius eſt ab eorum uſu abſtinere. Compoſita à *ſto* habent *itum*, ut *aſto, aſtiti, aſtitum*; ſic *conſto, diſto, ſuperſto, &c.* At *præſto, præſtiti, præſtitum, & preſtatum, reſto, reſtiti, & reſtatum.* Participia autem in *rus* fiunt multò frequentiùs à Supinis in *atum.* Martial. l. 10. ep. 41. *Conſtatura fuit Megulenſis purpura centum.* Quintil. l. 2. c. 12. *Video quoſdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi.* Plin. l. 12. c. 22. *Exſtatura etiamnum duabus gemmis. Præſtaturus* vero & *præſtiturus* communiter dicuntur. Cicero. l. 11. epiſt. 9. *Vtrumque me præſtaturum ſpero.* Idem l. 6. ep. 8. *Se præſtituros nihil ex eo te offenſionis habiturum.* Simplex *edo eſum* tantùm habet, quo modo etiam omnia Compoſita præter *comedo*, quod aliquando *comeſtum*, ut quidam volunt, ſed *comeſum* eſt melius.

Siſto.

Sto.

Brutus ad Ciceronem.

CAP. XIV.

De Præterito Deponentium.

PRæteritum quæris ſi Deponentibus, &c. In *or* deſinentia Præteritum proprium non habent, ſed Participium præteriti temporis cum Verbo *Sum*, vicem ejus ſupplet. Deponentium Præterita à Supinis ad analogiam Activorum fingendis formantur: ſic verbi cauſâ, ex Deponenti *arbitror* finge *arbitro*, hinc fiet *arbitravi arbitratum*, ex *polliceor polliceo*, hinc *pollicui pollicitum*, ex *fungor fungo*, hinc *funxi functum*, ex *largior largio*, hinc *largi-*

givi largitum, omnia ſecundùm analogiam ſuarum Conjugationum. Ex his Supinis jam conſtituas Participia præteriti temporis, & iis addas verbum *Sum*, & inde tibi enaſcentur Præterita, *arbitratus ſum, pollicitus ſum, functus ſum, largitus ſum.* Quæ verò præter analogiam formantur, comprehenduntur ſubſequente exceptione, viz. *A normâ hac quædam quæ deflexere notanda.* Quæ omnia ſunt tertiæ Conjugationis, præter *reor, miſereor, fateor* 2æ, *experior, opperior, metior, ordior, orior* 4æ. at *orior* præter *oriris* & *oriri*, nihil habet quartæ. *Metior menſus ſum*, addunt & interdum *metitus ſum*, citantque illud Curtii l. 3. 91. *Metitus animo univerſalem naturam illam.* *Opperior oppertus*, Terent. Phorm. a. 3. ſc. 2. *Vnam præterea horam ne oppertus ſies*, olim *opperitus*. Plaut. Moſtel. a. 3. ſc. 2. *Seni otium non erat, id ſum opperitus.* *Nitor, nixus*, & *niſus, enitor* pro pario *enixus ſum*, pro elaboro *eniſus*, licèt aliquando confundantur. Saluſt. in Jugurth. *Ab adoleſcentia ita ſe enixum, ut ab optimo quoque probaretur.* Cætera compoſita Præteritum fere in *xus* habent, præter *adnitor adniſus* vel *adnixus*. Livius l. 4. *Patres ſummâ ope adniſi ſunt.* Virg. Æneid. 5. *Cymothoe ſimul et Triton adnixus acuto Detrudunt naves ſcopulo.* *Reor* caret Participio Præſentis temporis. *Fruor fruitus ſum*, Cicero Tuſcul. 3. *Eum eſſe beatum, qui præſentibus voluptatibus frueretur, confideretque ſe fruiturum.* Nevius apud Gellium l. 17. c. 2. *Qui non parſit, apud ſe fruitus eſt.* Olim *fructus ſum*, unde *perfruor perfruitus* vel *perfructus*. Cicero in Hortenſio apud Priſcian. l. 10. *Et amænitate ſummâ perfructus eſt.* Lucret. l. 13. *Omnia perfructus vitæi præmia, marces.*

Metior.

Opperior.

Nitor.

Reor.

Fruor.

Pro

Pro *fruor fruiſcor* antiquè Nevius apud Gellium. l. 17. c. 2. *Quo magnopere quæſierunt, id fruiſci non queunt.* *Tuor* cum compoſitis tertiæ Conjugationis antiquatum, reperitur tamen apud Ovidium de morte Druſi. *Nunc ego te infelix ſummum teneoque, tuorque.* *Contuor* apud Lucretium l. 4. --- *In ſomnis ſæpe figuras Contuimur miras.* *Intuor* apud Senecam Agamem. a. 5. c. 2. *Amici fida præſidia intuor.* Horum loco ſucceſſit *tueor* cum ſuis compoſitis 2æ. conjugationis, quæ omnia *videndi* tantùm ſignificationem habent; niſi *contueor*, quod *videre* & *defendere* ſignificat, Præteritũ autem *tuitus ſum* ſecundùm analogiam: non eſt ergo ut excipiatur, *tutus* Nomen eſt non Participium. Quintilian pro Cæco. *Tuitus ſum adoleſcẽtis miſeri cauſam.* *Expergiſcor* olim *expergitus*. Lucil. l. 1. *E ſomno pueros cum mane expergitus clamo.* Apiſcor antiquum eſt. Lucret. l. 1. *Nec ratione animi quam poſſit apiſci.* Plaut. Prologo. Rudent. *Qui hic litem apiſcor.* Sæpe apud Tacitum l. 3. *Præbuit juveni materiam apiſcendi honoris*; & l. 6. *Dum dominationis apiſceretur.* ibid. *Ius apiſceretur in quatuordecim ordinibus ſedendi.* *Fatiſcor* exolevit, cujus meminit Gellius l. 17. c. 2. Ejus compoſitum *defetiſcor* eſt apud Terentium in Phorm. a. 4. ſc. 1. *Neque defetiſcar unquam ego experirier.* *Feſſus, defeſſus, indefeſſus* videntur Nomina potiùs quàm Participia.

Tuor. *Tuor.* *Expergiſcor.* *Apiſcor.* *Fatiſcor.*

CAP.

CAP. XV.

De Verbis Anomalis Præterito, aut Supinis.

De verbis quæ vulgò putantur habere duplex Præteritum, alterum Activæ, alterum Passivæ vocis.

REgulam de Verbis quæ geminum Præteritum habere putantur omisi, quòd pleriſque eorum unicum præteritum, idque analogium vocis Activæ. *Cænatus, pranſus, & potus*, apud optimos autores me legiſſe non ſum neſcius; ſed non ſunt hæc ejuſdem ſignificationis cum *cænavi, prandi potavi*: nec enim dicere licebit *cænatus ſum*, aut *pranſus ſum apud te*, ſed *prandi, & cænavi*. Audiantur hac de re Priſcianus l. 8. *Inveniuntur in o deſinentia, ſed non multa in quibus Præteritum perfectum per Participium ſolet demonſtrari, quæ Neutro-paſſiva artium ſcriptores nominant. Sunt autem hæc ſola, gaudeo gaviſus ſum, audeo auſus ſum, ſoleo ſolitus ſum, fido fiſus ſum, fio factus ſum.* Hæc ille. *Suetus* eſt à *ſueſcor*, Livius l. 2. *Charitaſque ipſius ſoli, cum longo tempore aſſueſcitur, animos eorum conſociâſſet.* *Caſſus* Nomen eſt, non Participium, utcunque nemo dixerit, *caſſus ſum* pro *carui*. *Paſſus* eſt à *pando* non à *pateo*, quod vel ipſa ſignificatio ſatis indicat. *Venditus* à *vendor* non à *veneo*. *Merui* à *mereo*: Plaut. Menæch. a. 2. ſc. 3. ---- *Hinc ultro fit ut meret.* Hæc quidem, *juro, & nubo* duplex habent Præteritum. Plaut. Curcul. a. 4. ſc. 4. *Quod fui juratus feci.* Idem Perſa. a. 3. ſc. 2. *Qui mihi juratus eſt ſeſe hodie argentum dare*, i. e. juravi, juravit.

Suetus.

Caſſus.

Paſſus.

Venditus.

vit. Idem Amphit. a. 2. ſc. 2. *Quid ego tibi deliqui, ſi cui nupta ſum, tecum fui?* i. e. nupſi. Quibus addas hæc Impersonalia, *libet, licet, tædet, pudet, piget, placet.* Plaut. Curcul. a. 5. ſc. 2. *Quia mihi libitum eſt.* Terent. And. a. 2. ſc. 6. *Dum licitum eſt illi.* Virg. Æneid. 4. *Si non pertæſum thalami tædæque fuiſſet.* Plaut. Bacchid. a. 3. ſc. 1. *Neque mei, neque te tui intus puditum eſt.* Silius Thebaid. 7. *Nec pigitum eſt parvoſque lares, humiliſque ſubire Limina cælicolam tecti.* Horat. l. 2. od. 17. --- *Sic potenti Iuſtitiæ placitumque Parcis.* Eſt & *placitæ ſunt* pro *placuerunt* apud Terent in prologo Hecyræ. ---- *Vbi cognitæ, ſunt Placitæ ſunt.*

Neutro paſsiva hæc ſic Præteritum, &c. *Confidi* apud Livium l. 4. d. 5. *Agros confiderunt ſe à populationibus tueri poſſe.* *Factus* & *faciendus* ſunt ab antiquo *facior*: *gaviſi, auſi, ſolui*, priſcis relinquenda. Caſſius Hemina 2. Annal. apud Priſcianum. *Idque admiratum eſſe gaviſi.* Cato pro L. Anton. apud eundem, *Non auſi recuſare.* Saluſt. l. 2. Hiſtor. apud eundem Priſcian: *Neque ſubſidiis uti ſoluerat.*

Neutropaſſiva. *Fido.* *Fio.* *Gaudeo.* *Audeo.* *Soleo.*

Quædam Præteritum Verba accipiunt aliunde, &c. Vetus eſt opinio, eaque Grammaticorum probæ notæ, inter quos Cariſius & Diomedes, Inchoativa carere Præterito. Non habet quidem aliud voce à Primitivis, at aliud ſignificatione. Terent Adelph. a. 4. ſc. 5. *Erubuit, ſalva res eſt*, i. e. factus eſt rubicundus: non fuit ruber, quæ ſignificatio Primitivi. Varro de R. R. l. 1. *Quoad perareſcat, furcillis verſari; cum peraruit*, de *his manipulos fieri.* *Sido* mutuatur Præteritum *ſedi* à *ſedeo.* Senec. de Benef. l. 2. c. 8. *Cum ſubſedit cupiditas, &c.* Columella proprio Præterito uſus eſt l. 12.

Mutantia Præteritum. *Inchoativa.* *Sido.*

c. 24. *Patiemur picem conſidere, & quum ſiderit, aquam eliquabimus.*

Fui. *Fui*, ab antiquo *fuo*. Plaut. Bacchid. a. 1. ſc. 2. ---- *Ne Phœnix tuis factis fuam.* Lucret. l. 4. *Vt quod aliis rebus eſt, aliis fuit acre venenum.* Æneid. 10. *Tros Rutuluſve fuat nullo*

Tuli. *deſcrimine habebo.* *Tuli* ab antiquo *tulo*, quod olim *tetuli*, ſic *ſuſtuli* ab antiquo *ſuſtulo*.

Carentia Præterito. *Præteritum fugiunt, &c.*

Furo. *Furo* apud Sedulium *furui*: *Nec minùs & Darii furuerunt juſſa tyranni.* Ipſum *furo* in primâ perſonâ vix reperitur, qua tamen uſum Varronem teſtatur Priſcianus l. 6.

Cerno. *Cerno* pro video olim *crevi*. Titinius apud Priſcian. *Simul ut pueras has noctu ſuſpirare crevi*, i. e. vidi. Plaut. Ciſtel. a. 1. ſc. 1. *Et mihi amicam eſſe crevi.*

Nideo. *Nideo* ſimplex inſolens.

Vado. *Vado* ſimplex caret Præterito, & Supinis. Illud quod profertur ex Martiali l. 12. ep. 5. *Arctatus labor eſt, & breve vaſit opus*, corruptum: libri emendatiores habent, *& breve raſit opus*. At Tertullianus dixit, de Pallio c. 3. *Hammon vaſit ovium dives.* Compoſita utrumque habent, *invado, invaſi, invaſum, evado, evaſi, evaſum.*

Ringor. *Ringor* olim habuiſſe Præteritum oſtendit Verbale *rictus*. Inchoativa ſive Inceptiva à Verbis deducta Primitivorum ſuorum obtinent Præteritum & Supinum: quæ verò à Nominibus fiunt, utroque carent, præter hæc, *conſaneſco conſanui* à *ſanus*, *evaneſco evanui* à *vanus*, *innoteſco innotui* à *notus*, *macreſco macrui* à *macer*, *manſueſco manſuevi* à *manſuetus*, *matureſco maturui*, à *maturus*, *obdureſco obdurui* à *durus*, *obmuteſco obmutui* à *mutus*, *obſurdeſco obſurdui* à *ſurdus*, *recrudeſco recrudui* à *crudus*: niſi fortaſſe & hæc ab antiquis Verbis deduci poſſe videantur. Præterito etiam carere videntur *glabreo*, *denſeo*, *ceveo*, *attollo*, &

ſuffero

ſuffero pro patior. Non *langueo*. Claudian de raptu: ---- *Animuſque relanguit atrox.*

Hæc raro aut nunquam, &c. Priſcianus à *lambo* formatlambitum, quem multi ſequuntur, ſed teſtimonium non video. Simplex *mico* caret Supinis; at *dimico dimicatum, emico emicatum.* Senec. de conſolat. ad Helviam c. 11. *Ad ſumma emicaturis.* *Ruditus* ſonus aſini à *rudivi*, quod à *rudio* 4æ. Conjugat. quo uſus Apulejus, Metam. 7. Apud quem in Phædone invenies etiam *diſciturus. Sic auditurum, ſic diſciturum. Frigeo* 2æ. caret Supinis: at frigo 3æ. *frictum. Annutum* & *renutum* ſunt apud Priſcianum, quem nonnulli alii ſequentes, volunt *nuo* cum compoſitis habere Supina, *nutum, abnutum, annutum, renutum*: quibus tunc utaris licebit, quum apud idoneum aliquem autorem reperies. A *cado* hæc tria, *occido, recido, incido,* habent Supina, reliqua carent. Cicero pro Milone; *Aut in ejuſdem exitio occaſura eſſe jubeatis.* Idem ad Attic. l. 4. ep. 16. *Id ego puto, ut multa ejuſdem ad nihil recaſurum.* Plin. l. 2. c. 27. *Quia incaſura erant illa. Metutum* habet Lucretius l. 5. *Nam cupidè conculcatur nimis ante metutum. Luo* non videtur carere Supinis, eſt enim *luiturus* apud Claudian. de conſul. Honorii. *Vaſtato tandem pœnas luitura profundo.* Tantum abeſt ut *parco* careat Supinis, ut duplex obtinuerit pro duplici Præterito, *parſi parſum* unde *parſurus*, & *peperci parcitum* ab antiquo *parcui*. Nævius apud Nonium; *Suo labori nullus parcuit.* Plin. l. 33. c. 4. *Italiæ parcitum eſt veteri interdicto patrum. Lingo linctum* habet Plin. l. 35. c. 15. *Prodeſt ut ſuſpicioſis linctum. Calvo, quinisco, batuo,* & *cluo,* quia antiqua, licèt ſupinis careant, omiſimus, quoniam pueris non uſui. Eſt

Carentia Supinis. *Lambo.* *Mico.* *Rudo.* *Diſco.* *Frigeo.* *Nuo.* *Occido.* *Recido.* *Incido.* *Metuo.* *Luo.* *Parco.* *Lingo.* *Calvor.*

& *calvor.* Plaut. Caſin. a. 1. ſc. 3. *Nam ubi domi ſola ſum, ſopor manus calvitur.* Lucil. l. 17. *Si non it, capito, inquit, eum; & ſi calvitur, ergo Endo manum jacito.*

Exceptis oleo, doleo, &c. Ex Neutris ſecundæ Conjugationis, quorum Præteritum deſinit in *ui*, hæc ſola habent Supina, *oleo, doleo, placeo, &c.* *Oleo* facere *olitum* in Supinis affirmant multi, iique de meliore notâ, ſed nuſquam adhuc invenire potui. *Oletum* autem, quod locum ſignificat malè olentem, non ſtercus, ut vulgò putatur, non eſt à Supino, ſed præſenti. In cæteris oſtendam, ſi non ipſa Supina, at Participia inde formata. Horat. l. 1. ſat. 10. ---- *Doliturus ſi placeat ſpe Deteriùs noſtrâ.* Virg. Æneid. 12. *Haud placitura refer.* Horat. l. 1. ſat. 6. *Aut ſcripto quod me tacitum juvet.* Juſtin. l. 1. *Nudim fœminæ parituris.* Juvenal. ſat. 2. --- *Carituras turture magno.* Cæſar. l. 5. bel. Gal. *Ipſi vero nihil nocitum iri.* Statius Thebaid. 7. ---- *Haud vetito nudùs jaciture ſepulchro.* Plin. l. 17. c. 21. *Eadem valitura in omni genere.* Ovid. Metam. 13. ---- *Calituraſque ignibus aras.* *Pateo* caret Supinis, *paſſum* enim eſt à *pando*, non à *pateo*; quod ex ſignificatione ſatis manifeſtum. Item *inoleo, conticeo, reticeo, deliteo, antecello. Coaleo coalitum* habet: Tacitus l. 15. *Coalitam libertate irreverentiam eò prorupiſſe.* Gellius l. 12. c. 1. *Cujuſque ex ſanguine concretus homo, & coalitus ſit.* Habere hæc omnia Participia, quæ Supinis ortum debent, optimorum autorum ſuffragio comprobatum; at hinc habere etiam Supina, apertè pronunciare non auſim. Quis enim neget mortuus, & moriturus eſſe Participia? at eorum Supina quis uſpiam legerit?

Oleo.

Voſſius de Analogiâ l. 3. c. 23.

Doleo.
Placeo.
Taceo.
Pareo.
Careo.
Noceo.
Jaceo.
Valeo.
Calco.

LIBER TERTIVS.

SCHOLIA AD SYNTAXIN.

CAP. I.

De Syntaxi Intranſitivâ.

Nominativus primæ, & ſecundæ perſonæ rariſsimè exprimitur. Exprimitur antem vel *Diſcretionis* cauſâ, cum, ſcilicet, actus Verbi tribuitur alicui cum diſcretione, & excluſione aliorum. Terent. And. a. 1. ſc. 1. *Vos iſthæc intrò auferte*: Vel *Emphaſis* gratiâ, i. e. cum excellentia denotatur, vel arrogantia. Idem Adelph. a. 3. ſc. 4. ---- *Tu es patronus, tu parens, Ille tibi moriens nos commendavit ſenex; Si deſeris tu, perimus.* Virgil. Æneid. 1. *Aſt ago, quæ divûm incedo regina, Ioviſque Et ſoror & conjux, una cum gente tot annos Bella gero.* 1. *Ellipſis Nominativi primæ, & ſecundæ perſonæ.*

Quædam Neutra exemptæ, ſive completæ actionis

Neutra completæ actionis ſine Nominativo eſſerri ſolent.

actionis citra Nominativum (quia is fere certus eſt) enunciari ſolent. In aliis enim Deus, vel aer intelligitur, ut pluit, fulminat, ningit, hyemat, diſſerenat: in aliis nominativus implicitè continetur, ut luceſcit, i. e. lux oritur; dieſcit, i. e. dies fit. Plin. l. 18. c. 35. *Cum in culminibus montium nubes conſident, hyemabit, ſi cacumina pura fient, diſſerenabit.* Sic & apud Græcos, ὕει, νίφει, βροντᾷ, ἀστράπτει. Nominativum expreſſit Xenophon. Ὅταν νίφῃ ὁ θεός. Præcedunt autem interdum alii nominativi. Virgil. Geor. 4. *Nec de concuſſâ tantùm pluit illice glandis,* Tibul. l. 2. el. 5. *Multus ut in terris deplueretque lapis.*

Ellipſis verbi Sum.

Verbum *Sum* ſæpe intelligitur: Juvenal. ſat. 13. *Rari quippe boni,* i. e. *ſunt.* Virg. Æneid. 1. *Sed vos qui tandem?* i. e. *eſtis.*

Reſolutio Modi Infiniti.

Reſolvi poteſt hic modus Infinitus per quod aut ut, ſed non promiſcuè, cum *quod* ſæpe rationem reddit, & plurimùm de re geſtâ, ſive præteritâ, dicitur, ut *Gaudeo quod tu bene vales: Vt* verò de cauſa finali, & re futurâ, ut *Amor in te meus impulit ut ad te ſcriberem.* Nec reſolvitur omnis Infinitivus per *quod,* aut *ut,* Verba enim Dubitandi per *an,* ut *dubito an pater juſſerit* & præcedente non per *quin,* ut *non dubito quin pater juſſerit.* Poſt verba Timendi reſolvitur per *ne, ut,* vel *ne non.* Et hic obiter notare liceat differentiam inter timeo ne, & timeo ut, ſive ne non. Hoc utimur cum volumus quæ timemus. Terent. And. a. 5. ſc. 4. *Metuo ut ſubſtet hoſpes.* Cicero l. 14. epiſt. 2. *Omnes labores te excipere video, timeo ut ſuſtineas.* Illo autem cum volumus quæ timemus. Terent: Eun. a. 3. ſc. 5. *Metuo fratrem ne intus ſit.* Idem: *Timeo nec*

Vide Vallam. l. 2 c. 37.

pater

pater rure redierit. Poſt *videor* Infinitivus non reſolvitur, nec enim rectè dixeris, *videor quòd terram video*, ſed, *terram videre videor.*

Adjectivum cum Subſtantivo, &c. Subſtantivo masculino, aut fœminino nonnunquam ſubjicitur Adjectivum neutrum. Virg. ecl. 3. *Triſte lupus ſtabulis.* Idem Æneid. 4. ---- *varium, & mutabile ſemper Fœmina.* Ovid. *Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.* In quibus intelligi videtur *quiddam* aut aliquid ſimile: quod expreſſit Seneca de beatâ vitâ. *Altum quidam eſt virtus, excelſum, & regale.* Aut *negotium* quod idem ſignificat quod *res*. Cicer. ad Attic. l. 5. ep. 12. *Negotium magnum eſt navigare, atque id menſe Quintili.* Idem ad Attic. l. 16. epiſt. 17. *Vt totum hoc negotium ita agas, ita tractes, ita conficias:* ubi dicere liceat, ut totam hanc rem ita agas, &c. Plaut. Milit. a. 2. ſc. 6. *Tranſcurre curriculo ad nos, ita negotium eſt.* Idem Menæch. a. 5. ſc. 1. *Ita rem eſſe dicto.* Hoc more Græcorum. Homer. Iliad. 6. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω, *Non bonum eſt multorum dominatus, unus ſit dominus.* Demoſthenes: Καὶ ὅλως ἄπιστον, ὅμαι, ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννίς: *Et planè infidum eſt opinor rebuſpub. tyrannis,* ubi intelligitur χρῆμα, quod expreſſit Herodotus: τυραννὶς χρῆμα σφαλερὸν, *Regnum res fallax.* 4. *Secunda Convenientia. Adjectivum Neutrum ſubjectum Subſtantivo Maſculino, aut Fœminino, per Ellipſim Subſtantivi.* *Olynth.* 1.

Ponitur interdum Subſtantivum in genitivo, Adjectivum in alio caſu. Plin. l. 14. c. 1. *Surdis etiam rerum ſua cuique venena.* Idem. l. 8. c. 48. *Nigræ lanarum nullum bibunt colorem,* & l. 11. c. 50. *Canum degeneres caudam ſub alvum reflectunt.* Hujuſmodi ad regulam Partitivorum referri ſolent. Purus putus eſt Helleniſmus. Iſocrates ad Demonic. Αἰσχρὸν γὰρ τοὺς μὲν γραφεῖς ἀπεικάζειν τὰ καλὰ τῶν ζώων, *Adjectivum varians à Caſu Subſtantivi more Græcorum.*

ζώων, τὸυς δὲ παῖδας μὴ μιμεῖσθαι τὺς σπουδαίυς τῶν γονέων. *Turpe enim fuerit, cum pictores pulchras animantes effingant, liberos parentes bonos non imitari.* Polyb. Τὰ βαρέα τῶν ὅπλων, *gravis armatura.*

In iſtis. Terent. Eun. a. 4. ſc. 3. *Neſcio quid profectò abſente nobis turbatum eſt domi.* Plaut. Amphit. a. 2. ſc. 2. *Nec nobis præſente aliquis niſi ſervus Soſia ad fuit,* eſt Ἀρχαϊσμὸς. Sunt qui in his volunt præſente, & abſente degenerare in Præpoſitiones. Hæc autem: Livius. l. 1. *Maxima pars ab equitibus in flumen acti,* Curtius l. 4. *Duo millia crucibus affixi,* & ſimilia per Syntheſin dicta, quam vide. In illo Ovidii. Metam. 13. *Hoc pecus omne meum: multæ quoque vallibus errant,* eſt Elliplis τῦ pecudes.

6. *Tertia convenientia ſupervacanea.*

Relativum cum Antecedente, &c. Tertia convenientia mihi ſupervacanea videtur, quippe quæ eadem cum ſecundâ; Nec enim Relativum minùs cum ſuo Subſtantivo caſu conſentit, quàm reliqua Adjectiva, ſed in hac plerunque Ellipſis Subſtantivi mente ſupplendi; quod quoniam priùs expreſſum, fere brevitatis cauſâ reticetur, non rarò tamen repetitur. Cicero ad Quint. Frat. l. 3. *Diem ſcito eſſe nullum, quo die non dico pro reo.* Idem ad Attic. l. 3. ep. 3. *Erat hic dies ſeptimus Id: quo die ſuſpicabamur, aut pridie, Brunduſium veniſſe Cæſarem.* Idem pro Rab. perd. reo. *Sed tu cauſam ſuſcepiſti antiquiorem memoriâ tuâ, quæ cauſa antè mortua eſt, quam tu natus eſſes.* Cæſar. l. 1. bel. Gal. *Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire poſſent.* Ibid. *Diem inſtare, quo die frumenta metiri oporteret.* Ibid. *In caſtris Helvetiorum tabulæ repertæ ſunt, quibus in tabulis numerus continebatur, &c.* Ibid.

Ibid. *Diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conveniunt.* Ibid. *Vltra enim locum, quo in loco Germani conſederant:* & paſſim apud eundem. In iſtis Ellipſis aliquantò durior. Terent. Eun. a. 1. ſc. 2. *Ellipſis.*
---- *Eunuchum porrò dixit velle te quia ſolæ utuntur* *Antecedentia.*
his reginæ: his ſcil. eunuchis. Cicero pro Milone. *Si tempus eſt ullum hominis necandi, quæ multa ſunt:* quæ, ſcil. tempora. Saluſt in Catil. *Servitia repudiabat, cujus initio ad eum magnæ copiæ concurrebant:* cujus, ſcil. ſervitii. Virg. ecl. 2. *Quin tu aliquid ſaltem potius, quorum indiget uſus:* aliquid, ſcil. eorum quorum indiget uſus.

Primitivum Poſſeſſivo incluſum, &c. Exempla paſſim apud optimos autores. Ovid. de Ponto. l. 3. el. 4. *Nec mea verba legis qui ſum ſummotus ad Iſtrum.* Cicero pro Muræna. *Ex tuo ipſius animo conjecturam ceperis.* Idem in Piſon. *Hanc urbem meâ unius operâ eſſe ſalvam.* Idem at Attic. l. 11. ep. 15. *Solus enim meum peccatum corrigi non poteſt:* & ad Brutum. ep. 6. *Qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus.* Livius. l. 18. *Noſter duorum eventus oſtendat, utra gens bello ſit melior.* Horat. l. 1. ſat. 4. ---- *Cum mea nemo Scripta legat vulgò recitare timentis.* Ovid. Amor. l. 1. el. 8. ---- *Sæpe rogabit: Vt mea defunctæ leniter oſſa cubent.* 7. *Primitivum incluſum Poſſeſſivo.*

Intercedente Nominativo inter Relativum, &c. Ponitur aliquando Relativum in eodem caſu cum Subſtantivo antecedente, more Græcorum. Terent. And. a. 4. ſc. 1. *Reſtitue in quem me accepiſti locum:* pro, in quo. Cicero l. 5. epiſt. 14. *Cum ſcribas & agas aliquid eorum, quorum conſueviſti:* pro quæ conſueviſti. Iſocrates. Τοῖς γὰρ ἄλλοις, ὅις ἔχομεν, οὐδὲν, τῶν ἄλλων ζώων διαφέρομεν. *In reliquis enim naturæ* 9. *Lucceius Ciceroni.*

dotibus nihil aliis animantibus antecellimus. Demoſth. Olynth. 1. ὑπὲρ τῶν πολλῶν, ὧν καλῶς ποιῦντες ἔχουσι. *Pro multis, quæ proſperâ fortunâ uſi poſsident.*

10. *Suppoſitum, & Appoſitum quid intranſitive.*

Aliquando verbum Infinitum, &c. Suppoſitum Grammaticis eſt id, à quo aliud, Appoſitum quod ab alio ἀμεταβατικῶς pendet. Sic in his convenientiis Nominativus, Subſtantivum, & Antecedens, ſunt Suppoſita, quòd, tanquam baſis vicem ſuſtinent, & Adpoſitis ſuis, hoc eſt, Verbo, Adjectivo, & Relativo, quæ iis innituntur, accidentium legem præſcribunt.

11. *Duo Singularia pro Plurali habentur.*

Duo vel plura ſingularia, &c. Hoc fit vel propter ἰσοδυναμίαν, quia, ſcilicet, æqualis ſunt poteſtatis vel ſermo eſt ἐλλειπτικὸς, ut, Æneid. 1. *Vnà Eurus Notuſque ruunt*; i. e. hi venti. Sine Elleipſi dixit Plautus Amphit. a. 3. ſc. 3. *Iam hi ambo ſervus & hera fruſtra ſunt duo.* Interdum plura Suppoſita Appoſito ſingulari contenta ſunt; maximè in rebus inanimatis. Cicero de Senect. *Mens, & ratio, & conſilium in ſenibus eſt.* Idem pro C. Rabirio *Virtus, & honeſtas, & pudor cum conſulibus eſſe cogebat.* Idem pro domo ſuâ. *Vbi enim tuleras ut aqua & ignis mihi interdiceretur*: Aliquando etiam in rebus animatis. Terent. Adelph. a. 4. ſc. 7. *Meretrix, & mater familias erit una in domo.* Cicero ad Attic. l. 7. ep. 3. *Et tamen Dionyſius noſter, & Nicias Cous non rebatur oppidum eſſe Piræea.* Accidit etiam hoc in Adjectivis, ſed rarò admodum. Cicero de Vniverſo. *Nox igitur & dies ad hunc modum & ob has generata cauſas, unum circuitum orbis efficit.* Ovid. --- *Sed vita, fideſque Inculpata fuit.* In his hoc perpetuum; Appoſitum ſingulare cum viciniore

ciniore conſentit. Plura Suppoſita intercedente Præpoſitione *cum*, Appoſitum amant ſingulare. Cicero Catil. 1. *Occiſus eſt cum liberis M. Fulvius conſularis*: Iungitur autem interdum plurali. Virg. Æneid. 1. *Remo cum fratre Quirinus Iura dabant.* Æneid. 2. ---- *Divellimur inde Iphitus & Pelias mecum.* Ovid. Faſt. 3. *Ilia cum Lauſo de Numitore ſati.* Juſtinus l. 14. *Filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam cuſtodiendos mittit.* Curtius. l. 4. *Pharnabazus cum Apollonida, & Athenagorâ vincti traduntur.*

12. *Appoſitum convenit cum digniore Suppoſito.*

Appoſitum cum digniore Suppoſito quadrabit. Interdum convenit cum perſonâ minùs dignâ, ſed viciniore. Cicero ad Attic. l. 4. ep. 15. *Et ego & Cicero meus flagitabit.* Idem pro Rabirio. *Vos, vos, inquam, ipſi & ſenatus frequens reſtitit.* Hæc ad zeugma pertinent. Aliquando pluribus maſculinis ſubjicitur neutrum. Tacitus l. 5. *Parentes, liberos, fratres vilia habuerunt.* Solinus c. 33. *Sed & polypus & chamæleon glabra ſunt.* Ita, & Græci. Iſocrates ad Nicoclem. Περὶ πλείσου ποιεμένες τῦς παῖδας τὰς ἑαυτῶν, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ μάλιςα ὀ γιζομένες τοῖς ἐις ταῦτα ἐξαμαρτάνσι: *Maximi facientes liberos ſuos & uxores, & maximè iis iraſcentes qui in hæc delinquunt.* In illo Cæſaris. bell. Gall. 1. *Leporem & gallinam, & anſerem guſtare fas non putant, hæc alunt animi, voluptatiſque cauſâ*, eſt Syntheſis; hic enim non *ſpeciem* reſpicit, ſed *genus*, viz. animalia.

13. *In Animatis Maſculin. in Inanimatis Neutrum dignißimum.*

In animatis maſculinum, in inanimatis neutrum digniſsimum. Subſtantivis inanimatis cujuſcunque generis ſubjici ſolet Adjectivum Neutrum. Saluſt. in Catil. *Genus, ætas, eloquentia, propè æqualia fuere.*

fuere. Livius l. 7. *Ira & avaritia imperio potentiora erant.* Idem l. 5. *Formiis portam, murumque de cœlo tacta nunciatum eſt.* Cicero Offic. 1. *Multò etiam magis pulchritudinem, conſtantiam, ordinem in conſiliis, factiſque conſervanda putat.* Invenies autem in his aliquando Appoſitum cum viciniore Maſculino, aut Fœminino convenire, neglecto Neutro. Cicero in ſomno Scipionis. *Nihil eſt illi principi Deo acceptius, quàm concilia, cœtuſque hominum jure ſociati.* Idem in Piſon. *Mihi non venerat in mentem furorem & inſaniam optari vobis, in quam incidiſtis.* Cum remotiore rariùs. Cicero l. 10. ep. 24. *Amor tuus ac Iudicium de me, utrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie ſit allaturus, non facilè dixerim.* Servatur nonnunquam ſimplex ſtructuræ ratio. Juſtin. l. 9. *Miſericordia in eo, & perfidia pari jure dilecta.* Quintil. l. 1. c. 10. *Grammatica quondam & Muſice junctæ fuerunt.* In illo Livii. l. 8. *Latium Capuaque agro multati*; eſt Syntheſis, per Latium enim & Capuam intelliguntur incolæ, & cives μετονυμικῶς.

Plancus Ciceroni.

Convenientia Adjectivi cum indigniore, & remotiore.

Accidit interdum ut Adjectivum cum remotiore conveniat & indigniore, idque non in inanimatis ſolùm, ſed etiam in animatis: Livius l. 5. *Gens eſt, cui natura corpora animoſque magna magis, quàm firma dederit.* Cicero de Senect. *C. Duilium rediens à cœnâ delectabatur crebro funali, & tibicine, quæ ſibi nullo exemplo privatus ſumpſerat.* Ovid. *Claſſe viriſque potens, per quæ nova bella geruntur.* Statius. Thebaid. 7. *Iura, fidem, ac ſuperos, unâ calcata ruinâ.* Lucan l. 1. ---- *Hinc leges & plebiſcita coactæ*: quod præpoſterum Zeugma dicitur.

Appoſi-

Appoſitum inter duo Suppoſita, &c. Senec. epiſt. 27. *Divitiæ ſunt lege naturæ compoſita paupertas.* Ovid. 2. Amor. el. 4. *Vror, & inſidiæ ſunt pudor ille meæ.* Idem l. 3. de Arte amandi. *Veſtes, quas geritis ſordida lana fuit.* Idem Metam. 11. *Robora percuſsit, pectus quoque robora fiunt.* Trent. And. a. 2. ſc. 3. *Amantium iræ amoris redintegratio eſt.* Cicero in Piſonem. *Aude nunc, ô furia, de tuo dicere, cujus fuit initium ludi compitalitii.* Plin. l. 4. c. 4. *Anguſtiæ, unde procedit Iſthmos appellatur.* Terent. Phorm. 2. 1. ſc. 2. *Nunquam æquè ac modò, paupertas mihi onus viſum eſt & miſerum & grave.* Cicero 2. divin. *O declinationem incredibilem! nec enim omnis error ſtultitia dicenda eſt.* Livius l. 1. *Gens univerſa Veneti appellandi.* Idem l. 9. d. 3. *Ludi fuerunt Megaleſia appellata.* Cicero pro Seſtio. *Tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus.* Horat. epod. 8. *Sed incitat me pectus, & mammæ putres, Equina quales ubera.* Hanc autem contra analogiam ſtructuram vix in aliis reperies, quàm in Verbis Subſtantivis, in Participiis Paſſivis Verborum appellandi, exiſtimandi, Verbi *fio*, atque in Relativo *Qui*, in quo multò quam in reliquis frequentior; quod innumeris exemplis facile eſt probare. Cicero Parad. 1. *Quibus tandem gradibus Romulus in cœlum aſcendit? hiſne, quæ illi appellant bona.* Idem in Som. Scipionis. *Homines tuentur illum globum, quæ terra dicitur.* Ibid. *Hominibus animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ ſidera, & ſtellas vocatis.* Saluſt. Catilin. *Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur.* Quintil. l. 1. c. 4. *Accentus quas Græci προσῳδίας vocant.* Cæſar. l. 3. bell. Civil. *Ad eum locum quæ Pharſalia appellatur.* Falluntur autem qui

Convenientia Appoſiti cum præcedente Suppoſito, Loco primoris.

putant, ſi alterum Subſtantivorum fuerit Proprium, Relativum debere cum eo conſentire; contrarium enim docent exempla non pauca. Cicero l. de Nat. Deor. *Propiùs à terris Iovis ſtella fertur quæ Phaeton dicitur.* Livius l. 6. *Herculi ſacrificium fecit in loco quē Pyram appellant.* Curtius. l. 3. *Darius ad eum locū quem Amanicas Pylas vocant pervenit.* Cicero Philip. 1. *Cum autem me ex Siciliâ ad Leucopetram, quod eſt promontorium agri Rhegini, venti detuliſſent.* Cæſar. l. 1. bell. Gall. *Nacti portum, qui appellatur Nymphæum.* Similes loquendi formulæ & Græcis. Dionyſius Hilicar. Οὗτος ὁ χῶρος μύριοι λειμῶνες καλοῦνται. *Locus hic agri Mucii vocantur.* Lucian. Πόλεις ἐκεῖναί εἰσιν, ἃς φωλεὰς εἶναι νομίζεις. *Civitates illæ ſunt, quas tu ſpecus eſſe arbitraris.* In his autem obſervandum Verbum aut Participium viciniori, quamvis ordine naturali ſit remotius, convenire; ordine verò artificiali vel utrumque ſequi ſuppoſitum, vel ſaltem illud cum quo conſentit, aliter cum poſteriore convenire non poſſe; nec enim dicere licebit, *Pudor illo ſunt inſidiæ, Veſtes fuit ſordida lana, Amantium iræ eſt redintegratio amoris.*

15. *Significationis interdum habetur ratio, non vocis.*

Nomen multitudinis, &c. In conſtructione, plurimùm *vocis*, non *rei* habetur ratio; interdum verò Autores neglectâ voce, ſignificationem tantùm & ſenſum ſpectant, ut, *pubes* quod ad *vocem* eſt ſingularis numeri, & generis fœminini, quod ad *ſenſum* pluralis & maſculini, unde ei datur Adjectivum maſculinum plurale, & Verbum itidem plurale. Æneid. 6. *Hic genus antiquum terræ Titania pubes flumine dejecti fundo volvuntur in imo.* Livius l. 7. *Pars in juveniles luſus verſi, &c.* De quibus plura in Syntheſi.

CAP.

CAP. II.

De Numeralibus.

IN Numeralibus ad decem, unâ, eâque ſimplici voce utimur, ut *unus, duo, tres, quatuor, &c. primus, ſecundus, tertius, quartus, &c.* In Cardinalibus à decem ad ſexdecim, voce compoſitâ, numero minore præcedente, ut *undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, ſexdecim*; ab his ad viginti, juxta Priſcianum, major numerus præponendus cum copulâ, ut, *decem & ſeptem, decem & octo, decem & novem.* Linacer. l. 3. *ſeptendecim, octodecim, & novendecim* dici etiam putat. At alii autoritate Priſciani inducti cenſent, in iſtis locis ubi hi numeri compoſiti leguntur, veteres uſos his figuris xvii. xiix. xix. et pro iis librarios integrè ſcripſiſſe ſeptendecim, octodecim, novendecim. Tutius videtur ſequi Priſcianum, quod ejus temporibus libri minùs corrupti. Pro *decem & octo, decem & novem,* eleganter dicitur *duodeviginti, undeviginti,* & ſimiliter in omnibus numeris qui terminantur in *ginta,* ut *duodetriginta, undetriginta, &c.* Necnon in eorum Ordinalibus, *undevigeſimus, duodevigeſimus,* i. e. uno, aut duobus demptis de viginti, triginta, &c.

In Ordinalibus poſt duodecimum, copulâ omiſſâ, minor numerus præponitur, ut, *tertiuſdecimus, quartuſdecimus, quintuſdecimus, &c.* At copulâ adhibitâ major numerus, juxta Priſcianum, præponendus.

ponendus. Plin. l. 10. c. 58. *Namque octavodecimo die excludunt, ſtatimque concipiunt.*

A viginti ad centum tum in Cardinalibus, tum in Ordinalibus, tum in Diſtributivis, intercedente copulâ, minor numerus præcedit, eâ omiſsâ, major; ut *unus & viginti, duo & viginti, &c.* non *viginti & unus, viginti & duo*: ſic *primus & viceſimus, ſecundus & viceſimus, ſinguli & viceni, bini & viceni.* At *viginti duo*, non *viginti & duo, viceſimus primus*, non *viceſimus & primus, viceni ſinguli, non viceni & ſinguli.* Plin. l. 7. c. 52. *Puerum æſtu, & itinere feſſum in ſpecu ſeptem & quinquaginta dormîſſe annos.* Idem l. 7. c. 48. *Ex fœminis Livia Rutilii nonaginta ſeptem annos exceſsit.*

Supra centum major numerus præponi ſolet, ſive adhibeatur copula, ſive ſubtrahatur, ut, *centum quinquaginta* vel *centum & quinquaginta, centeſimus quinquageſimus*, vel *centeſimus & quinquageſimus.* Plin. l. 7. c. 49. *Centum viginti annos Parmæ tres edidere.* Quintil. de Gorgiâ. l. 3. c. 1. *Centum & novem vixit annos.* Cicero pro Milone *Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii, & opinor altera.* Idem at Attic. l. 6. ep. 1. *Poſt Leuctriam pugnam die ſeptingenteſimo ſexageſimo quinto.* In Ordinalibus autem cum Conjunctione non eſt hoc perpetuum. Plin. l. 7. c. 52. *Vt tamen in ſeptimum & quinquageſimum atque centeſimum vitæ duraret annum.*

Si in numerando ultra centum millia proceditur, utendum Adverbiis, at non intra eum numerum. Sueton. in Jul. *Patet in circuitu bis tricies centum millia paſſuum.* Cæſar. l. 5. bel. Gall. *Britanniæ*

niæ longitudo eſt, ut fert eorum opinio, ſeptingentorum millium. Cardinales nominibus ſingulari carentibus non ſolent jungi, ſed eorum loco Diſtributivi, ut *binæ literæ, terna arma*, non *duæ literæ, tria arma*; at *unæ literæ, unæ nuptiæ* rectè dicuntur.

Pro Ordinalibus *primus*, & *ſecundus* cum *vigeſimus* & ſimilibus adhiberi ſolent *unus* & *duo*. Cicero. *Acaſtus cum literis præſto fuit uno & vigeſimo die.* Idem de Senect. *Plauto uno & octogeſimo anno ſcribens mortuus eſt.* Gellius l. 5. c. 4. ex Fabii. annal. *Duo & viceſimo anno poſtquam Romam Galli ceperunt.* Ibid. *Mortuus eſt anno duo & viceſimo, Rex fuit anno viceſimo primo.* Diſtributivis pluralibus pro Cardinalibus ſæpe utuntur & proſâ ſcribentes. Cicero in verrem. 4. *Doceas oportet aliquo in loco Siciliæ prætore verre ternis denariis tritici modium fuiſſe.* Ibid. *Cum in Sicilia ſeſtertiis binis tritici modius eſſet, ſummùm ſeſtertiis ternis.* Poetæ verò & in ſingulari; ut Lucan. *Gurgite ſepteno rapidus mare ſummovet amnis*, pro, ſeptem gurgitibus. De Numeralibus plura qui vol, etadeat Linacrum l. 3. fuſiùs de his differentem.

CAP. III.

Subſtantivorum Rectio.

Subſtantiva ejuſdem rei, &c. In his poſterius ſi mobile, ejuſdem etiam erit generis & numeri cum priore. Perſius in prol. 1. *Magiſter artis ingeniique largitor venter.* Horat. l. 2. ſat. 2. *Poſt hoc* 18. *Subſtantiva ejuſdem rei ejuſdem ſunt Caſus.*

ludus erat cuppâ certare magistrâ. Et hinc, (ut opinor) veteres nomina fluviorum in er & us desinentia, sequente nomine, flumen neutro genere efferebant. Horat. l. 4. od. 4. *Testis Metaurum flumen & Asdrubal.* Idem in Arte. *Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus.*

Cum prius est Epicœnum aut neutrum, posterius, si mobile, est mascul. ut, *Aquila rex avium, non regina, Tempus stultorum magister, non magistra.*

Cum posterius est immobile, nulla generis habetur ratio: ut, *ut vultus imago animi, Rectum index sui, & obliqui.* Horat. l. 3. od. 34. *Magnum pauperies opprobrium jubet quidvis facere, & pati.* Hìc, ut in Convenientiis, duo, vel plura singularia habentur pro plurali; ut, *Odium & metus pessimi ad diuturnitatem custodes.* Quoties prius (ordine scilicet naturali) est nomen Animalis, Verbum & Adjectivum cum eo consentiunt. Cicero ad Attic. l. 1. ep. 7. *Tulliola deliciæ nostræ tuum munusculum flagitat.* Idem Tuscul. 1. *Acerrimè autem deliciæ nostræ Dicæarchus contra hanc immortalitatẽ disputavit.* At in rebus inanimatis, Verbum & Adjectivum cum posteriore potiùs convenient. Plin. l. 2. c. 52. *Volsinii oppidum Tuscorum opulentissimum totum concrematum est fulmine.* Idem l. 3. c. 5. *Præterea autor est Antias oppidum Latinorum Apiolas captum à L. Tarquinio rege.* Idem l. 31. c. 2. *Tungri civitas Galliæ fontem habet insignem.* Virg. Æneid. 4. *Fama malum, quo non aliud velocius ullum.* In ludorum autem nominibus Proprio conveniunt potiùs quàm appellativo. Livius l. 9. *Ludi Tauritia per biduum facti religionis causâ.*

Metam 12. *Ellipsis prioris Substantivi.*

Prius Substantivum sæpe reticetur. Ovid. ---- *Popu-*

---- *Populus ſuperamur ab uno*: ſcil. nos. Aliquando in Poſſeſſivo includitur. Cicero Philip. 2. *Tuum ſimplicis hominis pectus vidimus*, ubi in *tuum* includitur *tui*. Idem, *Intereſt meâ oratoris*. Vbi in *mea* includ. *mei*. Idem l. 15. epiſt. *Moleſtè fero me conſulem tuum ſtudium adoleſcentis perſpexiſſe: te meum, cum id ætatis ſim perſpicere non poſſe.*

Diverſo numero conjungitur, cum alterum eſt pluralis tantùm numeri, ut *Vrbs Athenæ*: aut Collectivum: Ovid. *In me turba ruunt luxurioſa porci*. Idem. *Quid meruere boves animal ſine fraude, doloque.* *Conjuncta diverſo Numero.*

Interdum etiam nec caſu conveniunt. Cicero ad Attic. l. 5. ep. 18. *Caſsius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu eſt*. Æneid. 1. ---- *Fontem ſuperare Timavi*. Ibid. *Hic tamen ille urbem Patavi, ſedeſque locavit*. Æneid. 3. ---- *Et celſam Buthroti aſcendimus urbem*. Similiter & Græci: Homer. Odyſſ. α. ---- ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε. *Poſtquam Trojæ ſacram urbem diripuit*. Huc referenda & ſtructura illa, cum duo Accuſativi ejuſdem perſonæ vel rei, uni adnectuntur Verbo: quod in verbis vocandi, & exiſtimandi, nec non in facio, præſto, & ſimilibus nonnunquam accidit. Livius. *Iulium lex Iulia autorem ſui nominis nuncupat*. Terent. Phor. a. 2. ſc. 1. *Non tu hunc habeas planè præſentem deum*. Idem Adelph. a. 4. ſc. 1. ---- *Facio te apud illum deum*. Cicero. *Præſta te eum qui mihi es cognitus à teneris unguiculis*. Terent. Adelph. a. 5. ſc. 5. *Servum haud illiberalem præbes te*. Cicero. *Me ceperunt arbitrum*. *Diverſo caſu.*

Has loquendi formulas Neoterici Appoſitionem, veteres Epexegeſin, quod præcedens à poſteriore *Appoſitio, Epexegeſis.*

ſteriore declaretur, vocant. Dicuntur etiam Subſtantiva continuata, quòd nulla ſint vincta Conjunctione. Fit autem hæc Epexegeſis tribus de cauſis. 1. Reſtringendæ generalitatis gratiâ in univocis; ut, *Urbs Roma.* 2. Tollendæ æquivocationis causâ in æquivocis; ut, *Lupus piſcis.* 3. Ad proprietatem attribuendam; ut, *Eraſmus vir exactiſsimo judicio.*

19. *Poſterius Subſtantivum ſignificans diverſum à priore in Genitivo ponitur.*

Poſterius duorum Subſtativorum, &c. Horum prius eſt, fere vel res poſſeſſa, vel Verbale, vel quod numerum, menſuram, aut pondus ſignificat poſterioris.

Cum prius rem poſſeſſam ſignificat, Genitivus ſæpiſſime mutatur in Adjectivum Poſſeſſivum, ut *Patris domus, paterna domus, heri filius, herilis filius.* Cum poſterius prioris denotat materiam per Adjectivum, aut Ablativum cum Præpoſitione reddi ſolet; ut, *poculum aureum*, vel *ex auro, columna marmorea*, vel *ex marmore.* Cum poſterius eſt Proprium nomen loci in Adjectivum mutatum, cum priore intranſitivè connectitur; ut, *Plato Athenienſis, civis Atticus, mala Punica.* Per Genitivum etiam fit cum prius poſſeſſor illius loci, ut *Rex Angliæ, Archidux Burgundiæ.* In Appellativis quibuſdam vel Genitivo, vel Adjectivo indifferenter uti licet; ut, *Conſuetudo fori, vel forenſis, mos patriæ, vel patrius.*

Verti poteſt hic Genitivus in Dativum, quoties verbum admittet Dativum. Æneid. 6. ---- *Per tota novem cui jugera corpus Porrigitur*: i. e. cujus corpus. Cicero. *Cui ſpes, & ratio, & cogitatio pendet à fortuna, huic nihil certi eſſe poteſt*: i. e. cujus ſpes. Sunt nonnulla Subſtantiva quæ vel Genitivum

vum recipiunt, vel Ablativum cum *de*. Terent. And. a. 1. ſc. 5. *Miſericordia hujus, nuptiarum ſolicitudo, tum patris pudor*: vel, *de hac, de nuptiis, de patre*. Cæſar l. 3. bel. civil. *Magnus inceſſerat tremor ſagitariorum*, vel *de ſagittariis*. Saluſt. Catil. *Gloriæ inter ipſos maximum certamen erat*: vel, *de* gloriâ. Cicero ad Attic. l. 11. ep. 16. *Neque enim valde adventûs ejus eſt opinio*, vel, *de adventu*. Senec. 7. Nat. quæſt. *Nullam fecit cometarum mentionem, vel de cometis*. Juſtin. l. 12. *Denique morientem nullam de eo mentionem feciſſe*.

Ellipſis prioris Subſtantivi.

Prius Subſtantivorum interdum reticetur. Terent. Adelph. a. 4. ſc. 4. *Vbi ad Dianæ veneris, ito ad dextram*. Horat. l. 1. ſat. 9. *Ventum erat ad Veſtæ*: utrobique ſubauditur templum. Æneid. 3. *Hectoris Andromache*, ſcil. uxor. Æneid. 6. *Deiphobe Glauci*. ſcil. filia, Cicero 2. de Orat. *Cum ille ſe cuſtodiæ diceret in caſtris remanſiſſe*: i. e. cansâ, Plaut. Rudent. a. 5. ſc. 3. *Iuſiurandum rei ſervandæ, non perdendæ conditum eſt*: ſcil. causâ. Græcis familiarius. Euripides. Ἐν ἀνδρὸς ἰυσεβεστάτε τραφεὶς. ſcil. οἰκίᾳ: *In viri piiſsimi ædibus nutritus*. Interdum *regens* & *rectum* caſus permutant. Cæſar. l. 1. bell. Gall. *Sex dies ad eam rem conficiendam ſpatii poſtulant*; pro ſpatium ſex dierum. Plaut. Perſ. a. 3. ſc. 1. *Dabuntur dotis tibi inde ſexcenti logi*, pro dos logorum dabitur.

Adjectivum Subſtantivè poſitum, &c. Hanc formam Atticiſmum vocant, quod iis admodum ſit familiaris. Iſocrat. Εἰς τοσοῦτον ἀνοίας ἐληλύθασί τινες, *Eò amentiæ progreſsi ſunt quidam*. Hæc Adjectiva, *Sufficiens, majus, nullum, magnum, parvum*, hunc in modum nunquam uſurpantur, ſed eorum loco,

20. *Adjectivum Subſtantivè poſitum, Genitivum poſtulat.*

satis, plus, nihil, multum, parum. Terent. And. a. 1. sc. 1. *Satis pericli cæpi adire.* Horat. l. 1. epist. 17. *Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet Plus dapis, &c.* Cicero Offic. 1. *Paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum, non multum temporis vivimus, sed ad tempus.* Horat. l. 2. epist. 2. ---- *Quæcunque parum splendoris habebunt.* Nec locum habet hic Atticismus in Adjectivis, quæ referunt qualitates, non enim dicitur *quale nummorum, tale fidei.* Nec in Genitivis Adjectivorum tertiæ Declinationis, non enim dicimus, *Aliquid utilis, suavis, dulcis,* sed, Aliquid *commodi, jucundi, boni.* At in Adjectivis quantitatis usitatissimus, ut *quantum nummorum, tantum fidei.*

Dimidium. Dimidium Adjectivis junctum Substantivè positis, aut Substantivis, quibus aliud anectitur Adjectivum, Substantivè semper ponitur, & Genitivum postulat, cum aliis tam intransitivè, quàm transitivè construitur: ut *Dimidium facti qui bene cepit habet. Istius diei dimidium,* at *dimidia pecunia,* vel *dimidium pecuniæ.*

21. *Nomen aut Verbum Substantivum, Ablativum, vel Genitivum post se admittit Substantivi cum suo Adjectivo, quo forma aut qualitas rei describitur.*

Nomen aut Verbum Substantivum, &c. In his videndum quid usus autorum probet: non enim semper hoc, vel illo casu pro arbitrio tuo nti licebit, sed quædam in Ablativo fere usurpantur. Terent. Adelph. a. 2. sc. 4. *Bono animo esto.* Cicero in Bruto. *Nunc si es animo vacuo, expone nobis quod quærimus.* Alia in Genitivo: Cicero. *Non multi cibi hospitem accipies, sed multi joci.* Sueton. in Augusti. *Cibi minimi erat, ac fere vulgaris.* Terent. And. a. 3. sc. 5. *Tam nulli consilii sum.* In quâ structurâ videtur esse Ellipsis, in Genitivis cum verbo alterius Substantivi, in Ablativis Præpositionis,

quæ

quæ interdum exprimitur. Plaut. Trinum. a. 4. ſc. 4. *Qualine amico mea commendavi bona?* Cal. *Probo, & fideli, & fido, & cum magnâ fide.* Terent. Phorm. a. 3. ſc. 1. *Enimvero, Antipho, multis locis cum iſthoc animo es vituperandus.* Ad quem locum Donatus adducit hoc Ennii; *Optima cum pulchris animis Romana juventus.*

Subſtantivum partem denotat, vel adjunctum; Adjectivum fere eſt laudis, aut vituperii, non ſemper, quod vel his patet. Ovid. Metam. 1. *Cætera diverſis tellus animalia formis Sponte ſuâ peperit.* Plaut. Captiv. a. 4. ſc. 2. *Collecto quidem eſt pallio, quidnam acturus eſt?* Ovid. Metam. 11. *Fit longo corpore ſerpens.* Ibid. ---- *Et adhuc humente capillo.* Cicero de Senect. *Nullo frigore adduci ut capite operto ſit.*

Opus & uſus Ablativum exigunt. Pro Ablativo poſt *Opus* aliquando ponitur Genitivus. Ovid. l. 2. de Arte amandi. *Caſus ineſt illis, hic erit artis opus.* Cicero l. 10. epiſt. 8. *Magni laboris, & multæ impenſæ opus fuit, ut quæ reipub. boniſque omnibus polliceremur, exitu præſtaremus.* Volunt & Accuſativum regere, afferuntque illud Plauti. Trucul. a. 5. ſc. ult. *Puero opus eſt cibum*, ſed aut *cibus* legendum, uti Lambinus; aut eſt Archaïſmus. Certum autem eſt Plautum Accuſativum τῷ *uſus* adjungere. Pſeud. a. 1. ſc. 3. *Ad eam rem uſu' eſt hominem aſtutum.* *Opus & Vſus cum Ablativo. Planeus ad Coſſ. Prætores, &c.*

Sunt qui *Opus* Adjectivum eſſe ſtatuunt quando conſtruitur cum Ablativo, & exponi per *neceſſe*, ſed quî magis Adjectivum quàm *uſus*, quod ejuſdem ſtructuræ? quod ad ſignificationem, expedire, vel utile eſſe ſignificat, non neceſſarium eſſe.

esse. Cicero ad Lentul. l. 1. epist. 9. *Legem Curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse.* Senec. epist. 95. *Emas non quod opus est, sed quod necesse est. Opus id dicitur, quod usui quidem est, quo tamen carere possis; necesse, quod ita necessarium, ut eo carere nequeas.*

Usus hoc sensu & constructione vix alibi reperitur nisi apud Poetas, idque parciùs. Æneid. 8. ---- *Nunc viribus usus, Nunc manibus rapidis.* Quos imitatur Gellius, l. 1. c. 14. *Propterea pecuniam, qua nihil sibi esset usus, ab iis, quibus eam sciret usui esse, non accipere.*

Substantiva Verbalia cum Casu Verbi sui.

Substantiva Verbalia casum interdum habent Verbi sui. Plaut. Aulul. a. 3. sc. 2. *Sed quid tibi nos mendice homo tactio est.* Cæsar. l. 1. bel. Gal. *Ut domum reditionis spe sublatâ, paratiores ad omnia pericula subeunda essent.* Cicero in Topicis. *Abalienatio & ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio.* De quo plura in Archaïsmo figurâ Syntacticâ.

CAP. IIII.

De Adjectivis regentibus Genitivum.

12. *Adjectiva Desiderii, Notitiæ, Curæ, Timoris, & his contraria cum Genitivo.*

Adjectiva quæ desiderium, &c. Adjectiva *Desiderii* cum contrariis, sunt, *Avarus, avidus, parcus, cupidus, studiosus, æmulus, insatiabilis, fastidiosus, fessus.* Item, *prodigus, largus, munificus, liberalis, benignus* τῷ *avarus.* Tacitus l. 19. *Civium sanguinis parcum reddidere.* Æneid. 1. *Expediunt fessi*

feſsi rerum. Æneid. 11. *Largus opum.* Claudian. *Munificus laudis, ſed non es prodigus auri.* Saluſt. Catilin. *Laudis avidi, pecuniæ liberales.* Horat. l. 2. ſat. 3. ---- *Vini ſomnique benignus.* Singulare eſt illud Plauti. Pſeud. a. 1. ſc. 2. *Vino modò cupidæ eſtis.*

Notititæ, & ignorantiæ, Peritus, doctus, ignarus, præſcius, conſcius, præſagus, prudens, certus, callidus, providus, conſultus, imperitus, ignarus, inſcius, neſcius, imprudens, incertus, improvidus, dubius, devius, rudis, cæcus. Horat. l. 1. ſat. 1. ---- *Iuris legumque peritus.* Aliquando Ablat. Cicero pro Cluentio. *Quis P. Octavio ingenio prudentior, jure peritior.* Horat. l. 4. od. 9. *Rerumque prudens.* Tacit. l. 18. *Nemo illâ tempeſtate militaris rei callidior habebatur.* Horat. l. 1. od. 34. *Inſanientis dum ſapientiæ Conſultus erro.* Juve. ſat. 2. *Et ſubiti caſûs improvidus.* Senec. l. 6. de Benef. *Me tempeſtas occupavit portûs & præſidii dubium.* Silius l. 1. ---- *Sed devius æqui.* Cicero Offic. 1. *Græcarum literarum rudis.* Jungitur etiam Accuſativo, & Ablativo cum Præpoſitione. Livius l. 4. *Rudem ad pedeſtria bella.* Cicero l. 1. de Orat. *Rudem in jure civili.* Claudian. in Eutrop. l. 2. ---- *Proh cæca in futuri Gaudia.* Huc pertinent quæ *cum notitiâ reatum* ſignificant, & iis contraria, *Reus, manifeſtus, compertus, innoxius, inſons, purus.* Quintil. l. 5. c. 13. *Adulterii rea eſt, quæ cum anno vidua fuiſſet, enixa eſt.* Tacit. l. 2. *In uxore dilecti manifeſtâ.* Plaut. Trucul. a. 1. ſc. 2. *Manefeſtam mendacii mala te teneo.* Tacit. l. 1. *Nullius tamen flagitii compertum.* Juſtin. l. 11. *Olympiadem veluti ſtupri compertam repudio dimiſerat.* Curtius l. 7. *Initi conſilii*

innoxius. Livius l. 4. *Insontes consilii publici.* Tacitus l. 4. *Adeo factorum innocens sum.* Horat. l. 1. od. 22. *Integer vitæ scelerisque purus.* Sed hoc visitatius Ablat. cum Præpositione: Senec. epist. 3. *Mens ab omni labe pura.* Genit. rariùs, idque adimitationem Græcorum. Eripides Ἁγνὰς μὲν ὦ παῖ χεῖρας αἵματος φέρεις, *Puras quidem, ô fili, manus sanguinis affers.* Plato: Καθαρὸς ἀδικίας, *Purus injustitiæ.*

Curæ & incuriæ: Anxius, solicitus, securus, socors, incautus, incuriosus. Senec. epist. 98. *Calamitosus est animus futuri anxius, & ante miserias miser.* Virgil. Æneid. 3. *Cum tibi solicito secreti.* Cum Ablativo. Quintil. l. 8. c. 3. *Nou debet quisquam, ubi maxima rerum momenta versantur, de verbis esse solicitus.* Senec. de vitâ beatâ c. 26. *Sapiens vivit præsentibus lætus, futuri securus.* Ablat. cum Præpositione. Plin. l. 28. c. 9. *Securos præstant ab eo metu somnos.* Terent. Adelph. a. 4. sc. 5. *Nolim cæterarum rerum te socordem eodem modo.* Horat. l. 1. sat. 1. ---- *Haud ignara, & non incauta futuri.* Plin. epist. 173. *Ita naturâ comparatum est, ut proximorum incurioſi, longinqua sectemur.* Tacit. l. 2. *Dum vetera extollimus, recentium incurioſi.* In istis Livii *Suam vicem anxios.* Idem. *Clamor undique ab solicitis vicem imperatoris militibus sublatus est.* Ellipsis Præpositionis *ob*, ad imitationem Græcorum.

Timoris & confidentiæ, Timidus, trepidus, pavidus, interritus, fidens, impavidus. Horat. de Arte. ---- *Timidusque procellæ.* Æneid. 12. *Illæ intus trepidæ rerum.* Tacitus l. 4. *Offensionum non pavidum.* Ovid. Metam. 10. --- *Mens interrita lethi.* Æneid. 2. ---- *Fidens animi, atque in utrumque para-*

paratus. Silius. l. 7. *Impavidus ſomni ſervat pecus.*

Conſcius ſæpius jungitur Genitivo rei, & interdum Dativo. Cicero pro Cœlio. *Huic facinori tanto tua mens liberalis conſcia.* Idem pro Cluentio. *Conſcium illi facinori fuiſſe arbitrabantur.* Ovid. Metam. 7. *Tuque triplex Hecate cæptis quæ conſcia noſtris.* *Conſcius cum Dativo rei.*

Adjectiva Verbalia in ax in Genitivum ferun- 25.
tur. *Capax* accuſativum cum Præpoſitione *ad* ali- *Verbalia in ax.*
quando habet, loco Genitivi. Ovid. Metam. 8.
---- *Animi ad Præcepta capacis.*

Partitiva Genitivo gaudent. Per *Partitiva* hìc in- 26.
telliguntur, 1°. Quæ ita vulgò vocantur: *Alius,* *Partitiva cum Genitivo.*
aliquis, alter, alteruter, nemo, neuter, nullus, quicunque, quidam, quilibet, quiſquis, quivis, quiſpiam, quiſquam, quiſque, ſolus, ullus, unuſquiſque, uterque, uterlibet, utervis. Cicero Tuſcul. 2. *Quotuſquiſque philoſophorum invenitur, qui ita ſit moratus ut ratio poſtulat.* 2°. *Interrogativa,* & *Infinita.* Cicero Catilin. 1. *Quem noſtrum ignorare arbitraris?* 3°. *Numeralia Cardinalia, & Ordinalia.* Curtius l. 8. *Octoginta Macedonum interfecerunt.* Horat. l. 2. od. 7. *Pompeï meorum prime ſodalium.* 4°. *Comparativa & Superlativa.* Horat. de Arte. *O major juvenum.* Cicero Tuſcul. 5. *Theophraſtus elegantiſsimus omnium philoſophorum.* 5°. Omnia denique Adjectiva *quæ Partitionem denotant.* Cicero de Senect. *Multæ etiam iſtarum arborum meâ manu ſunt ſatæ.* Curtius l. 10. *Cum paucis amicorum ad Leonatum pervenit.* Interdum etiam *Subſtantiva.* Plin. l. 10. c. 6. *Volucrum animal parit veſpertilio tantùm.* Idem. l. 9. c. 50. *Piſcium lupus, & Trichias bis anno*

parit. In his Alvarus ſubintelligit Adjectivum *ſolus*, quod in priori exemplo locum habere nequit, quia tantùm additur. Videtur tamen non in his ſolummodo, ſed in omnibus aliis eſſe Ellipſin Subſtantivi; ut, *Quotuſquiſque philoſophorum?* i.e. *Quotuſquiſque è numero philoſophorum?*

In his partitionibus *noſtrum*, & *veſtrum* uſurpantur, non *noſtri*, & *veſtri*; ut, *nemo noſtrum*; *ne cui veſtrum ſit mirum.*

Superlativa partitivè poſita uſitatiſſimè cum Subſtantivo præcedente, genere conſentiunt. Cicero l. 2. de Nat. Deor. *Indus, qui eſt omnium fluminum maximus, &c.* Plin. l. 8. c. 45. *Boves animalium ſoli, & retro ambulantes paſcuntur.* Idem l. 18. c. 1. *Hordeum frugum omnium molliſsimum eſt.* Subſtantivo non antecedente, à Genitivis ſuis genus mutuari ſolent. Quintil. l. 9. c. 4. *Is eminentiſsimos Græcorum eſt ſecutus.* Sueton. in Veſpaſian. c. 8. *Partim in aſperrimas inſularum avehi.* Interdum etiam renunciato genere Subſtantivi antecedentis, Genitivi ſui ſortiuntur genus. Plin. l. 9. c. 8. *Velociſsimum omnium animalium eſt delphinus.* Idem l. 10. c. 27. *Venenis capreæ, & coturnices pingueſcunt, placidiſsima animalium.* Ovid. de Ponto. l. 4. el. 1. *Sic ego ſum rerum non ultima Sexte tuarum.* Ponuntur aliquando & abſolutè in Neutro genere, & cum neutro Subſtantivorum conveniunt. Cicero l. 6. epiſt. 21. *Cum omnium rerum mors ſit extremum.* Lucan l. 10. ---- *Cogunt tamen ultima rerum Spem pacis tentare ducem.*

Ad Toranium.

Non poſſunt hi Genitivi non eſſe pluralis numeri, niſi in iis quæ numero ſingulari multitudinem

nem ſingnificant: ſive hæc *Collectiva* fuerint: Æneid. 1. --- *Danaûm fortiſsime gentis:* ſive *Metonymica:* Cicero pro Rabir. Poſthu. *Virum unum totius Græciæ facilè doctiſsimum Platonem, &c.*

Pro Genitivo uſurpatur aliquando Caſus ipſarum Partium. Livius l. 1. decad. 5. *Periti religionum, juriſque publici, quando duo ordinarii conſules ejus anni; alter morbo, alter ferro periiſſet, ſuffectum conſulem negabant comitia habere poſſe*, pro duorum ordinariorum conſulum, aut ex duobus ordinariis conſulibus. Saluſt Catil. *Initio reges pars ingenium; alii corpus exercebant.* Ita & Græci. Homer Iliad. π Νεστορίδαι, σὶ ὁ μὲν ὄυτασ' Ατύμνιον ὀξέϊ δουρὶ Αντιλοχὸς, *Neſtoridarum autem alter Antilochus vulneravit Atymnum acutâ haſtâ.* Idem. Odyſſ. μ. Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν ὀυρανὸν ἐυρὺν ἱκάνει, *Horum duorum ſcopulorum alter quidem cœlum attingit.*

Quæri hìc ſolet an res comparatæ poſſint eſſe diverſi generis? Negat Valla, illudq; Macrobii Saturnal. l. 7. c. 11. *Age Servi non ſolùm adoleſcentium, qui tibi æquævi ſunt, ſed ſenum omnium quoque doctiſſimus, commaſcula frontem*; cenſoriâ notat virgulâ. Quo tamen modo locutus eſt ipſe Cicero in Bruto. *Phalertus enim ſucceſſit, ex ſenibus adoleſcens eruditiſſimus ille quidem horum omnium*, & pro Domo ſuâ; *Omnium non bipedum ſolùm, ſed quadrupedum impuriſſimus*, Martial. l. 12. ep. 36. *Non es crede mihi bonus, quid ergo? Vt verum loquar, optimus malorum.* *An res comparatæ poſſint eſſe diverſi generis.* l. 1. c. 15.

Solet plurimùm Comparativus ad duo, Superlativus autem ad plura referri. Interdum tamen Comparativum ad plura referri invenies. Livius *Comparativus interdum ad plura refertur.*

l. 3. *In hanc ſententiam ut deſcenderetur, juniores patrum evincebant.* Plin. l. 11. c. 37. *Animalium fortiora, quibus ſanguis craſſior, ſapientiora quibus tenuior, timidiora quibus minimus.* Idem l. 37. c. 2. *Diligentiores eorum Electridas inſulas in mari Hadriatico eſſe dixerunt,* & c. 8. *Callaidum pulchriores oleo, unguento, & mero calorem deperdunt.* Horat. l. 1. ſat. 6. *Vultum ferre negat Noviorum poſſe minoris.*

Genitivus poſt Pantitiva in Accuſativum vel Ablativum cum Præpoſitione.

Vſurpantur autem & cum his, &c. Vnus cum principium eſt numeri, fere adjungitur Ablativo cum de, vel ex. Cicero pro Planco. *Is enim unus fuit de magiſtratibus defenſor ſalutis meæ.* Idem l. 2. de Divinat. *Vnus è Stoicis.* Idem in Paradox. *Qui mihi ſecundis in rebus unus ex fortunatis hominibus, in adverſis unus ex ſummis viris videbatur.* Horatius Genitivo junxit l. 1. ſat. 9. --- *Vnus multorum.* At pro *ſolus* non rarò Genitivo. Plin. l. 9. c. 17. *Acipenſer unus omnium ſquamis ad os verſis contra aquam nando meat.* Comparativis itidem ſæpius additur Ablativus cum è, vel ex, Cicero ad Attic. l. 16. epiſt. 13. *Ex duabus tuis prior.* Cæſar l. 3. bel. civil. *In teſtamento Ptolemæi patris hæredes erant ſcripti ex duobus filiis major, & ex duabus quæ ætate antecedebat.* Quintil. declam. 19. *Ego ſum infelicior ex duobus parentibus.* Aliquando Accuſativus cum *inter.* Quintilian. declam. 9.

27. *Compos, impos, particeps, conſors, exſors, potens, impotens cum Genitivo.*

Compos, impos, particeps, &c. Seneca. Hippol. a. 2. ſc. 3. *Nunc me compotem voti facis.* Idem Agam. a. 2. *Impos ſui.* Livius l. 2. *Se omnis culpæ exſortem, omnis eventûs participem fore.* Horat. l. 3. od. 29. --- *Ille potens ſui lætuſque deget, Cui licet, in diemi, Dixiſſe, vixi.* Seneca Agam. a. 2. --- *Conſilii impotens.* Legitur *compos* cum Ablativo, apud Livium

vium l. 3. *Prædâ ingenti compotem exercitum reducit*, i. e. potitum. Particeps cum Dativo. Ovid. de Ponto l. 2. eleg. 7. *Participem ſtudiis Cæſar habere ſolet.*

Multis Adjectivis annectitur Genitivus per Ellipſin Subſtantivi *causâ, gratiâ,* vel *ratione.* Tacit. l. 2. *Modicum voluptatum.* Idem l. 3. *Quanquam pecuniæ modicus avitum decus recoluit,* & l. 4. *Eloquentiæ, ac fidei præclarus.* Idem l. 1. *Invictus operis, ac laboris:* & l. 3. *Impiger militiæ:* & l. 4. *Ferox ſcelerum.* Ibid. *Agrippina pervicax iræ.*

Ellipſis Subſtantivi in Genitivis poſt Adjectiva.

CAP. V.

De Adjectivis cum Dativo.

Adjectiva quibus commodum, &c. Adjectiva *Commodi,* & *incommodi,* ſunt, *Commodus, utilis, ſecundus, bonus, felix, proſper, ſalutaris, honeſtus, incommodus, inutilis, malus, infelix, inhoneſtus, exitialis, pernicioſus, lethalis, damnoſus, periculoſus.* Horatius more ſuo *proſper* patrio caſui junxit. l. 4. od. 6. *Proſperam frugum,* cum ſoleat Dativo inſervire. Cicero l. 6. de Repub. *Hominum generi proſper & ſalutaris. Voluptatis,* & *Doloris; Dulcis, gratus, acceptus, jucundus, lætus, delectabilis, amarus, ingratus, injucundus, moleſtus, gravis.*

28. *Adjectiva Cõmodi, Voluptatis, ſubmiſſionis, fidelitatis, aptitudinis, gratiæ, facilitatis, æqualitatis, propinquitatis, & his contraria, cum Dativo.*

Submiſſionis, ac *Rebellionis, Submiſſus, ſimplex, obnoxius, morigerus, rebellis, immorigerus.* Iſtud Livii, *Spei liberam, vel obnoxiam timoris,* videtur eſſe Helleniſmus. ἐλπίδος ἐλευθέραν ἢ ἐνόχην φόβου. Solet enim annecti Dativo. Horat. l. 2. ſat. 7. *Interdum*

gravis

pravis obnoxia: ἔνοχος Græcis Genitivo, & Dativo.

Fidelitatis, & *Infidelitatis*, *Fidelis*, *fidus*, *perfidus*, *infidus*, *ſuſpectus*, *fidiſsimus* cum Genitivo: Æneid. 12. ---- *Regina tui fidiſsima*, ſed hic fortaſſis Ellipſis, ratione tui.

Aptitudinis & Ineptitudinis, *Aptus*, *congruus*, *idoneus*, *conveniens*, *accommodatus*, *appoſitus*, *habilis*, *opportunus*, *proclivis*, *pronus*, *ineptus*, *incongruus*.

Gratiæ & *Amicitiæ*, & *Odii* ſive *Inimicitiarum*, *Amicus*, *benignus*, *blandus*, *benevolus*, *carus*, *familiaris*, *ſocius*, *propitius*, *inimicus*, *adverſus*, *infenſus*, *infeſtus*, *offenſus*, *odioſus*, *inviſus*.

Facilitatis, *& difficultatis*, *Facilis*, *manifeſtus*, *appertus*, *obvius*, *pervius*, *notus*, *perſpicuus*, *difficilis*, *durus*, *invius*, *laborioſus*, *ignotus*, *obſcurus*, *dubius*.

Aequalitatis, & *Inæqualitatis*, *Aequalis*, *æquus*, *par*, *coævus*, *iniquus*, *impar*: at æqualis cum ad ætatem, vel tempus refertur, ſæpe Genitivo. Cicero. 4. de Finib. *Ejus fere æquali.*

Propinquitatis, *Vicinus*, *finitimus*, *confinis*, *conterminus*, *contiguus*, *propior*, *proximus*, *propinquus*, *conjunctus*. *Propior & proximus* aliquando adjunguntur Accuſativo. Saluſt. Jugurth. *Ipſe propior montem cum omni equitatu.* Idem Catilin. *Quod tamen vitium propiùs virtutem erat.* Hirtius l. 8. bel. civil. *Quo propior hoſtem in vallo collocatus eſſet.* Cæſar l. 3. bel. Gal. *Proximus mare oceanum.* Plaut. Pænul. a. 5. ſc. 3. *Qui te proximus eſt.* Fieri autem videtur, vel ad imitationem Præpoſitionis *prope*, quod Accuſativo inſervit, vel Ellipſi Præpoſitionis *ad*, quod appoſuit Ovidius; *Proximus ad dominam nullo prohibente ſedeto.*

Propior, Proximus.

l. 1. *de Arte.*

Pleraque

Pleraque Adjectiva Commodi, &c. Ovid. ---- *Ad eursum commoda vestis.* Cicero 3. Offic. *Homini ad nullam rem utili.* Idem 1. de Finib. *Ad usum civium non inutile.* Terent. And. a. 1. sc. 1. --- *Proclive ad libidinem.* Cicero 1. Offic. *Si sunt ad rem militarem apti.* Idem ad Attic. l. 15. epist. *Instruimur etiam consiliis idoneis ad hoc nostrum negotium.* Livius l. 7. *Hispano cingitur gladio ad propiorem habili pugnam.*

Adjectiva Commodi, Incommodi & Aptitudinis cum Accusativo cum Praepositione ad.

Adjectiva quae similitudinem, &c. Terent. Heauton. a. 1. sc. 2. *Neque illarum affines esse rerum.* Cicero. Offic. 1. *Commune animantium omnium est cõjunctionis appetitus.* Ibid. *Imprimis hominis est propria veri inquisitio, atque investigatio.* Idem pro Milone; *Quae est propria nostrae quaestionis.* Senec. Agamem. a. 3. chor. *Trojae superstes, Priamo, Hectori, sibi.* Cicero. ad Quint. Frat. l. 1. ep. 3. *Vtinam te non solum vitae, sed etiam dignitatis meae superstitem reliquissem.*

19. *Adjectiva Similitudinis, dissimilitudinis, Affinitatis, ut et Communis, proprius, & superstes cum Dativo, vel Genitivo.*

Monent Gramnatici ea quae similitudinem & dissimilitudinem significant, quum ad morum, doctrinae, vel similium imitationem referuntur, Genitivo; quum verò in formâ, ætate, fortunâ & similibus, similitudinem notant, Dativo jungi. Et ita quidem maximâ ex parte, confunditur tamen aliquando apud autores hæc differentia. Senec. epist. 29. *Malis artibus popularis favor quæritur, similem te illis facias oportet.* Senec. Medea. a. 1. *Quoque non aliud queam pejus precari, Liberos similes patri, similesque matri,* i. e. perfidos. Terent. Eun. a. 2. sc. 3. *Haud similis virgo est virginum nostrarum.* Cicero de Nat. *Plectri similem linguam nostri solent dicere.*

31. *Alienus cum Dativo, Ablativo, & Genitivo.*

Alienus Dativo & Ablativo, &c. Cum Ablativo passim, nec testibus opus est: cum Dativo; Cicero pro A. Cæcinna. *Quod illi causa maximè est alienum.* Idem ad Attic. l. 1. epist. 1. *Non aliena rationi nostræ fuit illius hæc præpropera prensatio.* Quintil. procem. l. 1. *Nihil arti oratoriæ alienum.* Interdum & cum Genitivo; Cicero l. 1. de fin. *Quis alienum esse putet ejus dignitatis, quam mihi quisque tribuit:* & Acad. 4. *Omnia quæ essent aliena famæ, & constantis consentionis.* Salust. in Catilin. *Neque aliena consilii propter Semproniam.*

Idem pro Simile cum Dativo.

Idem pro simile, apud Poetas Dativo jungitur. Horat. in Arte. *Inuitum qui servat idem facit occidenti.* Orator diceret, Idem facit quod occidens. Cicero. Offic. 2. *Peripatetici quondam iidem erant qui Academici.* Helleniſmus: Ἀκουσία ὁ σῴζων, ταὐτὸ ποιῶν τῷ ἀποκτείνοντι. Aristot. Ethic. 8. Εἰς ταὐτὸ τάττουσιν ἔνιοι τὴν εὐτυχίαν τῇ εὐδαιμονίᾳ. *Quidam felicitatem idem esse putant quod secundam fortunam.* Sed hìc intelligi potest Præpositio σύν.

CAP. VI.

De Adjectivis cum Accusativo, & Ablativo.

32. *Magnitudinis mensura in Accusativo, Ablativo, Genitivo.*

Magnitudinis mensura, &c. In Genitivo potest esse Ellipsis Substantivi, *mensurâ, spatio, longitudine, latitudine* vel *crassitie*: quæ interdum ponuntur omissis Adjectivis. Plin. l. 6. c. 32. *Platanus longitudine quindecim cubitorum, crassitudine quatuor*

quatuor ulnarum. Cæſar l. 3. bel. Gal. *Tranſtra digiti pollicis craſsitudine.* Similiter & Græci. Diodorus Siculus l. 2. Καὶ τὸ μέγεθος ἐξ ἑκκαίδεκα ὄντες. *Magnitudine ſex palmarum.* In Accuſativo abſentia Præpoſitionis, quam expreſſit Varro de R. R. l. 3. c. 5. *Ad duos pedes altum à ſtagno, latum ad quinque.*

Adjectiva copiæ, & inopiæ, &c. Adjectiva *Copiæ* ſunt, *Onuſtus, ſatur, fœcundus, plenus, locuples, dives, opulentus, gravidus, fertilis, fœtus*: *Inopiæ*; *Inanis, jejunus, orbus, viduus, nudus, egenus, indigus, inops, pauper, vacuus, caſſus, liber, immunis, ſterilis, expers.* Horum alia ſæpius Genitivo, rariùs Ablativo; Alia, ſæpius Ablativo, rariùs Genitivo junguntur. Genitivo potiùs gaudent, *Fertilis, ſterilis, indigus, egenus, inops*; Ablativo, *locuples, nudus, onuſtus, orbus, caſſus, viduus, vacuus, liber.* Ex his *inops, nudus, orbus, vacuus, liber, immunis*, Ablativo nonnunquam Præpoſitionem adjunctam habent. Cicero de Senect. *Inops amicorum.* Idem de claris Orat. *Inops verbis.* Idem pro Domo ſuâ. *Tam inops aut ego eram ab amicis.* Ovid. Metam. 12. ---- *Parvoque in tempore nudus Arboris Othrys erat.* Horat. l. 2. ſat. 3. *Nudus agris, nudus nummis.* Cicero. pro Domo ſuâ: *Nuda reſpublica à magiſtratibus.* Ovid. Metam. 3. ---- *Si tu quoque luminis hujus Orbus, ait, fieres.* Horat. l. 4. od. 2. ---- *Forumque Litibus orbum.* Cicero pro Flacco. *Vſque eò orba fuit ab optimatibus illa concio.* Terent. Heauton. a. 1. ſc. 1. *Sine me vacuum tempus ne quod dem mihi laboris.* Cicero Offic. 1. *Cum ſumus neceſſariis negotiis, curiſque vacui.* Idem ad Quint Frat. epiſt. 3. *Sin eris ab iſto periculo vacuus.* Horat. de

311. *Adjectiva Copiæ, & Inopiæ cum Ablativo vel Genitivo.*

Ad Quint. Frat. l. 1. ep. 3.

Arte.-- *Liberque malorum.* Senec. Hippolyt. a. 2. sc. 2. *Spei metuſque liber.* Cicero 4. de Finib. *Liber terrore animus.* Idem Offic. 2. *Ab omni animi perturbatione liber ſis.* Ovid. Metam. 3. *Nullum paſſa jugum, curvique immunis aratri.* Livius l. 1. *Inde una centuria facta eſt immunis militiâ.* Senec. Thyeſt. ac. 1. *Non ſit à veſtris malis immune cœlum.*

Quædam ex his pro Ablativo nonnunquam habent Accuſativum cum Præpoſitione. Juſtin. l. 44. *Hiſpania in omnia frugum genera fœcunda.* Silius l. 1. *Fœcundum in fraudes hominum genus.*

34. *Ablativus Cauſæ, Modi, Inſtrumenti.*

Adjectiva regunt ablativum Cauſæ, &c. Ablativo Cauſæ aliquando additur Præpoſitio. Ovid. Alter ab alterius funere mæſtus erat. Cicero: *Demetrius ex doctrinâ nobilis, & clarus.*

35. *Comparativa cum Ablativo.*

Comparativa cum exponuntur per quàm, &c. Comparativo utimur cum Ablativo, quando vel duo ejuſdem, aut diverſi generis conferuntur: Cicero: *Quæ non poſterior dies acerbior priore?* Horat. *Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum.* Aut cum plura diverſi generis. Senec. *Graviora quædam ſunt remedia periclis.* Interdum etiam cum plura ejuſdem generis. Martial. l. 11. ep. 16. *Et ſit nequior omnibus libellis.* Ovid. Metam. 2. *Tanto virginibus præſtantior omnibus Herſe.* Gellius l. 1. c. 5. *Hortenſius omnibus fere oratoribus ætatis ſuæ, niſi M. Tullio, clarior.* Plin. l. 36. c. 7. *Cunctiſque hilarius, &* c. 9. *Omnibus, quæ in mari viſæ ſunt, mirabiliorem.* In hujuſmodi verò videtur eſſe Enallage Comparativi pro Superlativo: & nequiſſimus omnium libellorum, virginum omnium præſtantiſſima, &c.

Interdum loco Ablativi uſurpatur Accuſativus cum

cum Præpoſitione. Virg. Æneid. 1. ---- *Scelere ante alios immanior omnes.* Sueton. in Galba. *Crucem ſtatui juſſit præter cæteras altiorem.*

Nonnulli in hoc Ablativo poſt comparativa ſtatuunt eſſe Ellipſin Prępoſitionis *præ*; ut, *doctior omnibus*, i. e. *præ omnibus.* Apuleius l. 8. *Præ cæteris feris mitior cerva.* Horatius bis Comparativi rationem non habuit. l. 1. ſat. 5. *Occurrunt animæ, quales, neque candidiores Terra tulit*: & Epod. 5. *Nardo perunctum, quale nec perfectius.*

Meæ laborârunt manus. In priore Relativum *quales*, omiſſo Antecedente *tales*, in eo Caſu ponitur, quo Antecedens illud omiſſum poni debuiſſet. Quod Græcis familiarius. Iſocrates: ὧν πολλάκις ἐλπίζουσιν οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲν συμβαίνει, pro, ἐκείνων ἃ. *Sæpe nihil eorum contingit, quæ homines ſperant.* Clitarchus: Ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὧν ἀδίκως ἔπραξας, δὶς ἀδικήσεις, pro, ὑπὲρ τούτου ὅ. *Defenſurus hoc quod injuſtè feciſti, bis delinques.* Lambinus utramque cenſet eſſe mixtam orationem; ſic; Tali nardo perunctum quale meæ manus nunquam laborârunt, aut quo perfectius non laborârunt. Alii (inter quos Linacer) Antiptoſin eſſe dicunt, pro *qualibus*, & *quali.* Quid ſi dicamus in poſteriori, *quale* eſſe Ablativi caſûs? Certũ eſt hujuſmodi Adjectiva apud Poetas interdum mittere Ablativum in e. Ovid. Metam. 1. ---- *Specie cæleſte reſumptâ.* Idem in epiſtolâ Paridis. ---- *A cæleſte ſagittâ Figar.* Idem Faſt. 4. *Extaque de porcâ cruda bimeſtre tenet.*

38. *Dignus, indignus, &c.* Ex his *Dignus*, & *Indignus* Genitivum interdum vendicant. Ovid. epiſt. Helenæ. *Militia eſt operis altera digna tui.* Cicero ad

Dignus, indignus, fretus, contentus, exterris cum Ablativo. Balbus Ciceroni.

ad Attic. l. 8. epiſt. 24. *Suſcipe curam, & cogitationem dignisſimam tuæ virtutis.* Virg. Æneid. 12. *Deſcendam magnorum haud quaquam indignus avorum.* Sueton. in Othone. c. 4. *Solum ſucceſſionis imperii dignum.* Ad Græcorum imitationem apud quos ἄξιος, & ἀνάξιος, cum Genitivo conſtruuntur. Reperitur etiam *Extorris* cum Genitivo. Statius. Thebaid. 12. *Illum oro extorrem regni, belloque fugatum Redde mihi.* Quo modo & *Exul* apud Horatium l. 2. od. 16. ---- *Patriæ quis exul Se quoque fugit.* Habet *extorris* & ablativum cum Præpoſitione. Livius l. 5. *Extorrem ab ſolo patrio.* Quod ad illud Livii l. 4. d. 3. *Nec jam libertatis contentos eſſe, niſi etiam regnent, ac dominentur*: citatur à Deſpauterio, Melanchone, Linacro, & aliis, at in omnibus, quos mihi contigit videre, codicibus, etiam in illo Gruteri, ſcribitur libertate contentos eſſe. Non ego tamen hoc fieri poſſe imperitiâ librariorum, qui veterem lectionem, ſiqua minus vſitata, ubique fere expunxerunt. Affert enim aliud exemplum huic ſimile Voſſius, ex Claudio Juriſconſulto l. 37. *Quoniam in his expreſsit, ut contentus eſſet, partis dimidiæ dotis.* In quibus Ablativum *re* intelligi putat. In iſto Plauti Captiv. a. 5. ſc. 1. *Non me cenſes ſcire quid dignus ſim?* aut eſt Ellipſis *rē perpeti*, vel fortaſſe legendum, *qui*, i. e. quo dignus ſim.

Voſſius de Conſtructione. c. 11.

39. *Ablativus, aut Genitivus, Partis affectæ, vel Adjuncti.*

Adjectiva regunt Ablativum & nonnunquam Genitivum, &c. Exempla Genitivi, quia id in dubium vocari à nonnullis video, apponam. Horat. l. 1. ſat. 9. ---- *O te Bollane cerebri Felicem aiebam.* Tacitus l. 1. *Animi ferox.* Ibid. *Fœmina ingens animi*: & l. 2. *Lætus animi.* Gellius l. 2. c. 13. *Lævus*

nus profectò, & cæcus animi forem. Quintil. l. 1. c. 16. *Si quis tam cæcus animi eſt.*

Ablativum Partis frequenter in Accuſativum mutant Poetæ. Poetas imitatur Gellius l. 19. c. 10. *Cornelium pedes tum graviter ægrum ire viſere.* Ad imitationem Græcorum: Sophocles, τυφλὸς τάλ' ὦτα, τόν τε νῶν, τάλ' ὄμμαθ' ἕτι, *Cæcus es, & auribus, & mente, & oculis.* Homer. Iliad. β. Ὄμμαθ' καὶ κεφαλὴν ἴκελο Διὶ τερπικεράυνῳ, *Oculis & capite ſimilis Iovi gaudenti fulmine.* Iſocrates ad Demonicum: Πειρῶ τὸ μὲν σῶμα ἕτοιμον εἶναι φιλόπονον, τὴν δὲ ψυχὴν φιλόσοφον. *Da operam ut ſis corpore laborioſus, animo vero ſtudioſus.* Quia in his aliquando proprietas partis toti tribuitur, nonnulli quod in ſtructuræ ratione hìc variatur, Synecdochen appellant, contra quos Linacer l. 6. de Helleniſmo.

In iſtis Virgilii Æneid. 4. *Omnia Mercurio ſimilis, vocemque, coloremque.* Livii l. 1. *Cætera egregium.* Cicero pro Quinctio; *Sanè cætera pater familias & prudens, & attentus, unâ in re minùs conſideratus:* eſt Ellipſis Græca. Theognis, Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἁπάντα σοφὸς, *Nemo hominum omnibus ſapit.* Herodianus, Εἰκόνα πάντα ὁμοίαν τῷ τελευτηκότι, *Imaginem omnia ſimilem defuncto*, i. e. κατὰ πάντα. Immo & aliis etiam Accuſativis ſubintelligi videtur κατὰ, circa, vel quoad. Quod aliquando etiam exprimitur, ut Epigrammate illo: Ὃς καλὸς σῶμα καλὸς, καλὸς νῶν δ' ἄν ἐστιν ἄμορφος, Ἀνίχρως δὲ πλεῖόν μοι δοκεῖ ἢ καλὸς, *Qui corpore pulcher, mente verò deformis, turpis magis mihi videtur quàm pulcher.*

Adjectiva Verbalia interdum caſum habent Verborum ſuorum. Livius l. 25. *Hanno vitabundus caſtra hoſtium, conſuleſque, loco edito caſtra poſuit.* *Adjectiva Verbalia cum Caſu Verborum ſuorum.*

hortulos ſuos piſcarentur. Intelligerentur hortuli piſcatorum, non Pythii, ideoque hac formâ dixiſſet Cicero, *Piſcatores rogati ſunt à Pythio, ut ante hortulos ejus piſcarentur*: i. e. Pythii. Reciprocum enim Nominativum Verbo, Relativum ſibi proximum refert.

Vſurpare etiam poſſumus Reciproca, quando reflectitur ad caſum qui Verbum ſequitur, modo in alteram ſtructuram ſententia commodè poſſit reſolvi; ut Virg. ecl. 2. ---- *Trahit ſua quemque voluptas*: ubi reflectitur ad caſum qui Verbo à tergo, quia idem eſt ac ſi diceret, Quiſque trahitur à voluptate ſuâ, ubi manifeſtus reditus ad caſum, qui Verbo à fronte; ita in illo Ciceronis Offic. 1. *Negligere quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolùm arrogantis eſt, ſed omninos diſſoluti*: ubi *ſe* refertur ad arrogantis & diſſoluti, non ad quiſque, quod Verbum antecedit, quia reſolutâ in priorem formam ſententiâ dicitur, Arrogans ſive diſſolutus negligit quid de ſe à quoque dicatur.

Si nullum ambiguitatis periculum, Relativo pro Reciproco uti liceat. Sic *ipſe* ſæpe ponitur pro *ſe*. Cicero Philip. 2. *Omnes boni, quantum in ipſis fuit, Cæſarem occiderunt.* Idem Offic. 1. *Si non poterit cauſas defenſitare, illa præſtare debebit, quæ erunt in ipſius poteſtate*, 1. ſuâ. Idem. *Quorum ſuum quondam inter ipſos odium meminiſtis.* Quintil. l. 8. c. 6. *Grammaticis inter ipſos, & philoſophos pugna eſt.* Idem l. 10. c. 2. *A doctis inter ipſos mutuò reprehenſa.* Immo cum plures tertiæ perſonæ cõcurrunt, vitandæ ambiguitatis causâ, hoc tutiùs utimur, quàm reciproco. Cicero Offic. 3. *Factus eſt alter ejus ſiſtendi vas, ut ſi ille non revertiſſet, morſ-*

endum

endum eſſet ipſi: i. e. vadi. Interdum & aliud Relativum ponitur pro Reciproco. Cicero Offic. 3. *Perfuga Fabricio pollicitus eſt, ſi præmium ei propoſuiſſet, ſe Pyrrhum veneno necaturum.*

Sui & *ſuus* aliquando pro Relativis ponuntur; ut Martial. l. 6. ep. 52. *Sis licet inde ſibi tellus placata, leviſque*: *ſibi* pro *ei*. Ovid. Heroid. *Reſpice Laerten ut jam ſua lumina condas*: *ſua* pro *ejus*. Quæ in exemplum non temere trahenda. Sic & Græci. Homer. Iliad. C. ---- ὁ δ' ἰδράθη, θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ. οἱ pro αὐτῷ. *Ille autem dorſo incurvatus eſt, calidaque ei excidit lacryma.*

Interdum *ſuus* non eſt Reciprocum, ſed idem eſt quod proprius; ut Terent. *Suus cuique mos.* Horat. *Velle ſuum cuique eſt.*

CAP. VIII.

De Verbis cum Nominativo.

40. *Verba Subſtantiva, Paſſiva, & Geſtûs, Nominativum habent à tergo.*

Verba Subſtantiva, Paſſiva, &c. Non ſolùm Verba vocandi Paſſiva hujus ſunt conſtructionis, ſed innumera alia. Juſtin. l. 13. *Adeo movit pedites, ut probato conſilio ejus dux ab omnibus eligeretur.* Idem l. 16. *Ut præfectus ejus conſtitueretur.* Idem l. 22. *Primo prætor, mox dux creatur.* Seneca Hippol. a. 2. ſc. 1. *Et vna ſolis montibus coleris dea.* Ovid. Metam. 3. *Arbiter hic igitur ſumptus de lite jocosâ.* Ibid. ---- *Poteratque puer, juveniſque videri*: & Metam. 7. ---- *Avido dabitur fera prædâ draconi.* Imò nullum eſt Paſſivum, quod poſt ſe Accuſativum admittit præter *rogor, exoror, poſcor, do-*

ſuit. Apuleius Metam. 3. *Vbertim flebam carnificem imaginabundus.* Ovid. Metam. 1. *Cumque ſit ignis aquæ pugnax*: quomodo Virgilius Dativum Verbo. Æneid. 4. ---- *Placidóne etiam pugnabis amori?* Horat. l. 2. od. 16. ---- *Non gemmis, neque purpurâ venale, nec auro.* Senec. *Quod non opus eſt, aſſe carum eſt.*

CAP. VII.

De Pronominum Conſtructione.

MEus, tuus, ſuus, ſæpe ſignificant mei, tui, ſui, juris. Perſius ſat. 5. *Vindictâ poſtquam meus à prætore receſſi.* Ovid. *Alterius non ſit, qui ſuus eſſe poteſt.*

Si Poſſeſſivum pro Primitivo ponitur, ut in illo Terentii Heauton. a. 2. ſc. 2. *Apparebit facilè deſiderio id fieri tuo*; pro tui: Grammatici Soloecophanen dicunt. At eodem modo loquuntur & Græci. Sophocles. Τῶ ἐμῶ πόθῳ κατέφθιται, *Meo deſiderio extabuit.*

Ad Caſſium. Cum *Cauſa* Poſſeſſivum ſæpius in uſu, quàm Primitivum. Cicero l. 16. epiſt. 3. *Te valere tuâ cauſâ primùm volo, tum meâ, mi Tiro.* Idem l. 15. epiſt. *Abeſſe te meâ cauſâ moleſtè fero, tuâ gaudeo.* Idem ad Attic. l. 8. epiſt. 1. *Si me vellet ſua, aut reipub. cauſâ Leuceriam venire, ſtatim eſſe venturum.* Horat. l. 1. ſat. 4. ---- *Cauſâque meâ per multa rogatus Fecit.*

Ille & iſte ſic diſtingui ſolent. *Ille* tum uſurpatur, cum ob eminentiam rem quampiam demonſtramus.

ſtramus. *Iſte* vero ponitur quando cum contemptu, & ſtomacho, rei alicujus mentionem facimus; ut Cicero, *Naſica ille prudens bis conſul.* Terent. Eunuch. a. 2. ſc. 1. *Iſtum anulum, quoad poteris, ab ea pellito.*

Hic & ille cum ad duo Antepoſita referuntur, *Hic* ad poſterius & propius, *Ille* ad prius & remotius uſitatiſſimè refertur; ut, Columella; *Agricolæ contrarium eſt paſtoris propoſitum: ille quàm maximè ſubacto, & puro ſolo gaudet, hic nocali, graminoſoque: ille fructum e terrâ ſperat, hic e pecore.* Aliquando tamen e diverſo *hic* ad remotius, *ille* ad proximum referri invenias. Ovid. Metam. 1. *Vt canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem: Sic deus, & virgo eſt, hic ſpe celer, illa timore.*

Tranſitus à perſonâ in ſeipſam, Reciprocatio dicitur, Reciprocare autem ut inquit Varro l. 6. de L. L. à recipere factum eſt, ſive à procare, quod poſcere quondam ſignificabat. Vnde Grammatici Reciproca appellârunt, quod ad eandem perſonam ſeſe recipiant, unde profecta ſunt, eandemque repoſcant. *Reciproca, ἀπὸ τοῦ ἑαυτῶν, i. e. Sui --paſſiva ut vertit Priſcianus* l. 17.

In primâ, & ſecundâ perſonâ non fit reciprocatio, à tertiâ verò in ſeipſam per *ſui*, & *ſuus*.

Adhibentur autem hæc Reciproca cum reflexio fit ad caſum qui Verbum præceſſit; ut Cicero 5. de Finib. *Eorum eſt hæc querela, qui ſibi chari ſunt, ſeſeque diligunt.* Idem Offic. 3. *Pythius piſcatores ad ſe convocavit, & ab eis petivit, ut ante ſuos hortulos poſtero die piſcarentur:* i. e. hortulos Pythii, non piſcatorum. At ſi inversâ formâ dixiſſet, *Piſcatores à Pythio convocati rogati ſunt, ut ante*

hortulos ſuos piſcarentur. Intelligerentur hortuli piſcatorum, non Pythii, ideoque hac formâ dixiſſet Cicero, *Piſcatores rogati ſunt à Pythio, ut ante hortulos ejus piſcarentur*: i. e. Pythii. Reciprocum enim Nominativum Verbo, Relativum ſibi proximum refert.

Vſurpare etiam poſſumus Reciproca, quando reflectitur ad caſum qui Verbum ſequitur, modo in alteram ſtructuram ſententia commodè poſſit reſolvi; ut Virg. ecl. 2. ---- *Trahit ſua quemque voluptas*: ubi reflectitur ad caſum qui Verbo à tergo, quia idem eſt ac ſi diceret, Quiſque trahitur à voluptate ſuâ, ubi manifeſtus reditus ad caſum, qui Verbo à fronte; ita in illo Ciceronis Offic. 1. *Negligere quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolùm arrogantis eſt, ſed omninò diſſoluti*: ubi *ſe* refertur ad arrogantis & diſſoluti, non ad quiſque, quod Verbum antecedit, quia reſolutâ in priorem formam ſententiâ dicitur, Arrogans ſive diſſolutus negligit quid de ſe à quoque dicatur.

Si nullum ambiguitatis periculum, Relativo pro Reciproco uti liceat. Sic *ipſe* ſæpe ponitur pro *ſe*. Cicero Philip. 2. *Omnes boni, quantum in ipſis fuit, Cæſarem occiderunt.* Idem Offic. 1. *Si non poterit cauſas defenſitare, illa præſtare debebit, quæ erunt in ipſius poteſtate*, 1. ſuâ. Idem. *Quorum ſuum quondam inter ipſos odium meminiſtis.* Quintil. l. 8. c. 6. *Grammaticis inter ipſos, & philoſophos pugna eſt.* Idem l. 10. c. 2. *A doctis inter ipſos mutuò reprehenſa.* Immo cum plures tertiæ perſonæ cõcurrunt, vitandæ ambiguitatis causâ, hoc tutiùs utimur, quàm reciproco. Cicero Offic. 3. *Factus eſt alter ejus ſiſtendi vas, ut ſi ille non revertiſſet, morien-*

dum

endum eſſet ipſi: i. e. vadi. Interdum & aliud Relativum ponitur pro Reciproco. Cicero Offic. 3. *Perfuga Fabricio pollicitus eſt, ſi præmium ei propoſuiſſet, ſe Pyrrhum veneno necaturum.*

Sui & *ſuus* aliquando pro Relativis ponuntur; ut Martial. l. 6. ep. 52. *Sis licet inde ſibi tellus placata, leviſque*: *ſibi* pro *ei*. Ovid. Heroid. *Reſpice Laerten ut jam ſua lumina condas*: *ſua* pro *ejus*. Quæ in exemplum non temere trahenda. Sic & Græci. Homer. Iliad. ε. — ὁ δ' ἰδυώθη, θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ. οἱ pro αὐτῷ. *Ille autem dorſo incurvatus eſt, calidaque ei excidit lacryma.*

Interdum *ſuus* non eſt Reciprocum, ſed idem eſt quod proprius; ut Terent. *Suus cuique mos.* Horat. *Velle ſuum cuique eſt.*

CAP. VIII.

De Verbis cum Nominativo.

40. *Verba Subſtantiva, Paſſiva, & Geſtiã, Nominativum habent à tergo.*

Verba Subſtantiva, Paſſiva, &c. Non ſolùm Verba vocandi Paſſiva hujus ſunt conſtructionis, ſed innumera alia. Juſtin. l. 13. *Adeo movit pedites, ut probato conſilio ejus dux ab omnibus eligeretur.* Idem l. 16. *Ut præfectus ejus conſtitueretur.* Idem l. 22. *Primo prætor, mox dux creatur.* Seneca Hippol. a. 2. ſc. 1. *Et vna ſolis montibus coleris dea.* Ovid. Metam. 3. *Arbiter hic igitur ſumptus de lite jocosâ.* Ibid. ---- *Poteratque puer, juveniſque videri*: & Metam. 7. ---- *Avido dabitur fera præda draconi.* Imò nullum eſt Paſſivum, quod poſt ſe Accuſativum admittit præter *rogor, exoror, poſcor, doceor,*

ceor, edoceor, moneor, admoneor, cum aliis quibusdam apud Poetas, de quibus postea in Constructione Verborum regentium duplicem Accusativum.

Sunt qui observant Nominativum post verba Substantiva mutari aliquando in Genitivum; ut in illo Horatii l. 3. od. 13. *Fies nobilium tu quoque fontium*: pro fies tu quoque fons nobilis. At videtur potiùs Ellipsis Græca, τῶν unus, vel *e numero*. Strabo l. 8. Ἑρμιὼν δ' ἐστὶ τῶν οὐκ ἀσήμων πόλεων. *Hermione est non ignobilium urbium*, pro μία πόλεων.

Infinitum utrinque eosdem, &c. Sensus regulæ est. Infinita Verborum Substantivorum, Passivorum, & Gestûs, præcedente Accusativo, mutare Nominativum à tergo in accusativum: Aliàs tum hæc, tum alia Infinita Finitorum suorum casum postulant. Cicero Offic. 1. *Vt viri boni esse videantur*: Ovid. Metam. 1. --- *At quoniam conjux mea non potes esse*. Sic, *Gaudeo te tanti æstimari, &c.*

Suppresso priore Accusativo Nominativum aliquando à tergo habent, loco Accusativi. Horat. l. 3. od. 27. *Vxor invicti Iovis esse nescis*: pro nescis te esse uxorem. Ovid. Metam. 3. --- *Quia rettulit Ajax, Esse Iovis pronepos*: pro se esse pronepotem. Lucan l. 1. ---- *Tutumque putavit Iam bonus esse socer*: pro se bonum esse socerum. Ad eundem modum & Græci. Plutarch in Apoth. Περικλῆς ἔφησε μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος εἶναι. Pericles dicebat usque ad aras amicus esse.

Infinitum *esse* præcedente Verbo *licet* Dativum post se admitti, vel Accusativum, ut Cicero Tusc. 1. *Licuit otioso esse Themistocli*. Idem ad Attic. l. 1. *Mihi negligenti esse non licet*. Idem

pro

pro Cornelio Facco. *Si civi Romano licet esse Gaditanum.* Nonnunquam etiam alio præcedente Verbo Dativo inserviente. Quintil. l. 11. c. 1. *Cui esse diserto vacet.* Ovid. Metam. 8. ---- *Vobis immunibus hujus Esse mali dabitur.* Horat. in Arte. ---- *Mediocribus esse Poetis, Non homines, non dii, non concessere columnæ.* Livius l. 21. *Vobis necesse est fortibus viris esse.* Terent. Heauton. a. 2. sc. 3. *Expedit bonas esse vobis.* Sed in his usitatior Accusativus, utpote qui linguæ Romanæ nativus. Cui alter subintelligitur Accusativus, ut Eum esse Gaditanum, vos esse beatas. Dativus à Græcis. Aristophanes. Ὅλως γὰρ ἐστι πλουσίοις ἁπᾶσιν ἡμῖν εἶναι. *Omnibus nobis verè divitibus esse licet.* Plato in Protagora. ᾧ πρῶτον μὲν ὑπάρχει ἰατρῷ εἶναι, εἶτα ἀγαθῷ ἰατρῷ. *Cui primum contingit esse medico, postea bono medico.* Hanc constructionem & aliis Verbis datam invenias apud Valerium l. 5. c. 4. *Maximo tibi postea civi, & duci evadere contigit:* & l. 3. c. 6. *Clahmydato sibi, & crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit.*

CAP. IX.

De Verbis cum Genitivo.

41. *Sum cum Genitivo.*

Sum Genitivum postulat, &c. Videtur hic Genitivus Ellipticos, ut Adolescentis est majores natu revereri; i. e. munus, vel officium.

42. *Interest & refert cum Genitivo annectuntur præter hos Ablativos, meâ, tuâ, suâ, nostrâ, vestrâ, cujâ.*

Interest & refert, &c. Genitivus post hæc Verba videtur Ellipticus, subintellecto Ablativo, re, causâ, vel gratiâ; ut Interest illorum, i. e. in re vel

vel causâ illorum. Nec minùs in Ablativs istis, *meâ, tuâ, suâ, &c.* Vt Interest, vel refert meâ, i.e. in re meâ, hoc est utilitate meâ. Plautus. *Vtrumne veniat nec ne, nihil in re est mea.* Sed evincitur hoc clariùs illo Plauti in Persa. Meâ istuc nihil refert, tuâ refert gratiâ, & illo Terentii Phorm. a. 5. sc. 8. *Etiam dotatis soleo. C. Quid id nostrâ? P. Nihil.* Vbi Metri ratio postulat ut *nostrâ* sit Ablativus, ne claudicet. Ita statuunt Priscianus l. 12. Valla. l. 2. c. 38. & Erasmus in sua Grammatica, quos plurimi sequuntur. Donatus vero ait esse Accusativos Plurales neutros, cui favet Scaliger de caus. L. L. c. 125. quos sequuntur nonnulli, & in his intelligi volunt Propositionem *ad*; ut Quid tua refert? i. e. ad tua negotia. Nec negari potest ita & Classicos loqui. Plaut. Pers. a. 4. sc. 3. *Quid id ad me, aut ad meam rem refert, Persæ quid rerum gerant?*

Cujus Genitivus *à Quis*, & *Cujâ* à nominativo *Cujus*, a, um, rectè dicitur. Cicero Philip. 1. *Quis enim est hodie, cujus inter sit istam legem manere?* Idem pro L. Vareno apud Priscian. l. 12. *Ea cædes si crimini potissimum datur, detur ei cujâ interfuit, non ei, cujâ nihil interfuit.*

Adjicitur & illi Genitivi, tanti, quanti, &c. Nonnunquam pro Genitivis *tanti*, & *quanti* usurpantur Adverba *tantùm*, & *quantùm*. Plin. l. 2. c. 16. *Tantum interest subeant radii, an superveniant.* Cicero pro Muræna. *Quantum salutis communis interfit.*

Interest loco Genitivi Accusativum interdum habet cum Præpositione *ad*, sed rei tantùm non personæ. Cicero 10. de Nat. *Magni interest ad decus, & laudem hujus civitatis ita fieri.* Idem l. 5. epist.

epist. 12. *Equidem ad noſtram laudem non multum video intereſſe.*

43. *Satago, miſereor, miſereſco, &c.* Verbo Satago Genitivus tribui videtur, vel vi Adverbii *ſatis*, unde componitur, vel Ellipſi Græcâ, τῦ *cauſa*. Miſereor cum Dativo apud antiquos non lego, licet id affirment Diomedes, & Priſcianus; nam in in illo Senecæ patris. l. 1. contr. 2. *Et ego miſereor tibi puella*; hodie legitur miſereor tui, & Senecæ Philoſophi de vitâ beatâ, *Huic ſuccurro, huic miſereor*, jam legitur, *hujus miſereor*. In illo Ciceronis. Tuſcul. 2. *Perge, aude nate, illacryma patris peſtibus, miſerere, &c.* Peſtibus pudent à Verbo illacryma, non à miſerere. Boetius quidem l. 4. de Conſolat. car. 4. Dativum adjungit Verbo *miſereſco. Dilige jure bonos, & miſereſce malis*: at hic ſequioris ævi. Miſeror primæ Conjugationis Accuſativo tantum inſervit. Virgil. Æneid. 6. *Phœbe graves Trojæ ſemper miſerare labores.* Æne. 10. *Dii Iovis intectis iram miſerantur inanem.* Amborum. Gellius commiſereor ſecundæ Conjugationis Accuſativo etiam junxit l. 7. c. 5. *Commiſereaturque interium ejus.*

Stago, miſereor, miſereſco cum Genitivo.

44. *Reminiſcor, obliviſcor, recordor, &c.* Genitivum habent tam Perſonæ, quàm Rei, Accuſativum tantùm Rei; ut obliviſcor lectionis, vel lectionem, at obliviſcor fratris, non fratrem. *Recordor* & *Memini* pro Genitivo habent interdum Ablativum cum Præpoſitione *de*. Cicero pro Planco. *Quoniam iſtis veſtris lacrymis de illis recordor*. Idem ad Attic. l. 15. *Et de Herode, & Metio memini.*

Reminiſcor, obliviſcor, recordor, & memini cum Genitivo, aut Accuſativo.

45. *Verba Aeſtimandi cum Accuſativo Genitivum, &c.* A regulis Verborum, quæ Accuſativum cum alio

Verba Aeſtimandi cum Accuſativo & Genitivo.

alio caſu poſtulat, ſemper excipienda Paſſiva, & privatim ab hac. *Sum* pro *Aeſtimor.*

Æſtimandi Verba ſunt, *Aeſtimo, duco, facio, fio, ſum* pro æſtimor, *habeo, pendo, puto.* Genitivi, qui his ſubjici ſolent, ſunt, *Magni, maximi, pluris, plurimi, parvi, minoris, minimi, tanti, tantidem, quanti, quanticunque.* Quibus ſubintelligitur Subſtantivum *pretii,* quod interdum exprimitur. Terent. And. a. 5. ſc. 2. *Videtur eſſe quantiuis pretii.* Imò in Genitivis aliqui volunt eſſe Ellipſin alterius Subſtantivi, aquo Genitivus pretii regatur; ut *Aeſtimat libertatem magni,* i. e. rem magni pretii.

Pro nihilo habeo, pro nihilo puto, pro nihilo duco eleganter dicuntur; ut, Cicero pro Domo ſuâ. *Pro nihilo etiam habendam.* Idem pro Cæcin. *Reſpicere defenſionem & pro nihilo putare.* Idem 4. in verrem. *Tu auſus es pro nihilo, præ tuâ prædâ, tot res ſanctiſſimas ducere.*

Singulare ſunt iſta, *Aequi boni facio,* vel *æqui bonique facio,* & *boni conſulo.* Senec. *Quicquid bonis accidit, boni conſulunt, in bonum vertunt.* Cicero ad Attic. l. 7. ep. 7. *Tranquilliſsimus autem animus meus, qui totum iſtud æqui boni facit.*

47. *Verba Accuſandi, Damnandi, Abſolvendi, præter Accuſativum, Genitivum habent Criminis, aut Pœnæ.*

Verba Accuſandi, Damnandi, &c. Hujus claſſis ſunt, *Accuſo, ago, arceſſo, anquiro, arguo, alligo, aſtringo, coarguo, defero, incuſo, infamo, inſimulo, noto, poſtulo, damno, condemno, convinco, obligo, obſtringo, abſolvo, libero, purgo, &c.*

Ago cum Accuſativo Perſonæ vix invenitur, ſed cum Ablativo intercedente *cum*: Cicero pro Cluentio. *Deinde aliquando cum ſervo Habiti furti egit.* Autor ad Herennium. *Cum eo Actius egit injuriarum.* Accuſandi Verba pro Genitivo habent interdum

terdum Accuſatium Criminis; ut Cicero l. 1. de Orat. *Nam quod inertium accuſas adoleſcentium.* Idem Catil. 2. *Nihil ex iis, quæ Galli inſimulabant, negavit.* Quo modo loquuntur & Græci. Iſocrates ad Nicoclem. Μηδὲ καλαγνῶς τῶν ἀνθρώπων τοσαύτην δυ-ςυχίαν, *Neque tantæ infelicitatis homines accuſabis.* Demoſth. Πάνθ' ἃ τῶν ἄλλων καληγόρει, αὐτὸς ἐποίησε, *Omnia, quorum alios inſimulavit, ipſe fecit.*

Vertitur hic Genitivus, &c. Poſt hæc, *Accuſo, defero, arguo, poſtulo, expoſtulo, damno, condemno* Genitivus Criminis mutatur aliquoties in Ablativum cum Præpoſitione *de*, niſi fuerit generale nomen; ut, *crimen, ſcelus, peccatū*. Hujuſmodi enim & cum his, & aliis ſine Præpoſitione efferri ſolent. Cicero in Verrem. 3. *Ego certis propriiſque criminibus accuſabo.* Idem l. 2. epiſt. 1. *Condemnabo eodem ego te crimine.* Martial. l. 11. ep. 80. *Arguitur lentæ crimine avaratiæ.* Vnde conjiciunt nonnulli in Genitivis, qui hujuſmodi Verbis ſubjicitur, intelligi Ablativum, *crimine, ſcelere*, aut *peccato*. Quibus non hìc litem intendam, licèt & ipſa in Genitivo uſurpari invenias. Tacit. l. 4. *Gracchus ejuſdem criminis abſolvitur*, & l. 5. *Quia malæ adminiſtratæ provinciæ, aliorumque criminum urgebatur.* Juſtin. l. 9. *Apud quos cum potentiſsimi quique rei ejus ipſius criminis poſtularentur.* Cicero ad Terentiam l. 14. ep. 14. *Sceleris condemnat generum ſuum.* *Aut loco Genitivi Ablativum.*

Dicimus etiam *Capitis*, aut *capite damnare*, non *de capite*. Cicero pro C. Rabirio. *Civem Romanum capitis condemnare cogit.* Autor ad Herem. *Eum vos jurati capite damnâſtis.*

Purgo Ablativo gaudet cum Præpoſitione *de*.

Cicero ad Attic. l. 10. *De altero ei me purgavi.* Interdum Genitivo, ſed rariùs. Livius l. 7. d. 4. *Quibus purgantibus civitatem omnis facti, dictique hoſtilis adverſus Romanos.* Horat. l. 2. ſat. 3. *Et miror morbi te purgatum illius. Solvo, libero, alligo, aſtringo, obſtringo, culpo, multo, & damno pro multo, noto, obligo,* Ablativum volunt Criminis, aut Pœnæ ſine Præpoſitione. Senec. epiſt. 91. *Omnia mortalium opera mortalitate damnata ſunt.* Tacit. de Germania. *Damnare tributis. Libero* Genitivum rariùs admittet, at interdum. Livius l. 1. dec. 5. *Senatus nec liberavit ejus culpæ regem, neque arguit.*

Appello, & *abſolvo* Genitivum mutant in Ablativum tum ſine, tum cum Præpoſitione. Quintil. l. 5. c. 13. *Magnâ pecuniâ appellabaris à creditoribus.* Cicero Philip. 2. *Appellatus es de pecunia.* Livius l. 2. *Latæ deinde leges quæ conſulem ſuſpicione abſolverent.* Cicero ad Quint. Frat. l. 2. *De prævaricatione à tribunis ærariis abſolutus.*

47. *Verba Monendi annexa cuilibet Genitivo.*

Admoneo, commoneo, commonefacio, &c. Verba Monendi non annectuntur ſolummodo Genitivo Criminis, ſed & cuilibet alii, tam Perſonæ, quàm Rei. Saluſt. Jugurth. *Quoniam nos tanti viri res admonuit.* Ovid. *Otia delectent, admoneantque mei.* Livius l. 5. *Qui admonerent eum fœderis Romani.* Cicero. *Te nuptiales tibiæ ejus matrimonii, commonebant.* Quintil. li. 1. c. 5. *Grammaticos ſui officii commonemus.* Autor ad Heren. l. 4. *Cum ipſe te veteris amicitiæ commonefaceret, commotus es.*

48. *Pœnitet, tædet, miſeret, miſereſcit, pudet, piget, Accuſativum habent cum Genitivo.*

His Imperſonalibus ſubjicitur, &c. Accuſativus cum Perſonam ſignificat, in qua fit paſſio; Genitivus, cum perſonam (nam eſſe poteſt tam Rei, quàm Perſonæ) illam ex qua fit actus; ut Pœnitet me tui,

tui, i. e. Pœnitentia me habet tui. Infinitivus nonnunquam vicem ſupplet Genitivi. Senec. Agamem. a. 2. ſc. 2. *Quem pœnitet peccâſſe, penè eſt innocens.*

Illud Terentii Heauton. a. 4. ſc. 4. *Menedemi vicem miſeret me*, ſingulare eſt, & Ellipſis τοῦ, ob vicem.

Vereor etiam apud antiquiſſimos cum Genitivo junctum legitur. Pacuvius apud Nonium: *Fieri contumeliam Tyndareo, cujus te veretur maximè.* Varro apud eundem: *Non te tui ſaltem pudet, ſi nil mei revereatur.* Terent. Phorm. a. 5. ſc. 8. *Neque hujus ſis veritus fœminæ primariæ.* Niſi in his malis eſſe Ellipſin vocis, causâ.

CAP. X.

De Verbis cum Dativo.

49. *Dativus Perſonæ, aut Rei cui aliquid acquiritur vel adimitur poſt quælibet Verba.*

Omnia Verba adſciſcunt Dativum &c. Hæc regula latiſſimè patet, quippe quæ omnia Verborum genera in ſe comprehendit; Activa, Paſſiva, Neutra, Deponentia; tam Intranſitiva, quàm Tranſitiva, & quoſlibet Dativos tam Rei, quàm Perſonæ. Exempla dabimus eorum tantùm, quæ minùs obvia, aut ab aliis omiſſa. Senec. Med. a. 2. ſc. 2. *Illi pelia, non nobis jacet.* Cicero, *Dubitationem mihi tolles.* Idem in Bruto. *Collegæ ſuo imperium abrogavit.* Idem pro Marcello: *Operibus tuis diuturnitas detrahet.* Horat. l. 2. ſat. 3. --- *Vnum me ſurpite morti*: pro ſurripite. Cicero Offic. 3. *Abſtulerit cibum alteri homini.* Senec. *Eripere vi-*

tam nemo non homini poteſt, at nemo mortem. Horat. l. 1. ſat. 10. ---- *Neque ego illi detrahere auſim, Haerentem capiti culta cum laude coronam.* Lucan. l. 2. --- *Quam turbine nulla Excutiet fortuna tibi.* Horat. l. 1. ſat. 10. *Detereret ſibi multa.* Idem l. 2. ſat. 3. *Quantulum enim ſummæ curtabit quiſq; dierum.* Immo Verba illa, quæ ita Accuſativum amant, ut duplici à tergo gaudeant, hunc tamen Dativum non reſpuunt. Horat. l. 1. ſat. 3. ---- *Aequum eſt Peccatis veniam poſcentem reddere rurſus.* Ovid. Metam. 8. *Et veniam dapibus, nulliſque paratibus orant.* Idem Metam. 13. ---- *Laertiadæque precaris Quæ meruit.* Senec. Med. a. 2. ſc. 2. *Terrâque hac miſeriis angulum, & ſedem rogo.*

Sunt autem quædam Verba, quæ germanâ ſuâ naturâ poſtulant Dativum ſolum, aut cum Accuſativo, Cujuſmodi ſunt quæ generali huic regulæ ſubjiciuntur.

50. *Verba Commodi, Incommodi, Auxilii, Favoris & Eventus cum Dativo.*

Verba ſignificantia Commodum, &c. Commodum ſignificant, *Commodo, proſum, proficio, proſpicio, caveo, metuo, timeo, benedico, benefacio*; Incommodum, *Incommodo, obſum, maledico, malefacio, noceo, officio*; Auxilium, *Auxilior, aſto, opitulor, patrocinor, medeor, medicor, ſubvenio, ſuccurro*; Favorem, *faveo, ſtudeo, aſpiro, indulgeo, parco, conſulo*; Eventum, *Venio, evenio, contingo, cado, accido.*

Medeor, & *medicor* junguntur interdum Accuſativo. Terent. Phorm. a. 5. ſc. 4. *Quàm ſcitum eſt ejuſmodi parare animo cupiditates, Quas, cum res adverſæ ſient, paulo mederi poſſis.* Plaut. Moſtel. a. 2. ſc. 1. *Habe bonum animum, ego iſtum lepidè medicabor metum.*

Studeo cum notat *Favorem*, Dativo. Cicero pro Cœlio.

Cœlio. *Studuit Catilinæ.* Ovid. Metam. 9. *Cui ſtudeat deus omnis habet.* Pro *volo*, aut *Cupio* Accuſativo. Terent. And. a. 1. ſc. 1. *Horum ille nihil egregiè præter cætera ſtudebat.* Idem Hecyr. a. 2. ſc. 1. *Vt omnes mulieres eadem æquè ſtudeant, nolintque omnia. Indulge* e tiam antiquè Accuſativo: Terent. Eunuch. a. 2. ſc. 1. ---- *Nimis me indulgeo. Iuvo adjuvo, lædo,* & *offendo,* optimo jure à regulâ excipiuntur, quippe quæ Activa; Omnia vero Activâ (quæ primam ſcilicet recipiunt perſonam Paſſivam) Accuſativum exigunt: & hinc eſt quod *noceo,* & *lædo,* licèt ejuſdem ſint ſignificationis, non ſunt tamen ejuſdem conſtructionis: quod alterum ſit Neutrum, alterum Activum. Legitur tamen & *Noceo* cum Accuſativo apud Senecam Controverſ. 5. *Dum filium vindico, ubi me graviſſimè nocere poſſit, oſtendit.*

Verba Obſequendi, &c. Obſequendi Verba ſunt, *Obſequor, obedio, pareo, obtempero, adulor, aſſentior, blandior, palpor, lenocinor, ancillor, famulor, morigeror, obſecundo, cedo, ſervio, inſervio, placeo, auſculto, acquieſco, ſuffragor.* Repugnandi; *Repugno, reſiſto, reclamo, adverſor, obſiſto, occurro, obſtrepo, obſto, reluctor, refragor, diſpliceo*; Fidendi, *Fido, confido, fidem habeo, credo*; Iraſcendi, *Iraſcor, ſuccenſeo.*

51. *Verba obſequendi, Repugnandi, Fidendi, & Iraſcendi cum Dativo.*

Adulor, aſſentor, aſſentio, aſſentior, palpo, inſervio, & adverſor, leguntur interdum dum Accuſativo. Cicero offic. 1. *Nec adulari nos ſinamus.* Tacitus l. 6. *Neronem adulari.* Columella l. 7. c. 12. *Illi quoque furem adulantur.* Terent. Eun. a. 2. ſc. 2. ---- *Imperavi egomet mihi Omnia aſſentari.* Plaut. Amphit. a. 2. ſc. 2. ---- *Qui illud, quod ego*

dicam, aſſentiant. Cicero ad Brutum. epiſt. ultimâ. *Senatus nihil conſulitur, timet multa, aſſentitur omnia.* Juvenal. ſat. 1. ---- *Quem munere palpat.* Plaut. Moſtel. a. 1. ſc. 3. *Matronæ, non meretricum eſt unum inſervire amantem.* Tacitus l. 1. *Sua facinora adverſari deos lamentabatur.* Idem l. 17. *Ambitionem ſcriptoris facilè adverſeris.* Ibid. *Deos infauſtam adoptionem adverſantes.*

Verba fidendi cum Ablativo.

Verba *Fidendi* Ablativum nonnunquam habent loco Dativi. Cæſar l. 3. bell. Gall. *Multum naturâ loci confidebant.*

52. *Vaco, pateo, doleo, nubo, hæreo, inſidior, propinquo, libet, licet, liquet, expedit cum Dativo.*

In Dativum feruntur Vaco, &c. Vaco Dativum *Rei* mutat interdum in Accuſativum cum Præpoſitione. Ovid de Ponto l. 3. el. 1. *Corporis ad cultum vix vacat ille ſui.* Senec. epiſt. 1. *Non vaco ad iſtas ineptias.* Cum verò ſignificat Carere, Ablativum amat ſolitarium, vel cum Præpoſitione. Cicero Offic. 1. *Nullum eſt tempus quod juſtitiâ vacare debet.* Cæſar l. 3. bell. civil. *Vacabant ea loca à cuſtodibus. Doleo* aliquando cum Accuſativo Rei. Ovid de Triſt. l. 4. el. 3. *Tu verò tua damna dole.* Statius Thebaid. 3. ---- *Bellorum extrema dolemus.* Sueton. in Tiberio c. 52. *Se quoque reſpondit vicem eorum dolere.* Sed hìc fortaſſis Ellipſis Præpoſitionis *propter*, quod expreſſit Quintilianus. *Nec poteſt ei credere, aut propter eum dolere.* Interdum cum Ablativo mediante *de.* Ovid de Triſt. l. 4. el. 10. *Sum miſer, & de me quòd doluere nihil. Nubo* etiam Ablativum interdum habet cum Præpoſitione *cum.* Terent. Phorm. a. 5. ſc. 3. *Natam inveni nuptam cum filio tuo.* Cicero l. 15. epiſt. 3. *Quorum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror.* In illo

Ovidii

Ovidii Metam. 2. ---- *ſucceſſorumque Minervæ Indoluit*: intelligitur causâ.

Sum cum Compoſitis, &c. Excipiendum etiam *Abſum*, quod caſum poſtulat Præpoſitionis ſuæ. Cicero Tuſcul. 5. *Quomodo igitur jucunda vita poteſt eſſe, à qua abſit prudentia, abſit moderatio?* Adſum etiam Accuſativum interdum admittit cum Præpoſitione ſuâ, aut Ablativum cum *in*. Virgil. Æneid. 2. ---- *Cum creber ad aures Viſus adeſſe pedum ſonitus*. Cicero de Orat. l. 2. *In Pauli pugnâ non affuerat. Deſum, inſum, interſum, ſubſum*, Ablativum quandoque cum Præpoſitione. Cicero, *Nec in Antonio defuit hic ornatus*. Terent. Eun. a. 1. ſc. 1. *In amore hæc omnia inſunt vitia*. Cicero l. 10. ep. 2. *Si quid erit in quo me intereſſe neceſſe ſit, nunquam decero*. Idem. *In hac re nulla ſubeſt ſuſpicio*. 53. *Sum cum Compoſitis præter Poſſum exigit Dativum.*

Sum cum multis aliis, &c. Ea Verba duplicem admittunt Dativum, quæ Nominativo, & Dativo jungi ſolent; aut quæ poſt ſe habent Dativum & duos Accſativos, quorum poſterior priori appoſitivè annectitur. Mutant hæc enim Nominativum, & Accuſativum appoſitivum aliquoties in Dativum, idque non ineleganter; ut, Senec. *Non eſt prudentis errantes odiſſe, alioquin ipſe ſibi odio erit*. Idem. *Vanis vana terrori ſunt*. Idem. *Si fines bonorum ac malorum cognouerimus, nec vita nobis tædio erit, nec mors timori*. In quibus non minùs rectè dicere licebit: *odium erit, terror ſunt, tædium erit, timor erit*; quo modo Ovidius. *Quo vereare minùs, ne ſim tibi crimen amicus*, vel *crimini*. Idem. *Tu procul abſenti cura futurus eras*; vel, *curæ*. Cæſar, *Adnatici omnibus copiis auxilio Nervjis venerunt*. 54. *Verba cum duplice Dativo.*

runt, vel *auxilium*. Terent. *Tu nunc tibi id laudi ducis, quod tum feciſti inopiâ*; vel *laudem*. In his Nominandi formulæ ſunt obſervandæ, quæ variant. Dicimus enim, *Eſt mihi nomen Mercurius* vel *Mercurii*, quod tamen rarius, vel *Mercurio*, quod elegantius. Virgil. Æneid. 1. *At puer Aſcanius cui nunc cognomen Iulo Additur*. Livius, *Fauſtulo fuiſſe nomen perhibent*.

Huc pertinere videtur Phraſis illa Grammaticis adeo moleſta. *Homo bonæ frugi*. Plaut. Caſin. a. 1. ſc. 5. *Per bonæ frugi hominem jam pridem eſſe arbitror*. Idem Pſeud. a. 5. ſc. 1. *Cupis me eſſe nequam, tamen ero frugi bonæ*. Duriuſcula ſanè conſtructio, ſed quæ apud probatiſſimos occurrit, quam alii ad Antiptoſin referunt, alii per Apocopen proferri volunt, pro *frugis bonæ*, ut ſit Genitivus Laudis. Melius erit huc referre, ut integra oratio ſit, Qui ſibi vel aliis bonæ eſt frugi.

59. *Præeo, præſto, præcedo, præcurro, præverto, prævertor cum Dativo, vel Accuſativo.*

Sed Præeo, præſto, præcedo, &c. Cicero pro Milone. *Vt vobis voce præirent*. Sueton. in Claud. c. 22. *Eamq; ipſe jure maximi Pontificis, commonito pro roſtris populo, præiret*. Cicero de Orat. l. 1. *Multum cæteris hominibus omnium gentium præſtiterunt*. Quintilian l. 1. c. 1. *Præſtat tamen ingenio alius alium*. Plaut. Aſin. a. 3. ſc. 3. *Vt veſtræ fortunæ meis præcedunt Libane longè*. Cæſar l. 1. bell. Gal. *Helvetii reliquos Gallos virtute præcedunt*. Cicero Catilin. 4. *Qui mihi ſtudio penè præcurritis*. Idem in Orat. *Horum uterque Iſocratem ætate præcurrit*. Plaut. Pſeud. a. 1. ſc. 3. *Sed quoniam pietatem amori video tuo prævortere*. Cicero pro Sylla. *Nemo me unquam tenuiſsimâ ſuſpicione perſtrinxit, quem non præverterim*. Plaut. Captiv. a. 2. ſc. 3. —— *Ei*

rei

rei primùm prævorti volo. Virgil. Æneid. 1. *Volucremque fugâ prævertitur Hebrum.*

Ex reliquis etiam non pauca, &c. Dativum cum Accuſativo poſtulant, &c. Duas haſce regulas viſum eſt hic conjungere, quia utræque ad verba ſpectant, iiſdem Præpoſitionibus compoſita, hoc uno differunt, quòd prior eſt Neutrorum & Paſſivorum, quæ Accuſativum non admittunt; poſterior Activorum & Deponentium, quæ cum Dativo Accuſativum poſtulant. Sed ad Teſtimonia deveniamus, quibus confirmentur regulæ. Ovid. Heroïd. 7. *Accedit fatis matris miſerabilis infans.* Idem Metam. 3. *Tum verò poſtquam ſolitas acceſſit adiras.* Quintil. l. 1. c. 11. *Alvearibus accommodent curam.* Cicero Offic. 1. *Qui ſe ad rempub. & magnas res accommodavere.* Ovid. Metam. 4. *Additur his Niſeus.* Cicero l. 1. epiſt. 19. *Nihil ad tuum Provinciale officium addi poteſt.* Horat. l. 2. ſat. 4. *Sive gravis veteri crateri limus adhæſit.* Plaut. Pænul. a. 2. ſc. 1. ---- *Ne ad fundas viſcus adhæreſceret.* Virgil. Æneid. 8. *Hos caſtris adhibe ſocios.* Cicero Tuſcul. 4. *Vetat Chryſippus ad recentes quaſi humores animi remedium adhibere.* Horat. l. 4. od. 7. *Quis ſcit an adjiciant hodiernæ craſtina ſummæ Tempora dii ſuperi?* Terent. Eun. a. 1. ſc. 2. *Ad virginem animum adjecit.* Virg. Geor. 1. ---- *Vlmiſque adjungere vites Conveniat.* Cicero Philip. 5. *Cæſar ſe ad neminem adjunxit.* Virg. ecl. 3. *Necdum illis labra admovi, ſed condita ſervo.* Cæſar 3. bell. civil. *Ad turrim hoſtium admovent.* Plaut. Epid. a. 5. ſc. 1. ---- *Affer domum auxilium mihi.* Ibid. *Non meminiſti me auream ad te adferre natali die?* Virgil. Æneid. 3. *Hinc me digreſſum veſtris deus*

56, & 57. *Conſtructio Verborum quæ componantur ab, ad, ante, in, ob.*

Accedo.

Accommodo.

Addor.

Adhæreo.

Adhibeo.

Adjicio.

Adjungo.

Admoveo.

Affero.

Appello.

deus appulit oris. Plaut. Asin. a. 3. sc. 3. *Argenti viginti minæ me ad mortem appulerunt.* Horat. Epod. ult. ---- *Et votis puerorum amicas Applicet aures.* Cicero de Orat. 1. *Si se ad aliquem quasi patronum applicuisset.* Cæsar 7. bell. Gal. *Cum jam muro appropinquâssent.* Hirtius l. 5. *Donec ad ipsas portas, ac murum appropinquaret.* Cicero de Opt. genere Orat. *Qui Thucydidem laudavit, ascribat suæ nostram sententiam.* Idem ad Quint. Frat. *Hunc ad tuum numerum libenter ascribito.* Idem Offic. 3. *Admiratus eorum fidem tyrannus, petivit ut se in amicitiam tertium ascriberent.* Plin. Paneg. *Nam cui magis quàm Cæsari attendant?* Cicero pro Archiâ. *Quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis.* Cicero Offic. 2. *Natura hominis pecudibus reliquisque bestiis antecedit.* Cæsar 2. bell. Gal. *Scientiâ, atque usu nauticarum rerum cæteros antecedunt.* Cicero Philip. 9. *Cum Servius Sulpitius ætate illis anteiret, sapientiâ omnibus.* Idem Offic. 2. *Admiratione quadam afficiuntur, qui anteire cæteros virtute putantur.* Cicero de Jnvent. 2. *Crotoniatæ omnibus corporum viribus antestéterunt.* Gellius l. 12. c. 9. *Quanto universi me unum antestatis.* Plaut. Trinum. sc. 11. *Tempori huic hodie anteveni.* Idem Milit. a. 1. sc. 2. *Antevenito aliquâ alios.* Terent. Eun. a. 4. sc. 5. *Miror ubi huic ego anteverterem.* Tacitus. *Damnationem veneno antevertit.* Virgil. Æneid. 2. ---- *Certantque illudere capto.* Idem Æneid. 9. *I nunc, & verbis virtutem illude superbis.* Cicero de Orat. 3. *In Albutium illudens.* Virgil. Æneid. 2. --- *Mediæque minans illabitur urbi.* Ibid. ---- *Sensit medios illapsus in hostes.* Ovid. Metam. 1. *Imminet his aer.* Cicero Philip. 7. *Qui in nostras*

Applico.
Appropinquo.
Ascribo.
Attendo.
Antecedo.
Anteeo,
Antesto.
Anteverto.
Illudo.
Illabor.
Immineo.

ſtras fortunas imminent. Horat. l. 3. od. 4. *Pelion impoſuiſſe Olympo.* Plaut. Bacchid. a. 3. ſc. 3. *In te ego hoc onus omne impono.* Cicero ad Attic. l. 1. ep. 8. *Topotheſiam includam orationi meæ.* Idem in Verrem 7. *Includuntur in carcerem condemnati.* Ibid. *In paucis villis incluſas eſſe videtis.* Virgil. Æneid. 1. *Incubuere mari.* Quintil. l. 5. c. 9. *Magna vis venti in mare incubuit.* Senec. Oedip. ſc. ult. *Vtrumne pectori infigam meo telum?* Virgil. Æneid. 4. ---- *Hærent infixi pectore vultus.* Horat. l. 1. od. 17. ---- *Ne malè diſpari Incontinentes injiciat manus.* Terent. And. a. 1. ſc. 1. *Quæ ſeſe in ignem injicere voluit.* Virgil. Æneid. 1. *Inſideat quantus miſeræ deus.* Cicero pro Corn. *Sed in animis hominum penitus inſedit.* Lucan. l. 10. ---- *Sed cæcâ nocte carinis Inſiluit Cæſar.* Plaut. Ruden. a. 2. ſc. 2. *Ambæ in ſcapham inſiluimus.* Virgil. Æneid. 8. *Huic capiti inſultans.* Tacit. l. 4. *Qui nunc patientiam ſenis, & ſegnitiam juvenis juxtà inſultet.* Cicero pro Milone. *In hanc rempub. inſultaverat.* Cicero l. 16. ep. 12. *Mirus invaſerat furor non ſolùm improbis, &c.* Sed rarior hic Dativus & ad Græcam ſtructuram. Plutarch. Πομπηίῳ δὲ ἀνὴρ μέγας πεζὸς ἐφώρμησε. *Pompeio autem vir magnus pedes invaſit.* Cicero Offic. 3. *Negatque ullam peſtem majorem vitam hominum invaſiſſe.* Idem l. 9. epiſt. 9. *Non potui magis in arcem illius cauſæ invadere.* Idem pro lege Manilia. *Qui huic obtrectant legi.* Valerius Max. l. 7. *Eas obtrectare vires quas ipſe foveris.* Virgil. Æneid. 2. ---- *Seu certæ occumbere morti.* Sueton. in Auguſto. *Voluntariam occubuiſſet necem.* Virgil. Æneid. 9. ---- *Muroque ſubibant.* Æneid.

Impono. *Includo.* *Incumbo.* *Infigo.* *Injicio.* *Inſideo.* *Inſilio.* *Inſulto.* *Invado.* *Obtrecto.* *Occumbo.*

Subeo. neid. 8. ---- *Hæc inquit limina victor Alcides ſubiit.* Ibid. --- *Ad tecta ſubibant.*

Conduco. *Confero.* *Conduco*, & *confero* pro Dativo aliquando Accuſativ. habent cum Præpoſitione. Plaut. Capt. a. 4. ſc. 4. *Quæ ad ventris victum conducunt.* Quintil. l. 2. c. 20. *Plus ad eloquentiam conferat.*

Condono. *Inhio.* *Impendeo.* *Inſto.* *Occurſo.* *Condono, inhio, impendeo, inſto, occurro*, & alia nõnulla, quæ jam Dativo tantùm junguntur, apud veteres Accuſativo ſine Præpoſitione juncta reperiuntur. Veteres enim Præpoſitionem non repetebant, ſi jam Verbo erat addita. Terent. Phorm. a. 5. ſc. 8. *Condonamus te.* Plaut. Stich. a. 2. ſc. 7. ---- *Hæreditatem inhiat.* Terent. Phorm. a. 1. ſc. 4. *Tanta te impendent mala.* Plaut. Pænul. a. 4. ſc. 2. *Tantum eum inſtat exitii.* Idem Milit. a. 4. ſc. 2. *Nam ita me occurſant multæ.* Quædam Dativum non admittunt omnino; ut, *Adeo, adhortor, advenio, aſpicio, &c.* Ita in hac regulâ, ſiquâ aliâ, videndum quid probet autorum uſus; non enim tam arte conſtat, quàm uſu.

59. *Verba Dandi, Reddendi, Promittendi, Solvendi, Imperandi, Nunciandi, Committendi, Minandi, cum Accuſativo & Dativo.* *Verba Dandi, Reddendi, promittendi, &c.* Verba *Dandi* ſunt, *Do, largior, dono, impertio, dedo, præſto, tribuo, præbeo, concedo, devoveo*; *Reddendi, Reddo, refero, reſtituo, repono*; *Promittendi, Promitto, polliceor, ſpondeo*; *Solvendi, Solvo, numero*; *Imperandi, Impero, præcipio, edico, mando, dominor*; *Nunciandi, Nuncio, dico, oſtendo, indico, monſtro, narro, declaro*; *Committendi, committo, credo*; *Minandi, Minor, minitor.*

Dicimus, *Do tibi literas*, tanquam *tabellario, Do ad te literas*, ſcilicet, *ad te perferendas.* Cicero Catilin. 3. *Huic datas eſſe ad Catilinam literas.* Idem.

Dedi

Dedi illi ad te literas. Saluſt. Catilin. *Vulturtio literas ad Catilinam dat.* Interdum loco Dativi, Accuſativum admittit cum Præpoſitione *ad.* Plaut. Captiv. a. 5. ſc. 4. *Dabo te ad carnificem.* Idem Aſin. a. 3. ſc. 4. *Ego te ad piſtorem dabo.* Solebant enim antiquiſſimi omnibus penè Verbis Dativum regentibus dare Accuſativum cum Præpoſitione *ad.* *Do* autem eleganter annectitur Accuſativo rei cum *in.* Ovid. Metam. 2. *Datque animum in luctus.* Cicero Terentiæ. *Non eſt quod te in viam des.*

Iubeo cum Dativo conſtruitur. Cæſar l. 3. bel. civil. *Cæſar militibus ſuis juſsit, ne qui eorum violarentur.* Claudian in Rufum 2. *Hiſpanis, Galliſque jubet.* Macrob. Saturnal. l. 1. c. 12. *Sacrorum cuſtodibus juſsit, ne mulierum interreſſe permitterent.* Et cum Accuſativo. Cicero de legib. 1. *Lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ jubet ea quæ facienda ſunt, prohibetque contraria.* Cicero ad Attic. l. 6. ep. 9. *Et hercule, & me jubet Acaſtus, confido te jam, ut volumus, valere.* Horat. l. 2. epiſt. 2 ---- *renuis tu, quod jubet alter.* Sed in hiſce Accuſativis ſubintelligi poſſit Verbum aliquod Infinitum à quo dependeat. In Decernendi autem & Statuendi ſignificatione cum Accuſativo tantùm. Cicero pro Corn. Balbo. *Populus Romanus legem juſsit de civitate tribuendâ.* Eodem modo & κελεύω apud Græcos, modò cum Dativo, modò cum Accuſativo. Homerus Iliad. C. Αὐλὰρ ὁ κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κέλευε. *Sed iis præconibus vocalibus juſsit.* Idem Iliad. υ. --- Τί με ταῦτα κὶ οὐκ ἐθέλοντα κελεύεις. *Quid me hæc & non volentem jubes.*

Dominor ſæpiſſime habet Dativum. Virgil. Æ-

neid. 1. ---- *Victis dominabitur Argis.* Claudian. in Rufum. 1. ---- *Toti dominabere mundo.* Nonnunquam Accusativum aut Ablativum mediante Præpositione. Cicero de Senect. *Felix senectus, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos.* Idem Tuscul. 1. *Dominans ille in nobis deus.* Verbis *Nunciandi* ab antiquissimis datur Accusativus cum Præpositione ad. Plaut. Captiv. a. 2. sc. 1. *Quæ ad patrem vis nunciari:* & sc. 3. *Quæ nunciare hinc te volo in patriam ad patrem.* Idem Bacchid. a. 1. sc. 2. *Teque ad patrem esse mortuum renunciem.* Sic & *Promitto* apud eundem Stich. a. 4. sc. 1. *Quàm me ad illum promittere.*

CAP. XI.

De Verbis cum Accusativo.

61. *Activa omnia, & pleraque alia Activæ significationis, Accusativum exigunt.*

ACtiva *Omnia & pleraque alia Activè significantia, &c.* Activa dico potiùs quàm Transitiva, tum quòd hanc vocem ab optimo quoque Grammaticorum usurpatam video, tum quòd magis idoneam censeo. Multa enim sunt Verba, quæ non minùs quàm Activa transeuntem habent significationem, & tamen Accusativum respuunt; ut, misereòr, placeo, egeo, utor, fruor, careo, &c. *Transitiva.* & hinc Priscianus. *Omnia Verba Transitiva vel Genitivo, vel Dativo, vel Accusativo, vel Ablativo jungitur:* & Linacer l. 1. *Transitivum id dicimus quod in aliquem casum fertur, diversum ab eo, qui ipsum præcesit; ut lego, egeo, placeo, careo.* At nullum reperies Activum quod Accusativum recusat. Et hinc

hinc Nonnulli hoc genus Verborum Accuſativum vocant, quòd ſemper Accuſativum exigit. Huc etiam pertinent Deponentia plurima, & Neutra non pauca, quæ licèt non forment paſſivum in *or*, tamen cum ſignificationem habeant Activorum, habent etiam & conſtructionem, quæ Neutro-Activa appellari poſſunt. Hujus generis ſunt, *volo, nolo, malo, aio, miſcreſcit, tædet, pœnitet, piget, pudet, &c.* Item Verba *Senſûs*, ut, *oleo, ſapio*, &c. Martial. l. 9. ep. 12. *Hyblam quòd ſapit Atticoſque flores Quòd nidos olet alitis ſuperbæ. Facio* Activum eſt, cujus Paſſivum olim *facior* : teſtimonia vide apud Priſcianum l. 8. Ejus compoſita *Perficior, efficior*, &c. adhuc in uſu.

Oportet Intranſitivum eſt; quòd ſi aliquando Accuſativum annexum habeat, pendet is ab Infinito aliquo : ut in illo Virg. elc. 6. ---- *Paſtorem Tityre pingues Paſcere oportet oves.* *Oportet Intranſitivum.*

Veteres Græcos imitantes, Verbo *Decet*, non ſequente Infinitivo, Dativum apponere ſolebant, & addito Infinitivo Accuſativum. Plaut. Amph. a. 1. ſc. 2. *Noſtro generi non decet*: & a. 3. ſc. 4. *Qui potis decet*. & Captiv. a. 2. ſc 1. ---- *Patri decere videatur magis*. Terent. Adelph. a. 3. ſc. 4. ---- *ut vobis decet*. & a. 5. ſc. 8. *Ita nobis decet*. Gellius l. 9. c. 15. *Adoleſcens præfatur elatiùs quàm ætati ejus decebat*. Saluſt. Catilin. *Omnes homines ſummâ ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſigant, veluti pecora*. Plaut. Moſtell. a. 1. ſc. 1. *Decet me amare*. Cicero Tuſcul. 5. *Oratorem iraſci non decet, ſimulare non dedecet*. Epictetus : Οὐδὲν ἄλλο ἡγεμόνι πρέπει, ἢ μὴ μισεῖνα ὑπερφαυεῖν, μισεῖ ἀξρύνεσθαι, ἀλλ' ἐξ ὅσα τάττων προῖσασθαι, *Nihil eſt quod magis eum qui præeſt deceat*, *Conſtructio Verbi Decet.*

ceat, quàm ut neminem vel superbè contemnat, vel indecorè admiretur, sed ex æquo omnibus præsit. Isocrates ad Demonic. Πρεπέι τους παῖδας ὥσπερ τῆς ὐσίας, οὕτω κὶ τῆς φιλίας τῆς πάτριὰς κληρονομεῖν: *Decet liberos, ut fortunarum, sic & amicitiæ paternæ hæredes esse.* Contrarium tamen aliquando reperies tum apud Latinos veteres, tum apud Græcos. Plaut. Amphit. a. 2. sc. 2. ---- *Capies quod te condecet.* Idem Mostell. a. 1. sc. 3. *Contempla amabo, mea Scapha, satin' hæc me vestis deceat.* Idem. *Nobis dicet esse bonis.* Plauto Πρέπει μὲν τῷ τῶν μεγίστων προστάτῃ; μεγίστης φρονήσεως μετέχειν. *Decet eum qui maximis rebus præest, prudentiâ etiam maximâ præditum esse.*

Absoluta pro Activis cum Accusativo.

Interdum Activa absolutè, sine Accusativo; & vice versâ, Absoluta pro Activis posita, Accusativum admittunt. Virg. Æneid. 2. ---- *Et jam nox humida cœlo Præcipitat:* Idem. Geor. 2. ---- *Sistunt amnes, terræque dehiscunt:* in quibus videtur Ellipsis τῆ se. Idem ecl. 2. ---- *Ardebat Alexin.* Plaut. Trucul. Argum. *Tres unam pereunt adolescentes mulierem.* Terent. Eun. a. 3. sc. 5. ---- *Feras omnes simul proruunt se.* Plaut. Casin. a. 1. sc. 1. *Non manum abstines mastigia?* Catull. Epith. *Annuit omnia omnibus.* Horat. l. 2. sc. 8. *Nos, inquam, cœnamus aveis, conchylia, pisces.* Virg. Æneid. 10. ---- *Strictumque coruscat Mucronem.* Colum. l. 7. c. 12. *Animosque degenerat.* Statius l. 9. *Tu dulces lituos, ululataque prælia gaudes.* Horat. l. 3. od. 27. ---- *Mediasque fraudes Palluit audax.* Idem. l. 1. od. 7. ---- *Neque parturit imbres.* Idem l. 1. sat. 5. *Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat.* Idem Epod. 2. *Nec horret iratum mare.* & l. 1. od. 28. ---- *Omnes una manet nox.* Virg. Æneid. 1. *Pars*

stupet

ſtupet innuptæ donum exitiale Minervæ. Idem ecl. 4. *Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis*: & Æneid. 4. *Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.* Cicero Philip. 2. *Vtinam Cn. Pompëi cum Cæſare ſocietatem aut nunquam diremiſſes.* Cicero 2. de Finib. *Ambulare maria, & terram navigare.* Idem Catilin 2. *Scelus anhelare.* Horat. l. 5. od. 10. *Vt glaciet nives Iupiter*: Plin. l. 17. c. 10. *Si roraverit quantulumcunque imbrem.* Immo pauca admodum ſunt Verba, exceptis quæ Nominativum à tergo poſtulant, quæ non aliquando Accuſativo juncta reperiuntur. Hæc autem *commiſerior, medeor, medicor, ſtudeo, indulgeo, noceo, adulor, aſſentor, aſſentio, palpo, inſervio, adverſor, doleo, ſcateo, careo, egeo, indigeo, potior, fungor, fruor, utor, veſcor,* Accuſativum interdum admittere ſuis locis docemus.

In iſtis Virgil. Æneid. 11. *Expoliantur eos, & corpora nuda relinquunt, &* Geor. 2. ---- *Et placidam paci nutritor olivam*: & Geor. 4. ---- *Paſcuntur & arbuta paſſim*; aut eſte Enallage vocis pro expoliant, nutrito, paſcunt, aut Archaïſmus. Priſcis enim plurimis Activis videtur fuiſſe ſuum Græcorum more, Medium ſive Commune. Varro apud Diomedem. l. 1. *Affectatus eſt regnum.* Livius l. 4. *Nec adverſarum rerum quærere ſocios, cum quibus ſpem integram communicati non ſint.* Plaut. Aulul. a. 1. ſc. 2. *Adeunt, conſiſtunt, copulantur dextras.* Cicero de Orat. 3. *Capitolii faſtigium illud, & cæterarum ædium, non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt.* Sic *fabricatus eſt gladium*, & *Inimicos punitus eſt* apud Quintilianum l. 9. c. 3. vide Gellius l. 18. c. 13.

Accusativus, aut Ablativus suæ vel cognatæ significationis cum Intransitivis.

Intransitiva quædam, & absoluta, &c. Accusativus iste, & Ablativus videtur πλεονάζειν, quippe qui in ipso Verbo continetur, ut in isto Plauti. *Dum vitâ vivas*, nisi quid aliud adjiciatur, quod ex ipso Verbo non intelligatur, quod fere fit; ut Quint. *Qui vitam beatam vivere volet, philosophetur oportet.* Cicero l. 5. epist. 2. *Magnâ voce juravi verissimum, pulcherrimumque jusjurandum.* Plaut. *Duram servit servitutem.* Sueton. *Morte obiit repentinâ.* Hac formâ utuntur & Græci. Aristotel. Οὐδὲν διὰ τοῦτο ψεῦδος ψύσεται: *Nullum propter hoc mendacium diæet.* Lucian. Δειπνήσει πολυτελῆ δεῖπνα: *Cœnabit sumptuosam cœnam.*

Hæc quæ Accusativum admittunt cognatæ significationis, reperiuntur in tertiâ personâ Passivâ, qua ratione Activa quodammodo censeri possunt. Ovid. Metam. 12. ---- *Iam tertia vivitur ætas.* Martial. l. 13. ep. 59. *Tota mihi dormitur hyems.*

Sunt & alia quæ tertiâ personâ Passivâ prolata, Accusativum habent diversæ significationis. Ovid. Trist. l. 1 eleg. 1. *Quos studium cunctos evigilavit idem.* Idem Epist. 12. *Non mihi grata dies, noctes vigilantur amaræ.* Tacit. l. 2. *Nisi voluntariam mortem properavisset.* Plin. Paneg. *Huic delubra occultâ celeritate properantur.* Cicero de Natu. 1. *Xenophon eadem fere peccat.* Idem Offic. 1. *Quo in genere multa peccantur.* Ovid. Metam. 2. *Festinant vestes.* Tacit. de morib. German. *Nec virgines festinantur.* Hinc Linacer. l. 1. tria facit Activorum genera: Primum, quod in tres personas transit; ut amo, me, te, illum. Secundum, quod in tertiam duntaxat, eamque mutam; ut Aro agrum,

agrum. Tertium, quod non niſi in rem cognatæ ſignificationis; ut Curro ſtadium, vivo vitam.

Verba Rogandi, &c. Verba Rogandi ſunt *Rogo, oro, exoro, poſtulo, poſco, obſecro, precor, flagito, interrogo, percontor, peto.* Horat. l. 2. od. 18. *Nec potentem amicum largiora flagito.* Cicero 2. de Orat. *Hæc ſunt illa quæ me ludens Craſſus flagitabat.* Idem Tuſcul. 5. *Non quemvis hoc idem interrogarem.* Idem de Legib. 1. *Vt te veritatem exigant*; ſed hoc antiquum. Vide Gellium l. 19. c. 14. 63. *Verba cum duplici Accuſativo.*

Erudio apud Oratores rarò admodum legitur cum duplici Accuſativo, ſed cum Accuſativo Perſonæ, & Ablativo Rei; ut *Erudire aliquem artibus, inſtitutis, &c.* Apud Poëtas aliquoties. Statius Thebaid. 10. *Et quæ te leges, præceptaque fortia belli Erudiit.* Sed hic poteſt eſſe Ellipſis Præpoſitionis *circa*, vel *ad. Erudio* pro certiorem facio Accuſat. & Ablat. cum *de.* Cicero l. 2. Epiſt. 12. *Quæ me erudiant de omni Repub. Moneo* cum Compoſitis non quemlibet Accuſativum Rei poſt ſe admittet; neque enim licebit dicere, Admoneo te officium; ſed officii, aut de officio; ſed tantùm hujuſmodi dictionum. *Hoc, iſtud, illud, id, quod, aliquid,* & id genus alia. Senec. Oedip. a. 1. *Hoc me Delphicæ laurus monent.* Cicero ad Attic. l. 9. *Illud me præclarè admones.* Idem l. 7. epiſt. 12. *Vt ego quoque te aliquid de noſtris rationibus admoneam.* Quod & quibuſdam aliis Verbis uſu venit. Cicero ad Attic. l. 6. *Non quò me aliquid juvare poſſis.* Terent. Heauton. a. 5. ſc. 2. *Neque me quidquam conſilio adjuvas.* Cicero Catil. *Quod jamdudum te hortor.* Idem ad Attic. l. 7. *Nec te id conſulo.* Terent. Heaut. a. 4. ſc. 7. *Si quid me voles.*

Cæsar 2. bell. Gal. *Nihil jam Cæsaris imperium spectabant.* Solent autem hujusmodi Accusativi, adjungi Verbis absolutæ significationis. Terent. Eun. a. 5. sc. 1. *Num id lacrymat virgo?* & a. 2. sc. 3. *Id stomachabar.*

Hæc *Rogandi* Verba, *Posco, flagito, postulo, precor, peto, contendo, quæro, scitor, scisscitor, exigo,* Accusativum Personæ fere mutant in Ablativum cum a, vel ab. Hæc verò, *Rogo, oro, obsecro, quæso* rariùs. *Percontor* sæpe mutant Accsativum Rei in Ablativum cum de; aut Accusativum Personæ in Ablativum cum a, vel ex. *Interrogo* vix cum Ablativo Personæ; sæpius cum Ablativo Rei. Cave putes Vestiendi Verba duplicem admittere Accusativum: apud Græcos quidem. Homer. Iliad. Ξ. Ἐκ μὲν με χλαῖναν τε, χιτῶνά τε, εἵματ' ἔδυσαν: *Exuerunt mihi lænam, & tunicam, & velamina.* Sed Accusativum Personæ mutant Latini in Dativum. Cicero de Finib. 2. *Ex ejus spoliis sibi & torquem, & cognomen induit.* Plaut. Casin. a. 3. sc. 5. *Loricam induam mihi.*

CAP. XII.

De Verbis cum Ablativo.

64. *Verba Copiæ, & Inopiæ, cum Ablativo.* *Verba Copiæ, & Inopiæ, &c.* Verba *Copiæ* sunt *Exubero, abundo, redundo, fluo, affluo, circumfluo, scateo, mano*: *Inopiæ, Careo, deficio, vaco, egeo, indigeo.*

Abundo. Veteres, more Græcorum, his Verbis *Abundo, scateo, careo,* Genitivum dederunt. Lucil. *Quarum abun-*

abundemus rerum, & quarum indigeamus. Lucretius l. 5. *Ita ad ſatiatem terra ferarum nunc etiam ſcatet.* Gellius l. 1. ſc. 17. *Xantippe Socratis uxor irarum, & moleſtarium ſcatebat.* Terent. Heauton. a. 2. ſc. 3. *Præterquam tui carendum quod erat.* Ariſtot. Polit. 6. Φαίνεται δὲ ἡ τῆ γάλακτος πλήθουσα τροφὴ μάλιστα ἐικέναι τοῖς σώμασιν εἶναι: *Videtur cibus qui abundante lacte maximè eſſe corporibus accommodatus.* Homer. Odyſſ. γ'---- πάντες δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι, *Omnes homines indigent Diis.* Demoſth. Ὁ παρὼν καιρὸς πολλῆς φροντίδος, καὶ βουλῆς δεῖται, *Præſens tempus multæ ſollicitudinis, ac conſilii eget.* *Scateo, careo, egeo, & indigeo* apud veteres cum Accuſativo. Plaut. Perſ. a. 2. ſc. 1. *Id tuus ſcatet animus.* Idem Captiv. a. 4. ſc. 2 *Hoc quidem haud moleſtum eſt, quod collus callaria caret.* Idem Curcul. a. 1. ſc. 2 *Quia id quod amo careo.* Turpilius apud Nonium; *Meos parentes careo.* Plaut. Menech. a. 1. ſc. 2. *Nec quicquam eges.* Cato, citante Gellio l. 13. c. 22. *Vitio vertunt quia multa egeo, & ego illis, quia nequeunt egere.* Varro de R. R. l. 1. c. 3. *Quòd indigent potum poma dicta.*

Scateo. *Careo.* *Egeo, indigeo, & potior, cum Genitivo vel Ablativo.*

Egeo, indigeo, & potior, &c. Potior Genitivo *rerum* elegantur additer, ſignificatque ſummam imperii adminiſtrate. Sunt tamen qui in omni Genitivo cum *potior* ſubintelligunt Ablativum *imperio*, hucque facere volunt illud Cæſaris 1. bell. Gall. *Perfacile eſt totius Galliæ imperio potiri*; cum paulò poſt, omiſſo Ablativo, dicat; *Totius Galliæ ſe potiri poſſe ſperant.* *Potior* & Accuſativo jungitur. Terent. Adelph. a. 5. ſc. 4. *Hic potitur gaudia.* Plaut. Aſin. a. 2. ſc. 2. *Fortiter malum qui patitur, idem pòſt potitur bonum.* Cicero Philip. 13.

Vincamus odium, pacemque potiamur. Idem Tuſcul. 1. *Ego doleam, ſi ad decem millia annorum gentem aliquam urbem noſtram potituram putem?* Juſtin. l. 12. *Qui poſtea regnum Indorum potitus eſt.*

65. *Fungor, fruor, utor, nitor, ſto, veſcor, & vivo pro victito, cum Ablativo.*

Fungor, fruor, utor, &c. Sto pro obtempero, aſſentior, perſiſto, Ablativo Rei non invenuſtè adjungitur. Cicero pro Flacco. *Re judicatâ ſtare oſtendit placere.* Idem pro Cluent. *Vterque cenſor cenſoris opinione ſtandum putavit.* Sic ſtare decreto, pacto, jurejurando, promiſſis. At *ſto* pro certum eſt, Dativo. Cicero l. 9. ep. 2. *Modò nobis ſtet illud. Fungor* ſæpe Accuſativum accipit loco Ablativi; interdum etiam *fruor, utor, veſcor.* Terent. Heauton. a. 3. ſc. 4. *Hominis frugi, & temperantis functus officium eſt.* Tacit. l. 3. *Suprema erga memoriam filii ſui munera fungeretur.* Apul. l. 9. *O beatam illam quæ libertatem fruitur.* Plaut Ruden. a. 4. ſc. 3. *Hinc tu niſi malum fruiſci nihil potes.* Cato apud Gell. l. 13. c. 22. *Suum cuique per me uti atque frui licet.* Plaut. Mercat. a. 1. ſc. 2. *An boni quid uſquam eſt, quod quiſque uti poſſit ſine malo omni?* Idem Aſin. a. 1. ſc. 3. *Cætera, quæ volumus uti, Græca mercamur fide*: & a. 5. ſc. 3. *Mea bona utantur.* Terent. And. prolog. ---- *Operam abutitur.* Tibul. l. 2. el. 5. ---- *Sacras innoxia lauros Veſcar.* Tacitus in vita Agricolæ. *Vt infirmiſſimos ſuorum mox ſorte ductos veſcerentur.* Plin. l. 8. c. 50. *Si caprinum jecur veſcantur*: & l. 11. c. 37. *Qui abſinthium veſcuntur.* Ablativo cum Verbo *Nitor* interdum additur Præpoſitio. Cicero pro Milone. *In hujus vitâ nititur ſalus civitatis.*

66. *Ablitivus, Genitivus, Accuſativus, Partis affectæ. Cœlius Ciceroni.*

Paſsivis, & Neutris Proprietatem aut Paſsionem ſignificantibus, &c. Exempla. *Genitivi.* Cicero de

Legib.

Legib. 1. *Ego animi pendere ſoleo, cum ſemel quid orſus, traducor aliò.* Cicero l. 8. ep. 5. *Ego quidem vehementer animi pendeo.* Idem ad Attic. l. 16. ep. 12. *Quàm animi pendeam.* Plaut. Epid. a. 1. ſc. 3. *Deſipiebam mentis cum illas ſcriptas mittebam tibi. Accuſativi.* Virgil. Geor. 3. *Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus.* Idem Æneid. 2. ---- *Et cærula colla tumentem.* Hort. l. 2. ſat. 7. ---- *Tremis oſſa pavore.* Statius Thebaid. 4. ---- *Sævoque genas fulgebitis auro.* Virgil. Æneid. 1. *Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo.* Lucan. l. 9. *Pluribus ille notis variatam pingitur alvum.* Statius Thebaid. 9. *Fingitur ora Lamus.* Ovid. Metam. 12. *Eruiturque oculos.* Silius l. 12. ---- *Truncatur membra bipenni.* In Participiis longè uſitatior hæc ſtructura. Virgil. Æneid. *Triſtior, & lacrymis oculos ſuffuſa nitentes.* Ibid. *Tum breviter Dido vultum demiſſa profatur:* & Æneid. 3. *Vittis, & ſacrâ redimitus tempora lauro.* Plin. l. 7. c. 28. *Ipſe vulneratus humerum, ac femur.* Tacit. l. 2. *Oblitum faciem cruore ſuo, ne noſceretur. Vnâ acie dextrum genu lapide ictus, alterâ & crus:* & Suetonius in Auguſto c. 20. *Vtrumque humerum ruinâ pontis conſauciatus.* Gellius l. 11. c. 9. *Demoſthenem lanâ multâ collum, cerviceſque circumvolutum, ad populum prodiſſe.* Nec eſt Accuſativus iſte partis tantùm affectæ, ſed & Adjuncti. Martial. l. 8. ep. 48. *Dum mutat cultus, induiturque togam.* Virgil. Æneid. 2. ---- *Et inutile ferrum Cingitur.* Curtius l. 10. *Revocatus veſtem fratris, eam ipſam quæ in ſella erat, induitur.* Suetonius in Nerone. *Plerunque ſyntheſin indutus.* Virg. Æneid. 7. ---- *Et picti ſcuta Labici.* Horat. l. 1. ſat. 6. *Lævo ſuſpenſi loculos, tabulamque lacerto.* Eſt autem hic

hic Accuſativus ad imitationem Græcorum. Sophiocles Antigonâ: Ἔγνωκα καὶ ἀΰλὸς, καὶ ταράσσομαι φρένας, *Intelligo ipſe, & perturbor mente.* Athenæus; Ἕκαστον τὸν τῆς δόξης χλῶνα ἐν τῷ θανάτῳ ἀποδυόμεθα: *Vltimâ tunicâ gloriæ in morte exuimur.* Plutarch. Ἐνδεδυμένοι χλωνίσκους, *Induti tunicas.* Sed in Græcis videtur eſſe Ellipſis τῷ κατὰ, & in Latinis *ſecundùm.* Imo & in Genitivis ſunt qui ſtatuunt. Ellipſin Ablativi, *causâ, cognitione, aut conſilio*; Et in Ablativo, Præpoſitionis *in* aut *ex.*

67. *Paſſiva cum Ablativo, aut Dativo Agentis.*

Paſſivis additur Ablativus Agentis antecedente Præpoſitione, & interdum Dativus. Exempla Dativorum cum Paſſivis ſunt. Virgil. Æneid. 1. ---*Neque cernitur illi.* Ovid. Triſt. l. 4. el. 11. *Barbarus hic ego, ſum quia non intelligor ulli.* Idem: *At ſimul intonuit, fugiunt, neque noſcitur ulli, Agminibus comitum qui modo cinctus erat.* Cicero de Senect. *Semper in ſtudiis laboribuſque viventi non intelligitur quando obrepat ſenectus*; more Græcorum: Demoſth. Οὐκ ἔστι πικρῶς ἐξελάσαι τι πλημμελὲς τοῖς ἄλλοις, ἂν μὴ παρ' ἡμῶν αὐτῶν πρῶτον ὑπάρξῃ τὰ δέοντα: *Non fas eſt quid ab aliis factum ſit, acerbè inquirere, niſi priùs ipſi noſtrum officium faciamus*, Structura Poëtis, quàm Oratoribus familiarior.

Vapulo, veneo, liceo, exulo, fio, Paſſivam Conſtructionem non habent.

Quod ad illa, *vapulo, veneo, liceo, exulo, fio*, Paſſivam conſtructionem non habent. *Vapulo*, & *Veneo* cum Ablativo non lego niſi ſemel apud Quintilianum l. 9. c. 2. *Teſtis in reum rogatus, an ab reo fuſtibus vapulaſſet*: Vbi alii legunt, *Teſtis interrogatus ab reo, num fuſtibus vapulaſſet*: & l. 12. c. 1. *Fabricius reſpondit à cive ſe ſpoliari malle, quàm ab hoſte venire.* Sed & hic locus ſuſpicione non caret, quòd Cicero 2. de Oratore dicit Fabricium

ita

ita reſpondiſſe. *Malo compilari quàm venire. Liceo & exulo* cum Ablativo Agentis non invenio. *Exulo* cum Ablativo Rei apud Macrob. l. 7. c. 1. Sed ſi propter hoc à conviviis exulabit Philoſophia. Vtcunque ſe res habet, non magis Paſſivorum more conſtruuntur, quàm innumera alia. Plin. de M. Marcello. *Periit ab Hannibale.* Cicero Academ. 1. *Nihil valentius à quo intereat.* Lucan. l. 2.

---- *Quis nollet ab iſto Enſe mori?*

68. *Accuſativus, & Ablativus cum Verbis implendi, Onerandi, Liberandi, Veſtiendi, & his Contrariis.*

Verba Implendi, onerandi, &c. Verba *Implendi, cum contrariis*, ſunt, *Impleo, compleo, expleo, repleo, ſatio, ſaturo, farcio, cumulo, augeo, obruo, locupleto, exhaurio, viduo, ſpolio: Onerandi, cum contrariis*, Onero, premo, opprimo, exonero, levo, orbo, emungo, privo, fraudo: *Liberandi, cum Contrariis. Libero, ſolvo, exſolvo, expedio, abdico, alligo, obligo, aſtringo, impedio, implico, irretio, illaqueo: Veſtiendi, cum Contrariis, Veſtio, induo, amicio, inſterno, calceo, ringo, ōrno, tego, ſepio, circundo, exuo, nudo.* Ex his *Impleo, compleo, expleo, ſaturo*, feruntur aliquando in Genitivum. Cicero l. 6. epiſt. 18. *Ollam denariorum implere.* Livius l. 1. *Adoleſcentem ſuæ temeritatis implet*: & l. 5. *Religioni juſtæ implevit.* Plaut. Amphit. a. 1. ſc. 2. *Erroris ambo ego illos & dementiæ complebo.* Cicero in Verrem 7. *Completus jam mercatorum carcer eſt.* Virgil. Æneid. 2.

---- *Animumque explere juvabit Vltricis flammæ.*

Impleo, compleo, expleo, ſaturo a iquando cum Genitivo loco Ablativi.

Plaut. Stich. a. 1. ſc. 1. *Hæres vitæ me ſoror ſaturant.* Terent. Heauton. a. 4. ſc. 8. --- *Iſtius obſaturabere.* Structura Græca; à Græcis enim Verbis Implendi datur Genitivus. Demoſth. Τοσαύτης παρανομίας, καὶ μανίας ἐνέπλησε τὺς πελαιπώρυς: *Tantâ iniquitate,*

ac insaniâ implevit miseros. Herodian. Τριήρεις ὁπλιτῶν πληρώσας; *Cum triremes implevisset armatis militibus.* In isto Plauti Ruden. a. 1. sc. 4. *Vt me omnium jam laborum levas*: videtur Ellipsis τῦ *onere*, vel *molestiâ*.

Impleo cum Ablativo cum Præpositione.

Verbo Impleo interdum additur Ablativus cum Præpositione. Cicero Acad. 4. *De quibus volumina impleta sunt.* Martial. l. 14. ep. 12. *Hos nisi de fulvâ loculos implere monetâ Non licet.*

CAP. XIII.

De communi Verborum Constructione.

70. *Ablativo Instrumenti, Causæ, & Modi.*

Quodvis Verbum admittit Ablativum, &c. Ablativo Causæ, tam Efficientis, quàm Finalis, nec non Modi actionis aliquando additur Præpositio. Cicero pro Cn. Plancio. *Nec loqui præ mœrore potuit.* Idem. *Id nisi gravi de causâ non fecisset.* Virgil. Æneid. 7. *Mollius & solito matrum de more locuta est.* Cicero; *Tuas literas magnâ cum voluptate legi.* Interdum loco Ablativi Accusativus cum Præpositione. Ovid. *Haud per tale sacrum numen placabitur ullum.* Terent. And. a. 1. sc. 1. *Si propter amorem uxorem nolit ducere.* Cicero; *Quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundit, atque consumit.* At Ablativus Instrumenti cum Præpositione vix legitur.

71. *Nomen Pretii in Ablativo post Verba quælibet.*

Quibuslibet Verbis subjicitur nomen Pretii in Ablativo casu. Subjicitur nomen Pretii non solùm Verbis

Verbis Mercandi, ſed aliis quibuſvis. Varro de R. R. l. 3. *Piſcinæ ædificantur magno.* Plaut. Trucul. a. 5. ---- *Iam magno tu vapula.* Senec. Troad. a. 2. *Non parvo luit iras Achillis Græcia.* Juvenal. ſat. 3. *Nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lavantur*

Valeo apud Varronem de L. L. l. 4. jungitur Accuſativo pretii, *Denarii quod denos eris valebant*, ſcil. nummos.

Quædam ſunt quæ pretium denotant, quibus Subſtantiva addere poſſis, vel demere, & tamen Ablativo efferuntur. viz. Vilis, magnus, parvus, minimus, paulus, nimius, plurimus, dimidius, duplus. Teſtimonia ſunt apud Linacrum l. 4. cap. De Communi omnium Verborum Conſtructione: Viliùs, carè, & cariùs, Adverbialiter tantùm hoc ſenſu uſurpantur.

72. *Ablativus conſequentiæ.*

Quibuſlibet Verbis additur Ablativus abſolutè ſumptus. Dicitur hic Ablativus Conſequentiæ, quia ſententiam non perficit, ſed aliquid aliud expectatur, ſine quo ſenſus claudicat. Sine Participio conſtare non poteſt, quod tamen aliquando tacetur, Participium *Exiſtente* ſemper. At Participium nonnunquam ſolum ponitur ſine Suppoſito, in Præteritis ſcil. neutris. Livius l. 4. d. 4. *Permiſſo ſeu dicere, ſeu audire mallet.* Plin. l. 17. c. 24. *Abunde de ſatu, cultuque arborum tractato.* Interdum ſenſus, qui participium ſequitur, ſupplet vicem Suppoſiti. Saluſt. Hiſto. 6. *Audito regem in Caliciam tendere.* Ad hunc etiam modum Græci aliquando Nomen, aliquando Participium diſſimulant. Xenophon. Ἀπηγάγετο ἐπὶ τὸ Κύπικον ὕρνος πολλῶ: pro, τῦ ἔαρος ὄντος: *Cyſicum verſùs ſolvit*

vit cum multùm plueret. Sophocles, Βέβηκεν, ὥστε πᾶν ἐν ἡσύχῳ πάλαι ἔξεστι φωνεῖν ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας, ſcilicet, ὄυσης. *Abiit, ergo licet tibi pater tutò quidvis loqui, utpote me ſolâ præſente.* Diodorus, Πῦρ πνεῖν τοὺς ταύρους μυθολογηθέν: *Fabulis tradito, tauros ignem efflare.*

Sunt qui volunt hunc Ablativum abſolutè poni ſed regi à Præpoſitione ſub intellectâ, viz. à ſignificante poſt, ſub, cum, aut in: nec deeſt iis ratio, aut autoritas; ut in illo Ciceronis; *Oppreſſâ libertate patriæ, nihil eſt quod ſperemus amplius*: pro ab oppreſſâ libertate, & ut dicitur, *Me judice*: ita Perſius ſat. 5. ----*Marco ſub judice palles.* Statius Sylv. 5. *Solaque Chalcidicæ Cerealia dona coronæ Sub te teſte tuli.* Virgil. ecl. 2. *Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.* Plin. l. 10. c. 65. *Sub autore Ariſtotele.* Ovid. Metam. 13. *An quod in arma prior, nulloque ſub indice veni Arma neganda mihi?* Livius l. 1. d. 3. *Agite cum diis bene juvantibus.* Ennius apud Ciceronem Offic. 1. ---- *Doque volentibus cum magnis diis*; ut Græci, Σὺν Θεῷ. *Duratio in Accuſativo, & interdum in Ablativo.*

73. *Conſtructio Nominum quæ ſignificant Partem, aut Durationem Temporis.*

Pars temporis in Ablativo: Si quando pars temporis in Accuſativo ponitur ſine Præpoſitione, quod rarum admodum eſt, à Græcis ſumitur. Quale videtur illud Terentii Heauton. a. 1. ſc. 1. *Ego iſthuc ætatis non amori operam dabam.* Xenophon, τὰς ἐπιούσας ἡμέρας ἀριστήσομεν ἥδιον, *Sequentibus diebus prandebimus jucundiùs.* Huic autem nonnunquam additur Præpoſitio. Terent. And. a. 1. ſc. 2. *In diebus paucis.* Idem Eun. a. 3. ſc. 3. *Qua in die parva perjiſſet ſoror.* Cicero pro Quinctio: *Ea contra nos ambæ faciunt in hoc tempore?* Idem pro Muræná. *Non quòd mihi potior hoc quidem in tempore*

pore ſit officii mei, quàm hujuſce ſalutis defenſio. Pro Ablativo aliquando Accuſativus cum Præpoſitione: Cicero de claris Oratoribus; *Duo fuerunt per idem tempus diſſimiles inter ſe.* Virgil. Æneid. 1. *At pius Aeneas per noctem plurima volvens.*

Accuſativis itidem, qui temporis durationem ſignificant, adduntur interdum Propoſitiones, ad, per, in, & intra. Cicero l. 7. epiſt. 5. *Serò reſiſtimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos.* Cæſar l. 1. bell. Gal. *Intra annos quatuordecim tectum non ſubierunt.* Cicero de Senect. *Si ad centeſimum vixiſſet annum, ſenectutis eum non pœniteret ſuæ.* Idem: *Præſidia ſunt in multos annos proviſa.* Ex his liquet totam hanc ſtructuram eſſe Ellipticam.

74. *Spatium Loci in Accuſativo, vel Ablativo.*

Spatium loci in Accuſativo effertur, interdum & in Ablativo. Vtrique caſui ſubintelligenda Præpoſitio: Accuſativo, ad, per, vel circa; Ablativo à vel ab, quæ interdum exprimitur. Cicero; *Accepi tuas literas ad quintum milliare.* Cæſar lib. 1. bell. Gal. *A millibus paſſuum minus duobus caſtra poſuerunt.* Ita & Græci modò detrahunt, modò addunt Præpoſitionem. Thucydides l. 2. Ἀπέχει δὲ ἡ Πλάταια τῶν Θηβῶν σταδίους ἑξδομήκοντα; *Abeſt Platæa Thebis ſtadia ſeptuaginta.* Diodorus Siculus l. 17. τοὺς τοίχους καθεῖλεν ἐπὶ δέκα σταδίους, *Murum demolitus eſt ad decem ſtadia.*

In iſtiuſmodi, Cicero ad Attic. l. 5. epiſt. 16. *Nos in caſtra properabamus, quæ aberant bidui*; eſt Ellipſis τῆ̃ *viam*, vel *iter*. Cæſar l. 1. bell. Gall. *Cum bidui viam proceſsiſſet, nunciatum eſt Arioviſtum cum ſuis copiis ad occupandum Veſontionem contendere, triduique viam à ſuis proceſsiſſe.* Cicero

Lentulus Senatui.

l. 12. ep. 15. *Caſsium autem cum ſuis omnibus copiis nunciatum eſt quatridui iter ab Laodicea abfuiſſe.*

75. *Nominibus Regionum, & Inſularum additur fere Præpoſitio.*

Nominibus Regionum, & Inſularum additur fere Præpoſitiones. His aliquando præſertim à Poetis & Hiſtoricis detrahitur Præpoſitio. Virgil. ecl. 1. *At nos hinc alii ſitientes ibimus Afros, Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem.* Idem Æneid. *Italiam fato profugus, Lavinaque venit Littora.* Tacit. l. 2. *Germanicus Aegyptum proficiſcitur.* Ibid. *Germanicus Aegypto remeans.* Cicero pro lege Manilia. *Inde Sirdiniam venit.* Cicero pro Domo ſuâ. *Cyprum relegatur.*

Nomina Regionum & Inſularum in loco ſignificantia in Genitivo poſita.

Interdum etiam Nomina Regionum & Inſularum *in loco* ſignificantia ponuntur in Genitivo, prout Vrbium & Oppidorum propria. Cæſar. 3. bell. civil. *Cæſar cum audiſſet Pompeium Cypri viſum.* Valer. Max. l. 4. c. 1. *Duos egregiæ indolis filios ſuos à Gabinianis militibus Aegypti occiſos eſſe cognovit;* & l. 5. c. 3. *Solon ſenectutem Cypri profugus exegit.* Juſtin. l. 39. *Nec filium regno expuliſſe contenta, bello Cypri exulantem proſequitur.* Virgil. Æneid. 3. ---- *Aut Cretæ juſsit conſidere Apollo.* In quibus deeſt, Inſulâ, regione, vel terrâ.

Appellativa ſine Præpoſitione.

Appellativa etiam quædam ſine Præpoſitione nonnunquam efferuntur. Virgil. Æneid. 3. *Tollite me Teucri, quaſcunque abducite terras.* Æneid. 4. *Speluncam Dido, dux & Trojanus eandem Deveniunt.* Horat. l. 1. ſat. 9. *Ibam fortè viâ ſacrâ, ſicut meus eſt mos.* Cicero in Verrem. 2. *Multi mihi à C. Verre inſidiæ terrâ, marique factæ ſunt.*

Peto in proficiſcendi ſignificatione ſic ſemper conſtruitur. Livius l. 1. *Dum ipſe Italiam peteret.* *Vago* etiam hanc conſtructionem amat. Cicero Philip.

Philip. 10. *Totâ Aſiâ vagatur.* Idem pro Fonteio. *Hi contrà vagantur læti, atque enecti paſsim toto forō.* Idem ad Attic. l. 14. *Totâ urbe vagari.*

Vrbium, & Oppidorum propria, &c. In Genitivis deeſt *in urbe*, vel *in oppido*; qnod interdum exprimitur. Cicero at Attic. l. 5. epiſt. 18. *Caſsius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu.* Et hinc ipſa Propria aliquando ponuntur in Ablativo vel ſine Propoſitione. Juſtin. l. 20. *Corintho & Lacedæmone nunciata eſt victoria*; vel cum Præpoſitione. Cicero ad Attic. l. 8. ep. 3. *Navis & in Cajeta eſt parata, & Brunduſii.* Plin. 12. c. 96. *In Neâ oppido Troadis.* Plaut. Bacchid. a. 2. ſc. 3. *Qui nunc in Epheſo eſt Epheſiis cahriſsimus.* Idem Epid. a. 4. ſc. 1. Po. *Certè ea eſt, quam in Epidauro pauperculam memini comprimere.* Mu. *Planè hic ille eſt, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam pepulit.* Nonnunquam etiam in Accuſativo cum *ad.* Cæſar l. 1. bel. Gal. *Pontem qui erat ad Genevam, jubet reſcindi.* Idem l. 7. bell. Gal. *Dum hæc ad Gergoviam geruntur.* Virgil. Æneid. 1. *Prima quod ad Trojam pro charis geſſerat Argis.*

76. *Vrbium Propria quæ reſpondent ad quæſtionem ubi? ſi Singularia 1æ, vel 2æ. Declinationis in Genitivo: Si Pluralia tantùm, aut 3æ. Declinat. in Ablativo ponuntur.*

In Ablativis eſt Ellipſis Præpoſitionis, quæ non rarò additur. Cæſar l. 2. bell. civil. *Complures præterea naves longas in Hiſpali faciendas curavit.* Plin. l. 2. c. 73. *Conſtatque in Beronice urbe Troglodytarum.* Interdum loco Ablativi Accuſativus cum *ad* vel *apud.* Cæſar l. bel. Gal. *Paucos dies ad Veſontionem rei frumentariæ, commeatûſque causâ commoratur.* Cicero de Senect. *Cum Tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas.*

Dativum non lubens admitto, pauca enim admodum ſunt teſtimonia, quæ id docere videntur.

Livius.

Livius l. 1. *Quæ Romæ, quæque Carthagini acta.* Sueton. in Caligula c. 8. *Lentulus Gætulicus Tiburi genitum ſcribit.* Plaut. in prol. Caſinæ. *Aio hoc fieri in Græciâ, & Carthagini.* Idem Pſeud. a. 4. ſc. 2. *Nam neceſſe hodie Sicyoni me eſſe.* Juſtin. l. 1. *Igitur antelucano tempore ruri iter ingreſſus, obvium habuit ſervulum de ergaſtulo.* Hujuſmodi antiquos Ablativus potiùs cenſendos puto. Notius enim eſt quàm ut probatione egeat, veteres hoſce Ablativos per *e*, aut *i*, indifferenter protuliſſe, quod ſatis oſtenſum in tertiâ Declinatione, quam vide. Certè Diomedes l. 1. & Priſcianus l. 15. Ablativum tantùm agnoſcunt.

Pro *humi*, & *domi* reperiuntur interdum *humo*, & *domo*. Ovid. Metam. 10. *Et requievit humo.* Seneca Controver. l. 2. contro. 1. *Quod in domo tuâ facillimum eſt.* Cicero ad Attic. l. 2. ep. 7. *In domo Cæſaris unus vir fuit.* Idem pro Domo ſua. *Domo me contineo.* Virgil. Geor. 3. *Hunc quoq; ubi aut morbo gravis, aut jam ſegnior annis Deficit, abde domo:* & per vel in humum pro humi. Horat. l. 2. ep. 1. ---- *Nec ſermones ego mallem Repentes per humum.* Tacit. l. 12. *Projectus in humum.* Curtius l. 3. *Plura in humum innoxia cadebant.*

In iſtis Genitivis humi, domi, militiæ, belli, ſubintelligendum in ſolo, loco, tempore. Ad hunc autem modum uſurpantur interdum & alia Appellativa. Plaut. Bacchid. a. 2. ſc. 2. ---- *Proximæ vicinæ habitat*, i. e. in loco proximæ viciniæ. Ovid. Metam. 2. *Maxima cum vellet terræ procumbere queſta eſt*: i. e. in ſolo terræ, quod expreſſit Lucret. l. 5. *Aere ſolum terræ tractabant.* Sunt quidem qui Domi hac ſignificatione volunt eſſe Adverbium

verbium quia ita οἶκοι Græcis; ſed reclamant Adjectiva adjuncta meæ, tuæ, ſuæ, &c.

77. *Motus ad Locum in Accuſativo: à Loco, aut per Locum in Ablativo.*

Motus ad Locum in Accuſativo: a loco aut per locum in Ablativo ponitur. Iſtis Præpoſitio non rarò additur. Miror igitur quid moverit Quintilianum dicere, *Fieri, Solœciſmum in Adjectione cum Propriis additur Præpoſitio, ut Veni de Suſis in Alexandriam.* Cum optimi autores ita ſoleant loqui. Cicero de Senect. *Profectus ſum ad Capuam, quintoque anno pòſt ad Tarentum.* Idem ad Attic. l. 9. ep. 3. *Vel ad Capuam, vel ad Luceriam iturus putabatur.* Idem in Verrem 7. *Ad Meſſanam tranſire poſſunt.* Idem Philip. 13. *Vt cum ſuis copiis iret ad Mutinam.* Cæſar l. bell. Gal. *Ad Genevam pervenit.* Idem l. 3. bell. civil. *Caſsius ad Meſſanam navibus advolavit.* Cicero Offic. 3. *Ab Alexandriâ profectus.* Idem at Attic. l. 9. ep. 3. *A Brûnduſio nulla adhuc fama venerat:* & Philip. 12. *Denunciatum eſt, ne Brutum obſideret, à Mutina diſcederet.* Cæſar l. 1. bell. Gal. *Ab Ocelo in fines Vocotiorum die ſeptimo pervenit.* Livius l. 1. *Ab Carthagine in Hiſpaniam trajecerunt:* & Ibid. *Interim ab Româ legatos veniſſe nunciatum eſt.* Quod ad differentiam iſtam quam ponunt nonnulli, viz. Præpoſitione additâ locum vrbi vicinum, & omiſſâ, locum interiorem denotari, in omnibus tenere, affirmare non auſim.

Domus & Rus Propriorum, &c. Domus aliquando Præpoſitionem annexam habet. Cicero Tuſcul. *Socrates primus philoſophiam in domos etiam introduxit.* Idem in Varrem 3. *Omnes ad eam domum, in qua iſte diverſabatur, profecti ſunt.* & in Verrem. 6. *Iubeo te ad Prætoris domum ferri.* Idem Philip. 2. *Ad*

quem è domo Cæſaris tam multa delata ſunt. Livius l. 4. d. 3. *Ab domo meâ venerunt.* Domus in utroque numero ſine Præpoſitione effertur, at Rus in ſingulari tantùm. Livius l. 39. *Iam ubi vos dilapſi domos, & in rura veſtra eritis.*

Ex his quæ diximus, planè conſtat Vrbium, & Oppidorum Propria non minùs cum Præpoſitione efferri, quàm Nomina Regionum, Inſularum, & ipſa appellativa. Hoc tantùm intereſt, quòd Nomina Regionum, & Inſularu, mitemque Appellativa meliùs cum Præpoſitione, Vrbium autem & Oppidorum Propria longè uſitatiùs ſine Præpoſitione efferantur: & in Genitivo, Conſtructio Figurata ſimplice multò frequentior; at Græci integris gaudent: Herodian l. 2. Διέθρεψεν ὀλίγον χρόνον ἐν τῇ Ῥώμῃ: *Educavit brevi tempore in Româ*; nunquam, Ἐν τῇ Ῥώμης πόλει.

78. *Interdum Verbum, aut ejus Periphraſis, iſtius Verbi Caſum habet, cujus habet ſignificationem.* Virgil. Æneid. 5. Idque pio ſedet Æneæ, i. e. placet. Cicero l. 2. de Finib. *Quos non eſt veritum in eâ voluptate, quæ maximâ voluptate ſenſum movet, ſummum bonum ponere*: i. e. non puduit. Terent. And. a. 1. ſc. 1. *Et nunc id operam do*: i. e. conor. Idem Adelph. a. 1. ſc. 8. *Idne eſtis autores mihi*: i. e. ſuadetis. & a. 1. ſc. 3. *Vbi in mentem ejus adventi venit*: i. e. reminiſcor. Sed in hoc Priſcian. l. 18. dicit eſſe Atticiſimum, quod idem ſentit Budæus in comment. linguæ Græcæ. Linacer l. 6. vult eſſe Ellipſin Nominativi Memoria, vel recordatio: uti Græcis λογισμὸς, qui ſæpe additur. Iſocrates περὶ Εἰρήνης: Περὶ ἧς μηδεὶς πώποτε λογισμὸς ἀνθρώπου εἰσῆλθεν: *De qua nulla unquam cogitatio*

iis

iis in animum venit. Certum eſt Ciceroni familiarem eſſe hanc loquendi formulam: in Verrem. 1. *Fac tibi paternæ legis Aciliæ veniat in mentem.* In eundem: *Quum illius mihi temporis venit in mentem*; & 3. *Vobis totius triremis veniat in mentem*, & 7. *Quum mihi Tyndaridani illius venit in mentem.* Idem pro Roſcio Amerino. *Venit enim mihi in mentem oris tui*; & pro Syllâ, *Quum matronarum ac virginum veniebat in mentem.*

Huc pertinere videtur illud Curtii l. 5. *Dignus eſt omni malo qui erubeſcit fortunæ*: i. e. quem fortunæ pudet. Item illud Plauti. Aſin. a. 3. ſc. 2. *Vt meque, teque maximè, atque ingenio noſtro decuit*, i. e. dignum eſt. In quibus, & multis aliis hujuſmodi, autores, non tam Verborum, quàm Senſûs rationem habuerunt.

CAP. XIIII.

De Varia Verborum Conſtructione.

NOnnulla Verba & in eadem ſignificatione varam habent Conſtructionem.

Dono, impertio, aſpergo, induo, exuo, junguntur vel Dativo Perſonæ, & Accuſativo Rei, vel Accuſativo Perſonæ, & Ablativo Rei. Cicero pro Sex. Roſcio. *Non pauca ſuis auditoribus largè effuſéque donabat.* Virgil. ecl. 5. *Hac te nos fragili donabimus antè cicutâ.* Cicero de Orat. 2. *Et te exorabo profectò, ut mihi quoque tuæ ſuavitatis aliquid impertias.* Terent. Eun. a. 1. ſc. 2. *Plurimâ ſalute Parmenonem ſummum ſuum impertit Gnatho.* Cicero pro Muræná. *Si illius facilitatem & comitatem tuæ gravitati,* *Dono.* *Impertio.* *Aſpergo.*

vitati, ſeveritatique aſperſeris Idem pro Planco: *Hunc tu vitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis.* Sic Induo, vel exuo tibi veſtem, vel te veſte. Sed induo ſæpius Dativo, exuo rariùs, at interdum. Ovid. Metam. 2. ---- *Iamdudum vincula pugnat Exuere ipſe ſibi.*

Induo.
Exuo.

Inceſſit, tempero, moderor, medicor, præſtolor, deſpero, deficio, lateo, Dativo, aut Accuſativo. Livius l. 4. *Gravior cura patribus inceſſit*: & l. 1. *Timor deinde patres inceſſit.* Et cum Præpoſitione Idem l. 29. *Inceſſit morbus in caſtra.* Horat. l. 3. od. 24. *Privignis mulier temperat innocens.* Cicero pro Marcell. *Victoriam temperare.* Idem pro Cœlio. *Pudor tuus moderatur orationi meæ.* Sueton in Auguſto. *Nec ſucceſſum victoriæ moderatus eſt.* Virgil. Geor. 2. ---- *Senibus medicantur anhelis.* Æneid. 11. ---- *Medicari cuſpidis ictum.* Terent. Eun. a. 5. ſc. 6. *Quem præſtolare Parmeno hic ante oſtium?* Cicero Catilit. 1. *Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur armati.* Cæſar 3. bell Gal. *Suis fortunis deſperare cæperunt.* Cicero Catilin. 2. *Quos quietâ repub. deſperant.* Cæſar l. 3. bell. Gall. *Tela noſtris deficerent.* Cicero Catil. 2. *Res eos jam pridem, fides deficere nuper cæpit.* Idem in Catilin. 1. *Nihil agis, nihil aſſequeris, nihil moliris quod mihi latere valeat in tempore.* Idem poſt reditum in Senat. *Vbi vobis hæc autoritas tamdiu tanta latuit.* Virgil. Æneid. 1. *Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ.* Plin. l. 2. c. 20. *Latet pleroſque.* Juſtin. l. 31. *Sed res Hannibalem non diu latuit* Accuſativus fortaſſis ad Græcam conſuetudinem. Homer. Illiad. ω. Καὶ δὲ σὲ γιγνώσκω, Πρίαμε, φρεσὶν, οὐδέ με λήθεις: *Sed te cognoſco, Priame, mente, neque me lates.*

Inceſſit.
Tempero.
Moderor.
Medicor.
Præſtolor.
Deſpero.
Deficio.
Lateo.

Diſſentio,

Diſſentio & *pepigi* Dativo aut Ablativo cum Præpoſitione. Seneca epiſt. 20. *Facere docet philoſophia, non dicere: & hoc exigit, ut ad legem ſuam quiſque vivat, ne orationi vita diſſentiat.* Cicero l. 4. ep. 7. *Non quin ab eo ipſe diſſentiam.* Sueton. *Qui ſibi pepigiſſent.* Idem: *Cum adverſariis autem pepigit.* *Diſſentio.* *Pepigi.*

Facio & *fio*, Dativo, aut Ablat. cum *de*; quod tamen ſæpius reticetur. Cicero pro Cæcinnâ; *Quid tu huic homini facias?* Idem in Verrem 3. *Quid hoc homine faciatis?* Plaut. Bacchid. a. 2. ſc. 3. *Quid mihi fiet poſtea?* Tibul. l. 2. el. 7. *Caſtra Macer ſequitur, tenero quid fiet amori?* Terent. Heaut. a. 4. ſc. 2. *Quid me fiat parvi pendis:* & ſc. 3. *Tu quid de me fiat parvi curas.* Cicero ad Attic. l. 2. ep. 5. *Quid de P. Clodio fiat reſcribe.* Eandem conſtructionem habet & Participium *Futurus*. Cicero Philip. 2. *Vide quæſo Antoni quid tibi futurum ſit.* Terent. Heauton. a. 3. ſc. 1. *Quid te futurum cenſes, quem aſsiduè exedent?* *Facio.* *Fio.* *Futurus.*

Interdico Dativo Perſonæ, & Ablativo vel Accuſativo Rei. Cæſar l. 1. bell. Gal. *Omni Gallia Romanis interdixiſſet.* Sueton. in Auguſto. cap. 66. *Alteri ob ingratũ, & malevolũ animum, domo & provinciis interdixit.* Idem in Domit. c. 7. *Interdixit hiſtrionibus ſcenam.* Ovid. Metam. 6. --- *Cui quondam regia conjux Orbem interdixit.* Ablativo interdum additur Præpoſitio. Plin. l. 39. c. 1. *Interdixit tibi demeſticis.* Cicero pro Cæcinnâ: *Prætor interdixit de vi hominibus armatis.* *Interdico.* *Oleo.*

Oleo, Accuſativo vel Ablativo. Horat. l. 1. epiſt. 19. *Vina fere dulces oluerunt manè Camænæ.*

Ovid. Metam. 5. *Perque lacus altos, & olentia ſulphure fertur.*

Pluo. Dicitur Pluit lapis, lapides, lapidibus; ludit aleam, vel aleâ. Tibullus l. 2. el. *Multus & in terras deplueretque lapis.* Valer. Max. l. 1. c. 6. *In Piſeno lapides pluiſſe.* Livius l. 2. d. 5. *In areâ Vulcani, & Concordiæ ſanguinem pluit.* Idem l. 1. *In monte Albano lapidibus pluiſſe.* Sueton. in Auguſto: *Ludo.* *Ludit aſsiduè aleam.* Idem in Claudio: *Aleâ ſtudioſiſsimè luſit.*

Sunt & alia nonnulla quæ juguntur modò Dativo, modò Accuſativo cum Præpoſitione; ut, *Mitto tibi,* & *ad te. Scribo tibi,* & *ad te. Reſpondeo literis,* & *ad literas.* Quibus addas non pauca ab ad, vel in Compoſit, de quibus antea egimus Regulâ 56.

Multa Verba pro diverſâ ſignificatione in varios caſus feruntur; e xiis nos pauca tantùm delibabimus, de iſtis minùs ſoliciti, quòd ſtructuram Significatio plerumque indicat.

Conſulo. Conſulo pro Proſpicio, in Dativum; pro Petere conſilium, in Accuſativum; pro Statuere, in Accuſativum aut Ablativum cum Præpoſitione. Senec. *Bonis Deus conſulit, quoties illis materiam præbet aliquid animosè, fortiterque agendi.* Cicero in Verrem 2. *Nunc ego judices, jam vos conſulo.* Terent. Heaut. a. 3. ſc. 1. *Peſsimè iſtuc in te atque in illum conſulis.* Livius l. 8. *De perfugis graviùs, quàm de fugitivis conſultum.*

Metuo, timeo, formido. *Metuo, timeo, formido, & caveo* ne quis damnum capiat, in Dativum; ne damnum inferat, in Accuſativum, aut Ablativum cum a vel ab. Terent.

And.

And. a. 1. ſc. 3. ---- *Ejus vitæ timeo.* Virgil. Æneid. 2. ---- *Timeo Danaos, & dona ferentes.* Terent. And. a. 1. ſc. 1. *Metui à Chryſide.* Cicero l. 3. ep. 1. *Meliùs enim ei cavere nolo, quàm ipſe aliis ſolet.* *Caveo.* Horat. l. 1. ſat. 4. ---- *Hic niger eſt, hunc tu Romane caveto.* Sueton in Caligula. *Vt à Caſsio caveres.* Timeo cum Præpoſitione de utroque modo dicitur. Cicero l. 7. ep. 10. *Valde me hercule de te timueram.* Lucan. l. 7. *De ſuperis ingrate times?* Caveo cum de ſignificat meminiſſe ad cautionem. Sueton. *de* Tiberio. *Quod nihil de iis Auguſtus teſtamento caviſſet.*

Impono pro Fallo in Dativum Quintil. Declam. 16. *Amico meo mater impoſuit*; pro Superpono, vel Do, in Dativum, & Accuſativum. Virgil. Æneid. 4. *Vidit thuricremis cum dona imponeret aris.* Ibid. ---- *Finemque imponere curis:* vel loco Dativi, Accuſativum cum *in*. Plaut. Bacchid. a. 3. ſc. 3. *In te ego hoc onus omne impono Lyde.* *Impono.*

CAP. X.

De Conſtructione Verbi Infiniti, Gerundiorum, Supinorum, & Participiorum.

Quibuſdam tum Verbis, tum Adjectivis familiariter ſubjiciuntur Verba Infinita. Poſt Adjectiva Infinita in Activis in Gerundium in *dum*; in Paſſivis in poſterius Supinum apud Oratores mutari ſolet. Cicero pro Lege Manilià. *Hic autem* 79.

locus

locus ad agendum ampliſsimus, ad dicendum ornatiſſimus viſus eſt. Idem. *Quod factu fœdum eſt, idem eſt & dictu turpe.* Vtrumque per *Qui* & modum Finitum non invenuſtè redditur. Terent. Eun. a. 5. ſc. 2. ---- *At tu indignus qui faceres tamen.* Cicero pro Lege Manilià: *Non erit idoneus qui ad bellum Aſiaticum, regiumque mittatur.*

Interdum duo conjunguntur Infinita. Terent. And. a. 3. ſc. 2. *Quod juſsi ei dare liberè, & quantum imperavi, Date.* Cæſar 1. bell. Gal. *Si quid ille à ſe velit, illum ad ſe venire oportere. Curo, do, loco, accipio, & mando,* pro Infinito Paſſivo non inelegánter adſciſcunt Participium in *Dus.* Cæſar. 7. bell. Gal. *E regione unius eorum pontium, quos Vercingetorix reſcindendos curaverat.* Ibid. *Quatuor legiones in Senones, Pariſioſque Labieno ducendas dedit.* Horat. l. 2. od. 18. *Tu ſecanda marmora Locas ſub ipſum funus.* Cicero Offic. 1. *Ea, quæ acceperis utenda, majore menſurâ jubet reddere Heſiodus.* Virg. Æneid. 3. *Infelix Priamus furtim mandârat alendum Threïcio regi.* Ponantur interdum Figuratè, & abſolutè Verba Infinita, aut per Ellipſin alterius Verbi; ut Æneid. 1. ---- *Mene incepto deſiſtere victam?* ubi ſubauditur *decet, æquum eſt, aut aliquid ſimile:* Aut per Enallagen Modi; Æneid. 2. *Criminibus terrere novis, hinc ſpargere voces In vulgum ambiguas, & quærere conſcius arma,* i. e. terrebat, ſpargebat, quærebat: Niſi fortaſſis & hìc Verbum *cæpit*, aut ſimile quidpiam ſubintelligatur.

Genitivus Pluralis cum Gerundio in Di.

Interdum non invenuſtè adjicitur Gerundio in Di Genitivus pluralis. Structura in uſu optimis ſcriptoribus. Cicero Philip. *Vtrum Antonio facultas detur*

detur agrorum ſuis latronibus condonandi. Idem de Vniverſ. *Reliquorum ſyderum quæ cauſa collocandi fuerit.* Sueton. in Auguſto. c. 98. *Permiſſa, imò exacta jocandi licentia, diripiendique pomorum & obſoniorum.* Varro de R. R. l. 2. c. 1. *Aliquod fuit principium generandi animalium.* Plaut. Capti. a. 4. ſc. 2. *Nominandi iſtorum magis, quam edundi erit copia.* Terent. in prologo. Heauton. *Novarum qui ſpectandi copiam faciunt.* Gellius l. 5. c. 10. *Enathlus adoleſcens dives eloquentiæ, cauſarumque orandi cupiens fuit.* Plin. in Epiſt. *Quum illorum videndi gratiâ me in forum contuliſſem.* Vſitatiſſima autem eſt hæc ſtructura cum Genitivis pluralibus *ſui, noſtri, veſtri.* Cicero de Divinat. 2. *Dolebas tantam Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe.* Idem in Catil. 1. *Non tam ſui conſervandi causâ.* Cæſar. l. 4. bell. Gal. *Ad eum in caſtra venerunt ſui purgandi causâ.* Idem l. 3. *Neque ſui colligendi hoſtibus facultatem relinquunt.* Cicero: *Veſtri confirmandi, & conſolandi causâ.* In hujuſmodi vel Gerundium, & Genitivus reguntur à præcedente Subſtantivo. Cæſar. l. 3. bell. Gal. *Superiorum dierum Sabini cunctatio.* Vel, quod mihi veriſimilius videtur, eſt Ellipſis alterius Subſtantivi ejuſdem cum Gerundio ſignificationis; ut Condonandi agrorum; i. e. condonandi donationem agrorum. Collocandi ſyderum; i. e. collocandi collocationem ſyderum; & ita in cæteris. Non enim iis aſſentiri poſſum, qui numeri, & convenire cum Genitivo, uti ſuo Suppoſito, vel ſtructuram hanc uſu conſtare, non arte: Ideo autem non repetitur Subſtantivum, tum quòd in Gerundio continetur, tum quòd Latini elegantiæ ſtudent.

Conſtructio Gerundii in do more Dativi.

Conſtruuntur etiam interdum more Dativi. Plin. l. 13. c. 2. *Emporeutica inutilis ſcribendo:* & c. 15. *Rubens ferrum non eſt habile tundendo.* Idem l. 31. c. 6. *Bituminata, aut nitroſa utilis eſt bibendo.* Plaut. Epid. a. 4. ſc. 2. *Epidicum quærendo operam dabo.* Idem Pænul. a. 1. ſc. 2. *Eæ nos Lavando, & eluendo operam dederunt.* Ovid. Metam. 15. --- *Mox apta natando Crura dat.*

Gerundia in Dum citra Præpoſitionem, cum ſignificatur neceſſitas, aut officium. Accuſativus cum hujuſmodi Gerundio antiquè.

Cum ſignificatur neceſſitas ponuntur citra Præpoſitionem. Hac ſignificatione Accuſativum rarò admodum admittunt, ſed mutant eum autorum uſus in Nominativum, & Gerundium in Participium, aut Participiale in *dus*. Horat. l. 1. od. 28. ---- *Sed omnes una manet nox, Et calcanda ſemel via lethi*; non calcandum viam lethi. Vetuſtiſſimi tamen ita loqui ſolent. Varro de R. R. l. 1. c. 21. *Canes potiùs cum dignitate acres, & paucos habendum.* Idem l. 2. c. 4. *Singulis ubi pariant faciendum haras quadratas.* Idem l. 2. c. 9. *In fœturâ dandum potiùs hordeaceos panes, quàm triticeos.* Livius l. 37. *Conclamatum propè ab univerſo ſenatu eſt perdomandum feroces animos eſſe.* Lucret. l. 5. *Aeternas quoniam pœnas in morte timendum.* Hos imitatur Gellius l. 2. c. 7. *Omnia eſſe quæ pater juſſerit parendum:* & mox. *Quædam eſſe parendum, quædam non obſequendum.* Semel reperio hanc ſtructuram apud Virgilium. Æneid. 11. ---- *Aut pacem Trojano à rege petendum.* Apud Horatium, Ovidium, Ciceronem, qnod ſcio, nuſquam. Citatur quidem illud ad Attic. l. 14. ep. 16. *Iterandum eadem iſta nihil.* Sed malè, nam vera lectio eſt, *Itera dum eadem iſta mihi.* Loquendi forma à veteri Comico ſumpta, quem profert Acad. 4. *Age, adſta, mane, audi,*

audi, itera dum & iſta mihi. Adfertur etiam illud ejuſdem de Senect. *Tanquam aliquam longam viam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum ſit.* Sed hìc alii legunt, *quâ*, utcunque non pẽdet à Gerundio, ſed Præpoſitione. Videtur autem hæc Conſtructio eſſe ad imitationem Græcorum. Demoſthenes. Τοῖς μὲν ὑπάρχουσι νόμοις χρηστέον, καινὰς δ' εἰσφέρειν μὴ θετέον, *Latis legibus utendum, novæ verò non temere ferendæ.* Ponitur interdum modus Infinitivus loco Gerundii more Græcorum. Cæſar. l. 7. bell. Gal. *Conſiliũ cæperunt ex oppido profugere*; pro profugiendi: Cicero in Topicis: *Sed jam tempus eſt ad id, quod inſtituimus, accedere*, pro accedendi. Virgil. ecl. 7. *Et cantare pares, & reſpondere parati*, pro *in cantando, ad reſpondendum.*

85. *Conſtructio Supinorum.*

Prius Supinum ſequitur Verbum, aut Participium ſignificans motum ad locum. Adhibetur aliquando prius Supinnm poſt Verba, quæ latentem in ſe includunt motum: qualia ſunt *do, loco, voco.* Terent. Eun. a. 3. ſc. 1. *Pamphilam cantatum provocemus.* Idem Phorm. a. 1. ſc. 1. *Virginem nuptum locavi.* Plaut. Stych. a. 1. ſc. 2. *Non tu me argento, opinor, dediſti nuptum, ſed viro.* Videtur autem hoc Supinum non regi à Verbo, ſed à Præpoſitione ſubintellectâ, quam expreſſit Varro de R. R. l. 3. 16. *Non omnis tempeſtas apes ad paſtum prodire longiùs patitur.* *Voſſius de Conſtruction. c. 54.*

Hæc verò Plaut. Ciſtell. a. 1. ſc. 1. ---- *Ventum gaudeo ecaſtor ad te.* Idem: *Dum ſtas reditum oportuit.* Terent. Heauton. a. 1. ſc. 2. *Vt ut erat, manſum tamen oportuit*: & ſimilia non ſunt Supina, ſed Impersonalia Perfecti Infiniti, pro ventum eſſe, reditum eſſe, manſum eſſe. Sicut in Indicativo

dicitur, ventum eſt, exitum eſt, &c. Terent. Heauton. a. 2. ſc. 3. *Vbi ventum ad ædes eſt.* Ovid. *Itum eſt in viſcera terræ.*

86. *Poſterius ſupinum ſequitur Nomina Adjectiva.* Vt prius Supinum Accuſativus, ita poſterius Ablativus eſſe videtur: eoque magis, quòd nonnunquam Adjectiva more Subſtantivorum habent. Quintil. l. 8. c. 3. *Rebus atrocibus verba etiam ipſo auditu aſpera magis conveniunt.* Gellius l. 12. c. 4. *Eos ego verſus non minùs frequenti aſsiduóque memoratu, & dignos puto.* Nec enim eos audio, qui volunt aſpera auditu, dignos memoratu, eſſe Supina, ſed ipſo auditu acerba, aſſiduo memoratu dignos, eſſe Nomina. Adde quod Subſtantivis non rarò junguntur. Livivs l. 31. *Id dictu, quàm re facilius.* Cicero in Piſon. *Quis enim te auditu, quis ullo honore, quis denique communi ſalute dignum putavit?* Tacit. l. 1. *Lucos viſu, ac memoriâ deformes.* *Participiis in* Dus *uſitatior eſt Dativus:* non quòd hæc non ſæpe etiam jungantur Ablativo cum Præpoſitione. Cicero l. 15. ep. 9. *Non putabam à me nunc ſcribenda eſſe publicè*: & ep. 7. *Quam erant à muliere poſtulanda.* Idem in Rullum. *Non eos in deorum immortalium numero venerandos à nobis, & colendos putatis?* Idem l. 10. ad Attic. ep. 4. *Patris autem lenitas amanda potiùs ab illo.* Sed quòd uſitatiùs jungantur Dativo agentis, quàm Verba à quibus derivantur.

87. *Participiorum Conſtructio.*

88. *Participia Præſentis, & Præteriti temporis cum fiunt Nomina Genitivum poſtulant.* Ratio eſt, quòd hæc Nominativo in tor, aut trix, aut Adjectivorum Genitivo gaudentium ſignificationem fere obtinent, & unà conſtructionem. Sic & Græci Homer.

Homer. ---- *μάχης εὖ ἰιδότε πάσης, periti rerum bellicarum.* Idem. ---- *διδασκόμενος πολέμοιο, doctus belli.* Cum Verbi ſui caſum retinent non Nomina cenſenda, ſed Participia. Obſervanda autem eſt differentia inter hæc reſpectu ſignificationis, cum ſunt Participia, & cum degenerant in Nomina; ut *Patiens inediam*, quod Participium eſt, de eo dicitur qui jam inediam patitur, *Patiens inediæ*, quod eſt Nomen, de eo qui inediam facilè pati poſſit, etiam ſi fortaſſis nunc ſit probè ſaginatus. Sic, *Doctus Græcam linguam* dicitur, qui hanc linguam didicit; nec refert an jam calleat, necne; At, *Doctus Græcæ linguæ*, non niſi de eo, qui Græcam linguam jam callet; & ita in reliquis; Tempus, ſcilicet, amittunt, cum Genitivum regunt.

Eoxſus, peroſus, pertæſus in Accuſativum feruntur. Exoſus apud Gellium legitur ſignificatione Paſſivâ, & cum Dativo. l. 2. c. 18. *Ex quibus latenter inlelligas non omnimodis diis exoſos eſſe, qui in hac vitâ cum ærumnarum varietate luctantur.* Pertæſus reperitur aliquando cum Genitivo, ſed more Verbi ſui. Tacit. l. 15. *Lenitudinis eorum pertæſa.* Virgil. Æneid. 4. *Si non pertæſum thalami tedæque fuiſſet.* 89. *Alii legunt omnimodo, vulgò omnes modo.*

Participia Præteriti temporis à Paſſivis orta, interdum apud Poëtas Activè ſignificant, & Accuſativis, more Activorum, junguntur. Ovid. Metam. 5. ---- *Virideſque manu ſiccata capillos.* Idem. *Illa ſuper ſuras tunicam collecta miniſtrat.* Virg. ecl. 8. *Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.* Quæ uſitatiùs efferuntur per Ablativum Conſequentiæ; ſiccatis capillis, collectâ tunicâ, mutatis curſibus. Fortaſſe hiſce formis Aoriſtos primos Græ-

corum exprimere voluerunt : ξηράνασα τὰς τρίχας : συλλέξασα χλόνα. Ineſt autem in illis Enallage, Paſſiva, ſcilicet, pro Activo.

90. *Natus, prognatus, ſatus, cretus, creatus, ortus, editus, in Ablativum feruntur.* In his Ellipſis Præpoſitionis, quæ non rarò exprimitur. Terent. Adelph. a. 1. ſc. 1. *Ex me hic non natus eſt, ſed ex fratre.* Ovid. Metam. 2. ---- *Gemino de Cecrope natis.* Idem Metam. 4. ---- *Ab origine cretus eâdem.* Horat. l. 1. ſat. 6. ---- *E centurionibus orti.*

CAP. XVI.

Adverbiorum Conſtructio.

91. EN & *ecce* Nominativo juguntur, vel Accuſativo. En etiam in exprobrando nominativum admittit, non Accuſativum ſolùm. Cicero pro Dejotaro : *En crimen, en cauſa; cur regem fugitivus, dominum ſervus accuſet?* Totam autem hanc ſtructuram nonnulli volunt eſſe Ellipticam, & in Nominativo Verbum *eſt*, in Accuſativo *video*, aut aliquid ſimile ſubintelligi.

92. *Quædam Adverbia Loci, Temporis, & Quantitatis Genitivum poſt ſe recipiunt.* Iniſtiuſmodi Cicero at Attic. l. 2. ep. 3. *Tu pridie compitalia memento, balneum calfieri jubeo.* Livius : *Poſtridie idus rebus divinis ſuperſederi juſſum eſt.* Ellipſis Præpoſitionum *ante*, & *poſt*. *Inſtar* non eſt hujus loci, quod Aptoton, non Adverbium : vide Scholion in Regulam. *Quæ nullum variant caſum, &c.*

93. *Deriuativa Primitivorum caſum retinent.* In his. Terent.

Terent. Adelph. a. 2. ſc. 1. *Homini miſero plus quingentos colaphos infregit mihi.* Plin. l. 10. c. 53. *Plus vicena quina ova incubanda ſubjici vetant:* Eſt Ellipſis Conjunctionis *quàm*, & Enallage partium, pro, Plures quàm vicena quina ova.

Proximè & Dativo jungitur, utpote ab Adjectivo *Proximus.* Cæſar: *Quàm proximè poteſt, hoſtium caſtris caſtra communit.*

Quàm pro *quantum* Poſitivis adhæret. Cicero l. 7. ep. 15. *Quàm ſint moroſi qui amant, vel ex hoc intelligi poſſit.* At intercedente *Poſſum* aut *Queo*, Superlativis. Cicero l. 2. de Nat. Deor. *Aves nidos conſtruunt, eoſque quàm poſſunt molliſsimè ſubſtrenunt.* Terent. Eun. a. 1. ſc. 1. *Niſi ut redimas te captum quàm queas minimo.* Plinius & Poſitivo junxi l. 18. c. 28. *Quàm potero dilucidè, atque perſpicuè.* Jungi ur etiam Superlativo ſine *Poſſum* ſociante *tum* vel *ita.* Saluſt. in Jugurth. *Quàm quiſque peſsimè fecit, tam maximè tutus eſt.* Terent. Heauton. a. 5. ſc. 2. ---- *Namque adoleſcens quàm minimâ inſpe ſitus erit, Tam facilè boni patris, pacem in leges conficiet ſuas.* Cicero ad Lentulum: *Gaudeo enim te fidem cognoſcere hominum non ita magnâ mercede, quàm ego maximo dolore cognôram.*

Quàm pro *valde* Superlativis gaudet. Cicero l. 13. ep. 6. *Vt ex hac commendatione mihi Cuſpius quàm maximas, quàm primùm, quàm ſæpiſsimè gratias agat.* Interdum & Poſitivis annectitur. Cicero in Bruto. *Quas non diligenter elaboratas, etiam quàm lucubratas afferebamus.* Terent. And. a. 1. ſc. 1. ---- *Flens quàm familiariter.* At addito *valde*, Poſſitivo gaudet. Cicero l. 11. ep. 13. *Nam ſuos valde quàm paucos habet.*

Adver-

Adverbia in *um* Poſitivum amant. Cicero ad Attic. l. 10. ep. 13. *Sunt ea quidem parum firma.* Idem 2. de Finib. *Nimium longi ſumus.* Sed *tantùm, quantùm, aliquantùm,* Comparativum interdum admittunt. Valer. Max. l. 4. *Quantùm domo inferior, tantùm gloriâ ſuperior.* Terent. Eun. a. 1. ſc. 2. *Ejus frater aliquantùm eſt ad rem avidior.*

Duo Negativa apud Latinos ſententiam fere efficiunt affirmativam, ut Non ſum neſcius: i. e. ſcio. Nemo non videt, i. e. quiſque videt. At non ſemper. Plaut. Milit. a. 5. ſc. 1. *Jura te non nociturum eſſe homini hac de re nemini.* Idem Bacchid. a. 4. ſc. 9. *Nihil ego tibi conſilii hodie quicquam dabo, Neque ego haud committam ut ſi quid peccatum ſit Feciſſe dicas de meâ ſententiâ.* Idem Epidic. a. 5. ſc. 1. ---- *Neque ille haud objiciet mihi Pedibus ſe provocatum.* Terent. Eun. a. 5. ſc. 8. *Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex uſu tuo Nemo eſt.*

Conſtructio Adverbii cum Verbo.

Conſtructio Adverbii, & Conjunctionis cum Verbo dicitur Convenientia minùs propria. Propria enim eſt, cum partes in aliquo tertio conveniunt: ut, *Præceptor docet*; Impropria cum nullum eſt tertium in quo partes conveniant: ut, *Poſtquam exceſſit.*

Poſtquam, antequam, priuſquam, ſimul ac, ſimul atque ubi & cum; Indicativo, aut Subjunctivo.

Poſtquam, antequam, priuſquam, ſimul ut, ſimul ac, ſimul atque, necnon *ubi & cum, Temporis* Adverbia Indicativis apponuntur, aut Subjunctivis. Terent. And. a. 1. ſc. 1. *Poſtquam exceſſit ex ephebis.* Plin. l. 18. c. 26. *Poſtquam hyemârit.* Cicero ad Attic. l. 10. ep. 15. *Antequam diſcedimus*: & l. 7. ep. 8. *Antequam iſtuc venirem.* Idem Philip. 1. *Priuſquam de Repub. dicere incipio.* Saluſt. Catilin.

Priuſquam

Priuſquam incipias, conſulto; & ubi conſulueris, maturè facto opus eſt. Cicero: *Omne animal ſimul ut ortum eſt.* Plin. l. 11. c. 49. *Vrſo quoque, ſimul ut expiraverit, corneſcere aiunt genitalia.* Horat. l. 1. ſat. 8. ---- *Simul ac vana luna decorum Protulit os*: & ſat. 9. ---- *Simul ac adoleverit ætas.* Idem l. 1. ep. 16. *Ipſe Deus, ſimul atque volam, me ſolvet opinor*: & l. 2. ep. 1. ---- *Simul atque Carmina reſcieris nos fingere.* Virgil. Æneid. 10. *Hæc ubi dicta dedit.* Terent. Eun. a. 3. ſc. 5. *Vbi nos laverimus, ſi voles lavato.* Virgil. Æneid. 1. *Cum dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet.* Cicero pro Ligario. *Cum eſſet adhuc nulla belli ſuſpicio.*

Dum & donec pro *quamdiu* Indicativo, pro *quoad*, ſeu *uſquedum*, Indicativo, & Subjunctivo. Terent. Heaut. a. 1. ſc. 1. *Dum quod te dignum eſt facis.* Ovid. de Triſt. l. 1. el. 1. *Donec eram ſoſpes.* Virgil. ecl. 9. *Tityre dum redeo, brevis eſt via, paſce capellas.* Cicero pro Flacco. *Qui valuit tam diu, dum hic prodiret.* Virgil. Æneid. 1. ---- *Donec regina ſacerdos Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.* Terent. Adelph. a. 4. ſc. 6. *Donec redierit.* *Dum & Donec.*

Quoad pro *quamdiu* Indicativo, vel Subjunctivo; pro *donec*, Subjunctivo ſoli adhibetur. Cicero Catilin. 1. *Quoad fuit in urbe.* Idem de Amicit. *Quoad poſſem & liceret.* Idem l. 10. ep. 21. *Quoad exercitus huc ſubmittatur.*

Vt ſimilitudinem ſignificans Indicativo, & Subjunctivo, pro *quomodo* quod admirationem denotat, & pro *poſtquam* Indicativo, Infinitè ſumptum Subjunctivo, Plaut. *Vtut tute es, item omnes cenſes eſſe.* Cicero: *Vt ſementem feceris, ita & metes.* *Vt ſimilitudinem ſignificam.*

tes. Virgil. ecl. 8. *Vt vidi, ut perii, ut me malus abſtulit error.* Ovid. Metam. 13. *Vt dolor unius Danaos pervenit ad omnes.* Idem: *Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus: Vt capiant vitium ni moveantur aquæ.*

Quaſi, ceu, tanquam, perinde, acſi.

Quaſi, ceu, tanquam, perinde, acſi, quando ſimulationem ſignificant, (as if) Subjunctivo: cum ſimpliciter ſimilitudinem, (even as) Indicativo apponuntur. Terent. Eun. a. 4. ſc. 4. *Quaſi vero paulum interſiet.* Plaut. Stich. a. 4. ſc. 1. *Fuit olim, quaſi ego ſum, ſenex, ei filiæ duæ erant, quaſi nunc meæ ſunt.* Plin. Præfat. Operis. *Ceu verò neſciam adverſùs Theophraſtum ſcripſiſſe fœminam.* Virgil. Æneid. 2. *Adverſi rupto ceu quondam turbine venti Conſligunt.* Horat. l. 2. ſat. 2. *Tanquam ad rem attineat quidquam.* Terent. Eun. a. 2. ſc. 2. *Tanquam Philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis vocabula.* Cæſar l. 3. bel. civil. *Perinde ac ſuis ſatisfacere, ac fraudata reſtituere vellent.* Plaut. Stich. a. 1. ſc. 2. *Cum tamen abſentes viros perinde habetis, quaſi præſentes ſint.* Horat. l. 1. ſat. 10. ---- *At ſi magnas Græcorum malis implere catervas.*

Ne Prohibendi.

Ne Prohibendi præponitur Subjunctivis, & Imperativis. Terent. Eun. a. 2. ſc. 3. *Ne pòſt conferas culpam in me.* Virgil. Æneid. 6. ---- *Ne ſævi magna ſacerdos.* Quintil. decl. 6. *Ne relinque: At Oratores Subjunctivo potiùs utuntur, aut Periphraſi; ut, Noli ſævire, Cave putes.*

Ne Interrogantis, Dubitantis, & pro, ut non.

Ne Interrogantis Indicativis, Dubitantis, & pro, *ut non*, Subjunctivis. Virgil. Æneid. 3. ---- *Superátne, & veſcitur aurâ Aethereâ?* Cicero Offic. 1. *Honeſtúmne factu ſit, an turpe dubitant.* Horat. l. 2. ſat. 1.

ſat. 1. ---- *Ne fortè negotî Incutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum.*

Non Adverbium Negandi omnibus Modis, & Perſonis jungitur præterquam ſecundæ Imperativi: ut, pro, *Non fac*, dicendum, Ne feceris, noli facere, vel cave facias. Quintil. l. 1. c. 5.

Nedum nota minoris, *much leſſe*, in poſteriore ſententiæ parte ſemper ponitur, & in Negationibus minori præmiſſo Majus ſubnectit: in Affirmationibus majori præmiſſo minus ſubnectit. Columel. l. 8. c. 17. *Nam vile ne captare quidem, nedum alere conducit.* Terent. Heaut. a. 3. ſc. 1. ---- *Satrapas ſi ſiet Amator, nunquam ſufferre ejus ſumptus queat, Nedum tu poſsis. Nedum* pro *non ſolùm, not onely*, tum priorem, tum poſteriorem clauſulam tenet. Cicero ad Attic. l. 9. ep. 10. *Nedum hominum humilium, ut nos ſumus, ſed etiam ampliſsimorum virorum cõſilia eventu, non ex voluntate à pleriſque probari ſolent.* Seneca ep. 91. *Movere hic caſus quemlibet poſsit, nedum hominem patriæ ſuæ amantiſsimum.*

Nedum nota Minoris.

CAP. XVII.

Conjunctionum Conſtructio.

COnjunctiones Copulativæ, & Disjunctivæ, cum his quatuor, *quam, niſi, præterquam, an*, ſimiles plerumque caſus, modos, & tempora connectunt. Conjunctiones nullum caſum regunt, ſimiles quidem connectere ſolent, at id non virtute ſuâ, ſed alterius dictionis: unde fit, quod non-

nunquam ponantur inter diverſos caſus. Horat. in Arte. ---- *In Meti deſcendant judicis aures, Et patris, & noſtras.* Sic, *Emi librum centuſsi, & pluris. Vixi Romæ, & Athenis.* Connectunt interdum diverſos gradus: Cicero ad Quint. Frat. l. 1. ep. 2. *Homo, & mei obſervantiſsimus, & ſui juris, dignitatiſque retinens.* Aliquoties diverſos Modos, & Tempora. Terent. Hecyr. a. 4. ſc. 2. *Et me hac ſuſpicione exſolvam, & illis morem geſſero.* Idem And. a. 4. ſc. 1. *Niſi me lactâſſes amantem, & falsâ ſpe produceres.* Perſius. ſat. 4. *Tecum habita, & nôris quam ſit tibi curta ſupellex.* Quintil. l. 10. c. 1. *Ac hiſtoria non ceſſerit Græcis: nec opponere Thucydidi Saluſtium vereor.*

Ergô. In iſtiuſmodi: Livius l. 7. *Victoriæ navalis ergô.* Cicero de optimo genere Orat. *Eum donari virtutis ergô, benevolentiæque.* Virgil. Æneid. 6. --- *Illius ergô venimus. Ergo* Nomen eſt, non Conjunctio, ſaltem nominis loco ponitur per Antimeriam; ſumitur enim pro χάριν, i. e. gratiâ, ſive causâ. Copulativa *quæ* poſteriori adjicienda, non priori, niſi per Polyſyndeton utrique addatur.

De Copulativis iſtis, *cum*, &, *tum* obſervandum. *Cum* ponere quiddam minus, atque ideo in priore clauſulæ parte ſtatui: *Tum* quiddam majus, ac proinde in poſteriori membro collocari. *Cum* etiam modò generale, modò ſpeciale annexum habet, *Tum* verò ſpeciale. Cicero: *Luxuria cum omni ætate turpis, tum ſenectute fœdiſsima eſt.* Idem: *Mirificè eum diligo, cum propter ſummum ejus ingenium, ſummamque doctrinam, tum propter ſingularem modeſtiam.*

Etſi, tametſi, etiamſi, quanquam. *Etſi, tametſi, etiamſi, quanquam,* in principio orationis

rationis Indicativo, in medio, aut fine; Indicativo, vel Subjunctivo gaudent. Cicero in Bruto: *Etſi ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium, quàm parum.* Idem pro Roſcio: *Tametſi ſtatim viciſſe debeo, tamen de meo jure diſcedam.* Idem ad Attic. l. 3. ep. 24. *Nam iſta veritas, etiamſi jucunda non eſt, mihi tamen grata eſt.* Idem pro Planco. *Quanquam gratiarum actionem à te non deſiderabam, &c.* Idem in Verrem 5. *Non mehercule quæ loquar, crederem, judices, tametſi vulgò audirem.* Ibid. *Omnia brevia tolerabilia eſſe debent, etiamſi maxima ſint.* Idem l. 1. ep. 2. *Perſpiciebant in Hortenſii ſententiam plures ituros, quanquam apertè Volcatio aſſentirentur.*

Ni, niſi, ſi, ſin, ſiquidem, quòd, quia, quamvis, Indicativis adhærent & Subjunctivis. Terent. And. a. 3. ſc. 4. *Mirum ni domi eſt.* Idem Phorm. a. 1. ſc. 5. *Ni hæc ita eſſent, cum illo haud ſtares Phædria:* Cicero de Amicit. *Niſi quid adhuc fortè vultis.* Ibid. *Niſi immortalitatem optare vellet.* Terent. And. a. 2. ſc. 1. *Si id facis, hodie poſtremùm me vides:* & a. 4. ſc. 2. *Orare juſſit, ſi ſe ames, hera, ut jam ad ſeſe venias:* & a. 1. ſc. 3. ---- *Sin opitulor, hujus minas.* Saluſt in Jugurth. *Sin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat.* Cicero ad Attic. l. 3. *Quòd me vivere coegiſti:* & l. 9. *Admiratus ſum quòd ad me tuâ manu ſcripſiſſes.* Terent. Hecyr. a. 3. ſc. 5. *Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ.* Cicero de Finib. l. 1. *Nemo ipſam voluptatem, quia voluptas ſit, aſpernatur.* Horat. l. 1. epiſt. 17. *Quamvis Scæva ſatis per te tibi conſulis, & ſcis.* Virgil. Geor. 1. *Quamvis Elyſios miretur Græcia campos.* *Ni, niſi, ſi, ſin, ſiquidem, quòd, quia, quamvis.*

Si quis. *Si quis* ſæpius indicativo, at interdum Subjunctivo annectitur. Terent. Phorm. a. 1. ſc. 2. *Si quis me quærit Rufus.* Horat. l. 2. ſat. 1. ---- *Si quis Opprobriis dignum latraverit.*

Ni, niſi, & ſi, Subjunctivum volunt in priore parte ſententiæ, quoties in poſteriore ſequitur Subjunctivus. Terent. Phorm. a. 1. ſc. 5. *Ni noſſem cauſam, crederem vera hunc loqui.* Cicero l. 9. ep. 9. *Niſi in literis viverem, haud poſſem vivere.* Quintil. l. 1. c. 9. *Nec, ſi rationem ſyderum ignoret, Poetas intelligat. Niſi* Corrigendi particula Indicativum ſolum: Cicero pro Murænâ; *Nemo fere ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit.*

Quod pro quantum ad id, & Propter quod. *Quod* in principio ſententiæ, pro *quantum ad id quod, whereas,* Indicativum: poſt *non eſt,* vel *nihil eſt,* pro, *propter quod, wherefore,* Subjunctivum. Cicero ad Attic. l. 1. ep. 2. *Quod ad me ſtripſiſti de noſtro amico placendo.* Idem l. 6. ep. 2. *Mihi crede, non eſt promalis temporum quod meleſtè feras.* Idem in Piſon. *Nihil eſt quod me invites.*

Quo pro quod vel quia. *Quo* pro Cauſali *quòd,* vel *quia* Subjunctivo annectitur. Cæſar. l. 5. bell. Gal. *Quo facilius civitatem in officio contineret.* Cicero: *Non quo ea ſit mihi quicquam carius.* Idem: *Non eadico, Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides, & conſtantia.*

Quin, & licèt Subjunctivum amant. Cicero pro Quinctio. *Cauſæ nihil dico quin ita ſit.* Ovid: *Ipſe licèt venias Muſis comitatus Homerus, Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*

Quando, quandoquidem, quoniam. *Quando, quandoquidem, & quoniam* Indicativo gaudent. Terent. Adelph. a. 5. ſc. 3. *Quando ego tuum non curo.* Virgil. ecl. 3. *Dicite quandoquidem*

dem molli conſedimus herbâ. Terent. And. a. 1. ſc. 5. *Ea quoniam nemini obtrudi poteſt.*

Quippe pro *nam*, vel Ironicè poſitum Indicativum amat. Virgil. Geor. 1. *---Sed læta & fortia ſurgunt, Quippe ſolo natura ſubeſt.* Æneid. 1. *Quippe vetor fatis.* *Quippe pro nam vel Ironicè poſitum.*

Vt pote, & *quippe*, pro *utpote*, addito *qui*, Indicativum volunt; vel Subjunctivum: ſin addideris *cum*, Subjunctivum tantùm. Cicero Philip. 5. *Vtpote qui peregre pugnavit.* Saluſt. Catilin. *Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis æquioribus expeditos in fugam ſequeretur.* Columel. l. 11. c. 3. *Quippe quæ etiam in deſertis agris citra ruſticam operam convaleſcit.* Cicero pro Roſcio. *Quippe qui ne in oppidum quidem niſi perraro veniret.* Idem ad Attic. l. 5. ep. 8. *Vtpote cum ſine febri laborâſſem.* Idem Offic. 2. *Quippe cum ea ſine prudentiâ ſatis habeat autoritatis.* *Vtpote, & quippe pro utpote.*

Cum pro *quod* Indicativo, pro *quandoquidem, vel quoniam*, ſæpius Subjunctivo, at interdum & Indicativo adhæret. Cicero: *Gratulor tibi cum tantùm vales apud Dolobellam.* Ovid. Faſt. 3. *Cum ſis officiis Gradive virilibus aptus, Dic mihi matronæ cur tua feſta colant.* Cicero l. 2. ep. 1. *Cum, in quo accuſabar, culpâ vacarem.* Terent. And. a. 3. ſc. 2. ---- *Quandoquidem eſt ingenio bono, Cumque huic veritus eſt optimæ adoleſcenti facere injuriam.* Cicero l. 13. ep. 24. *Tibi maximas gratias ago, cum tantùm meæ literæ potuerunt, ut his lectis, &c.* *Cum pro quod, quandoquidem vel quoniam.*

Vt Cauſalis, ſeu *Perfectiva* Conjunctio, & *Vt* pro *ne non* poſt Verba Timoris, Item *Concedentis*, ſeu poſitum pro *quanquam*, *utpote*, & *quamvis* Subjunctivo ſervit. Terent. And. a. 1. ſc. 1. *Filium* *Vt Cauſalis, ſeu Perfectiva Conjunctio, pro, ne non; Item Concedentis, ſeu poſitum pro quanquam, Vtpote, & quamvis.*

lium perduxere illuc ſecum, ut unà eſſet, meum: & ſc. 2. *Te oro, Dave, ut redeat jam in viam:* & a. 5. ſc. 4. *Metuo ut ſubſtet hoſpes.* Cicero Philip. 3. *Legem illam appellare fas non eſt, & ut ſit lex, non debemus illam Hirtii legem putare.* Idem ad Attic. l. 12. ep. 1. *Cui ut omnia contingant quæ volo, levari non poſſum.* Quintil. l. 10. c. 1. *Nec ignoro igitur quos tranſeo, nec utique damno, ut qui dixerim in omnibus eſſe utilitatis aliquid.* Ovid. de Ponto. l. 3. el. 4. *Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.*

CAP. XVIII.

Conſtructio Præpoſitionum & Interjectionum.

PRæpoſitiones fere præponuntur, unde & Nomen habent: At *Tenus*, & *verſus* Caſui ſuo ſemper poſtponuntur; & *Cum* in his, *mecum, tecum, ſecum, nobiſcum, vobiſcum.* Si quæ aliæ poſtpoſitæ inveniuntur, fit per Anaſtrophen.

Verſus, uſque, & procul, Adverbia, non Præpoſitiones.

Pone, ſecus, verſus, & palam, ſæpius fiunt Adverbia: immo *verſus* ſemper Adverbiũ. Si quando Accuſativo jungitur, fit ἐλλειπτικῶς, quia reticetur *ad* vel *in*; ut enim dixit Cicero l. 11. ep. 27. *Brunduſium verſus*: ita Livius l. 1. *Ad meridiem verſus*: & Cæſar l. 7. bell. Gal. *Caſtra ex Biturigibus movet in Arvernos verſus.* Quod & de *uſque*, & *procul* ſtatuendum, habere, ſcilicet, caſus annexos vi Præpoſitionis ſubintellectæ. Cicero in Verrem. 6. *Sacerdotes uſque Ennam profecti ſunt.* Terent. Adelph. a. 4. ſc. 5. *Miletum uſque obſecro.*

In

In quibus deeſt *ad*. Cicero pro Dejotaro: *Cui magnificentiſsima dona uſque ad Numantiam miſit*. Idem in Verrem 7. *Vſque ad ſummam ſenectutem*. Idem in Natura Deor. *Vſque à Thalete enumeraſti ſententias Philoſophorum*. *Pone*, *palam*, *& ſecus* interdum ſunt Præpoſitiones: Livius l. 40. *Ponè caſtra utrique pabulatum, & lignatum ibant*. Gellius l. 13. c. 14. *Ponè muros*. Plaut. Curcul. a. 4. ſc. 1. *Ponè ædem Caſtoris, ibi ſunt quibus credas malè*. Livius l. 6. *Palam populo*. Horat. Epod. 11. *Vbi hæc ſeverus te palam laudaveram*. Quintil. l. 8. c. 2. *Conductus eſt cæcus ſecus viam ſtare*, i. e. *juxta viam*. Ponè, palam, ſecus.

Præpoſitiones cum Caſum amittunt, migrant in Adverbia. Cicero pro Flacco: *Multis pòſt annis*. Virgil. Æneid. 1. --- *Coràm quem quæritis adſum*.

Hæ Præpoſitiones Ablativo inſerviunt, &c. In illo Plauti Pænul. a. 3. ſc. 3. *Trecentos nummos Philippos portat præ ſibi*: Aut ponitur pro *præportat ſibi*, aut legendum, *præſidii*, i.e. pro viatico, aut *præs ſibi*; ac ſi diceret, non eſt quod metuas in domum recipere, cum ipſe tam bene nummatus ſibi præs eſſe poſſit. 95.

Præpoſitiones iſtæ utrique inſerviunt caſui; *Subter*, *clam*, *in*, *ſub*, *ſuper*, utplurimùm Accuſativo, cum ſignificant motum ad rem, & Ablativo, cum adjunguntur Verbis quietis. Sed oſtendemus in ſingulis quibus ſignificationibus, quos caſus adſciſcunt. 96.

Subter & *clam* uno ſignificatu utrique caſui junguntur: ſed *ſubter* apud Oratores ſæpius Accuſativo, apud Poëtas, & Ablativo. Cicero Tuſcul. 1. *Plato iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locavit*. Subter, clam.

cavit. Virg. Æneid. 9. ---- *Omnes ferre libet ſubter denſâ teſtudine caſus.*

In. *In* pro *erga, contra, ad, pro, per, ſuper, apud, & uſque ad,* Accuſativum habet. Æneid. 1. *Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.* Ibid. *Quid meus Aeneas in te committere tantum.* Cicero: *Natus in miſeriam.* Seneca: *Sua illis in legem æterna voluntas.* Cicero Catil. 1. *Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus.* Horat. l. 3. od. 1. *Regum timendorum in proprios greges, Reges in ipſos imperium eſt Iovis.* Æneid. 2. ---- *Hinc ſpargere voces In vulgum ambiguas.* Martial. l. 1. epig. 29. ---- *In lucem ſemper Acerra bibit.*

Accuſativo etiam jungitur, quoties ſimilitudinem, vel formam ſignificat; aut ſequitur Verba, quorum actio in futurum ſpectat; & denique quoties tranſitus vel mutatio in aliquid ſignificatur: quo ſenſu Anglicè interpretamur, *into*: Æneid. 3. *Portus ab Eoo fluctu curvatur in arcum.* Livius l. 1. *Bellum in trigeſimum diem indixerunt*: & l. 3. *Deſignati conſules in eum annum fuerant.* Virgil. ecl. 9. ---- *Quo te via ducit in urbem.* Ovid. in epiſt. Penelopes. *Verſa eſt in cineres ſoſpite Troja viro.*

In pro *ante* Accuſativo vel Ablativo. Terent. Adelph. a. 2. ſc. 4. *Vereor coràm in os te laudare.* Cæſar: *In oculis duo majora navigia ſubmerſa ſunt.*

Aliàs Ablativum poſtulat. Ovid. *Una tamen ſpes eſt quæ me ſolatur in iſtis.* Cicero de Amic. *Hoc primum ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe.* A Græcis hoc Diogenes in Zenone: Λέγωσι, δὲ καὶ τὴν φιλίαν ἐν μόνοις τοῖς σπουδαίοις εἶναι διὰ τὴν ὁμοιότητα. Contrarium autem interdum reperies. Plaut. Amph. ſc. 1. *Mihi in mentem fuit.* Idem Moſtel. a. 1. ſc. 2.

Argumen-

Argumentaque in pectus multa inſtitui. Terent. Eun. a. 2. ſc. 2. *Ille ubi miſer famelicus videt me eſſe in tantum honorem.* Cicero apud Gellium l. 1. c. 7. *Cum veſtros portus, quibus vitam, ac ſpiritum ducitis, in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis.* Cæſar. 1. bell. civil. *Quo facilius omne Hadriaticum mare extremis Italiæ portibus, regionibuſque, Græciæ in poteſtatem haberet.* Varro de L. L. l. 4. *Qua in cælio monte itur.* Ovid. Metam. 2. ---- *Vtinamque oculos in pectore poſsis Inſerere.* In his Servius penè Soloecophanes eſſe ait. Gellius l. 1. c. 7. excuſat habitam eſſe ἐυφωνίας rationem: ſed videtur Helleniſmus, qui ἐις, pro ἐν, & ἐν pro ἐις aliquando uſurpat. Demoſth. Ἐις σήλην γράφειν, *In columna ſcribere.* Homer. Κάπτεσεν ἐν Λήμνῳ, *Decidit in Lemnum.* Pro *in* vetuſtiſſimi dixere *indu*, vel *endo*. Lucret. *Indu mari.* Cicero de legib. 2. *Endo Cælo.*

Sub, cum Motus, vel tempus ſignificatur, Accuſativo innititur. Æneid. 6. ---- *Quæ Ditis magni ſub mœnia tendit.* Cicero: *Sub ſcalas ſe conjecit.* Æneid. 1. ---- *Sub noctem cura recurſat.* Cæſar. 5. bel. Gall. *Dies continuos triginta ſub brumam eſſe noctes.* Sueton. in Auguſt. *Sub horam pugnæ tam arcto repente ſomno devinctus, ut ad dandum ſignum ab amicis excitaretur.* Cicero l. 10. ep. 16. *Cum is frigidas ſanè, & inconſtantes recitâſſet literas Lepidi, ſub eas ſtatim recitatæ ſunt tuæ.* At Tempus denotans, interdum & Ablativo. Plin. l. 8. c. 32. *Sub ipſa die quàm maximè invia petunt.* Sueton. *Sub exitu vitæ.* *Sub.*

Ailas Ablativum poſtulat. Æneid. 1. *Namque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo*: i. e. in tẽplo. Horat. de Arte. ---*Et adhuc ſub judice lis eſt*: i. e. co-

ram judice. Æneid. 8. ---- *Sub te tolerare magiſtro Militiam*: i. e. ſub tuo imperio. Georg. 1. --- *At illum Sub pedibus Styx atra videt, maneſque profundi*: i. e. ſubter pedibus. Seneca epiſt. 72. *Conſilium naſci ſub die debet, hoc quoque tardum eſt nimis, ſub manu, quod aiunt, naſcatur.*

Super. *Super*, pro *ultra, præter*, & *inter*, Accuſativum regit. Æneid. 6. ---- *Super & Garamantas & Indos Proferet imperium.* Sueton. in Jul. Cæſar. c. 34. *Veteranis legionibus prædæ nomine in pedites ſingulos ſuper bina ſeſtertia dedit.* Livius l. 1. dec. 2. *Super bellum annonâ premente.* Sueton. in Jul. Cæſ. *In ſermone nato ſuper cænam*: i. e. inter cænam; ut loquitur Cicero ad Quint. Frat. l. 3. ep. 1. *Hæc inter cœnam Tironi dictavi.* At pro *ultra* cum tempus denotatur, interdum Ablativum. Æneid. 9. ---- *Nocte ſuper mediâ.*

Super pro de, & ob, Ablativum. Tacit. l. 4. *Multus ſuper eâ re, variuſque rumor.* Æneid. 1. *His accenſa ſuper.*

In aliâ, magiſque nativâ ſignificatione, tum Accuſativum, tum Ablativum. Virgil. Ecl. 1. *Fronde ſuper viridi, ſunt nobis mitia poma.* Æneid. 1. *Sæva ſedens ſuper arma.*

97. Tenus. *Tenus gaudet Ablativo ſingulari, & plurali, at Genitivo tantùm plurali.* Livius l. 6. *Umbilico tenus.* Æneid. 2. ---- *Lateri capulo tenus abdidit enſem.* Celſus l. 1. c. 3. *Unguibus tenus.* Ovid. Metam. 5. *Pectoribuſque tenus molles erectus in auras.* Virgil. Geor. 3. ---- *Crurum tenus.* Æneid. 10. *Cui laterum tenus hiſpida nanti Frons hominem præfert, in Priſtin deſinit alvus.* Plin. l. 34. c. 8. *Corporum tenus.* Catullus car. 65. *Nutricum tenus.* Quintil. l. 12. c.

l. 12. c. *Aurium tenus.* Genitivus pluralis frequentiore in uſu; quem tamen Priſcianus l. 14. putat poni pro Ablativo per Helleniſmum. Ex Præpoſitionibus hæ frequentiſſimè deficiunt, *A, cum, pro, de, e, in,* Synonymis. *Cum* rarò exprimitur niſi cum comitatum notat: Æneid. 3. *Feror exul in altum Cum ſociis, natoque.*

Præpoſitio in compoſitione eundem nonnunquam caſum regit, quem extra compoſitionem regebat. Illud Horatii l. 3. od. 27. *Abſtineto, Dixit, irarum, calidæque rixæ;* Græca planè eſt Conſtructio; apud quos Verba Abſtinendi Genitivo gaudent. 98.

Conſtructio Interjectionum.

O Exclamantis, &c. *O* Vocandi, aut Blandiendi Vocativo tantùm inſervit, & ſæpius etiam omittitur. Hei Dolentis, ſoli Dativo: ſed Applaudentis Vocativo. Terent. Eun. a. 1. ſc. 2. ---- *Hei, noſter, laudo.* 100.

Sunt & aliæ Interjectiones, quæ aliquando caſus annexos habent; ut, *Heus*, & *ohe*, Vocativum. Terent. Heaut. a. 2. ſc. 2. *Heus Syre.* Martial. l. 4. ep. 46. ---- *Ohe libelli. Hem* Accuſativum, & Vocativum: Terent. And. a. 3. ſc. 4. *Hem aſtutias*: & a. 4. ſc. 2. *Hem Pamphile. Ah* Vocativum: Virg. ecl. 6. *Ah virgo infelix.*

Interjectiones non rarò abſolutè, & ſine caſu ponuntur. Virgil. ecl. 1. *Spem gregis, ah, ſilice in nuda connixa reliquit.*

LIBER QVARTVS.

DE PROSODIA, ET FIGVRIS.

CAP. I.

De Pedibus Metricis.

Prosodia, quid, & ejus Divisio.

PRosodia est quæ rectam vocum pronunciationem tradit. Quæ dividitur in Tempus sive Quantitatem, & Tonum, sive Accentum.

Quomodo Tempus differt ab Accentu.

Differt Tempus ab Accentu, quòd hic, in moderanda voce: illud, in longitudine, & brevitate syllabæ versetur. Quod in Linguâ Græcâ facilius cernitur, quos in Poëtis recitandis, tum Quantitatis, tum Accentûs rationem habuisse, apud me situm est extra omnem dubietatis aleam.

Scholia

Scholia ad Règulas de Carminum ratione.

Ex Syllabis fiunt Pedes. Ex Syllabis, inquam; una enim ſyllaba, quamvis longa, quæ duobus conſtat temporibus, Pedem nequit conſtituere; at duæ breves poſſunt. Ratio eſt, quod omnis Pes neceſſariò duos habeat ictus, quos *Arſin* vocant, & *Theſin*. *Arſis* autem eſt, qua in initio una, aut plures ſyllabæ elevantur. *Theſis*, qua in fine una aut plures deprimuntur. Et hinc Pedes denominati, quòd, veluti in animalium inceſſu, alternatim tolluntur, & deprimuntur: Sic in Trochæo, prima longa attollitur, poſterior brevis deprimitur in Iambo prior brevis attollitur, poſterior longa deprimitur. *De Carminum ratione. Pedes.*

Pedum alii Diſſyllabi, alii Triſyllabi, alii Tetraſyllabi.

Pedes diſſyllabi.

Diſſyllabi ſunt
- Spondæus; ut, Vīrtūs.
- Pyrrhichius; ut, Bŏnă.
- Trochæus; ut, Mūsă.
- Iambus; ut, Vĭdens.

Pedes triſyllabi.

Triſyllabi octo:

Moloſſus; ut, Māgnātēs.	Bacchius; ut, Hŏnēſtās.
Tribrachus; ut, Dŏmĭnŭs.	Antibacchius; ut, Aūdīrĕ.
Dactylus; ut, Scribĕrĕ.	Amphimacer; ut, Chārĭtās.
Anapæſtus; ut, Pĭĕtās.	Amphibrachus; ut, Vĕnīrĕ.

Rerum naturam ſi ſpectes, plures adjicere Pedes non eſt neceſſe, cum nulla inveniri poteſt dictio,

dictio, quæ non horum conjunctione, aut miſtione comprehendatur: Quia verò nonnullæ dictiones ex contrariis conſtant pedibus, veluti Choriambus, ex Trochæo, & Iambo, Pedes quadriſyllabas commenti ſunt Grammatici, ſub uno, ſcilicet nomine concipientes, ne hinc inde mendicare cogerentur. Hos itaque, licèt ad inſtitutum noſtrum parum attinent, quoniam eſt frequens eorum apud autores mentio, recenſere non pigebit.

Pedes Tetraſyllabi.

Pedes Tetraſyllabi.

Proceleuſmaticus ex duobus Pyrrhichiis; ut, } Abĕtĕ.

Diſpondæus ex duobus Spondæis; ut, } vēnātōrēs.

Ditrochæus ſive Dichoreus ex duobus Trochæis; ut, } impĕrātŏr.

Diiambus ex duobus Iambis; ut, } ămœnĭtās.

Ionicus major ex ſpondæo, & Pyrrhichio; ut, } vēnātĭcŭs.

Ionicus minor ex Pyrrhichio, & Spondæo; ut, } mĕtŭēntēs.

Pæon primus ex Trochæo, & Pyrrhichio; ut, } cōntĭnŭŭs.

Pæonſecundus ex Iambo & Pyrrhichio; ut, } sŭpĕrbĭ.

Pæon tertius ex Pyrrhichio, & Trochæo; ut, } ſcĕlĕrātŭs.

Pæon quartus ex Pyrrhichio, & Iambo; ut, } cĕlĕrĭtās.

Epitrius

Epitritus primus ex Iambo, & Spondæo; ut, } ſĕnātōrēs.
Epitritus ſecundus ex Trochæo, & Spondæo; ut, } cōnditōrēs.
Epitritus tertius ex Spondæo, & Iambo; ut, } prūdēntiæ.
Epitritus quartus ex Spondæo, & Trochæo; ut, } ōrātōris.
Iambo-choreus ex Iambo, & Trochæo; ut, } ſĕnātōris.
Choriambus ex Trochæo, & Iambo; ut, } prōſpĕritās.

Addunt alii Pedes Pentaſyllabos triginta duos, & Hexaſyllabos ſexaginta quatuor. Immo nonnullos Octo ſyllabarum Pedes. Ea eſt eorum ſatagentia, & nimia curioſitas, cum ipſi Tetraſyllabi non tam Pedes ſunt, quàm Pedum conjunctio.

Singulorum Pedum Etymon.

Spondæus nomen habet à σπονδὴ, libatio, quod iſte Pes propter tarditatem, & gravitatem Sacrificiis olim in uſu. *Pyrrhichius* à πυῤῥιχὴ, velox ſaltationis genus, à Pyrrho inſtitutum; Plin. l. 7. c. 6. quòd Pes ſit aptus motui velociori. Vocatur etiam *Dibrachys*; i. e. duæ breves ſyllabæ. *Trochæus* à τρόχος, rota quam volubilitate imitatur; dicitur & *Choreus* à χορὸς, ſaltatio, quòd pes ſaltationi conveniens. *Iambus*, quaſi ἰαμμὸς ab ἰάπτω, impeto, lædo, Pes conviciis natus. *Moloſſus* ob longitudinem, pes omnium ſimplicium longiſſimus. Antiqui autem longos Moloſſos vocabant. *Tribrachus*, à τρὶς & βραχὺς, quod ex tribus brevibus. *Dactylus* à δάκτυλος, digitus. Sicut enim digitus tribus conſtat articulis, quorum primus reliquis duobus longitudine æqualis: ita hic tribus ſyllabis, quo-

rum prima reliquis duabus quantitate æqualis. *Anapæſtus* ab ἀναπαίω, repercutio, quòd ſono reciproco quaſi repercutiat Dactylum: unde et ἀνταδάκτυλος dicitur. *Bacchius* à Baccho, quia in ſacris Bacchi his pedibus fierent hymni. *Antibacchius*, i. e. Bacchio contrarius. *Amphimacer*, ab ἀμφὶ, circum, & μακρὸς longus, quia longam habet ſyllabam utrinque circum brevem. *Amphibrachus*, ab ἀμφὶ & & βραχὺς, brevis, quia brevem habet ſyllabam utrinq; circum longam. *Proceleuſmaticus* προκέλευσμα, cohortatio nautica, cui hic pes ob celeritatem aptiſſimus. *Diſpondæus*, i.e. ex duobus Spondæis. *Ditrochæus*, i.e. ex duobus Trochæis. *Diiambus*, i.e. ex duobus Iambis. *Ionicus* ab Ionibus, qui hoc pede in laſcivis ſuis motibus uſi ſunt: Horat. l. 3. od. 4. *Major* autem, quod à majore quantitate incipit. *Minor*, quod à minore. *Pæan.* à παιὰν hymnus in laudem Apollinis, qui παίων à feriendo dicitur; quoniam in hymnis Pæanicis frequens hujus Pedis uſus. Cognomen autem *Primi*, *Secundi*, *Tertii*, *Quarti* habet à ſede longæ ſyllabæ. *Epitritus* nomen habet à proportione Spondæi ad Iambum. (ex quibus hic Pes conſtat) quæ eſt ἐπίτριτον, i.e. ſeſqui tertia. Continet enim Spondæus totam Iambi quantitatem, & tertiam inſuper partem, hoc eſt, unum Tempus. Cognomen autem *Primi*, *Secundi*, *Tertii*, *Quarti*, à ſede brevis ſyllabæ, quæ in *Epitrito* primo primum locum obtinet, in ſecundo ſecundum, & ita deinceps. *Iambochoreus*, quod conſtat ex Iambo, & Choreo, ſive Trochæo. *Choriambus* quòd, vice versâ, ex Choreo & Iambo.

CAP.

CAP. II.

De Carminum Generibus.

Carminum genera uſitatiora, &c. Carmen à Verſu differt, ut Totum à Parte. Carmen enim, ut Totum, ex multis Verſibus tanquam Partibus conſtat. Martial. *Carmina Naſonis quinq; decemq; ſumus; intelligit* quindecim libros Metamorphoſeωs. Nonnunquam tamen confunditur hæc differentia. Et Carmen vel pro uno tantùm Verſu ſumitur, vel pro Diſticho. Virgil. Æneid. 3. *Poſtibus adverſis figo, & rem carmine ſigno.* Ovid. *Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.* *Metrum* verò aliquando idem eſt cum Carmine, ut cum dicitur Metrum Elegiacum; aliquando unum tantùm Pedem ſignificat, unde Perſius dicitur Hexameter, & Pentameter, i. e. conſtans ex ſex, aut quinq; metris, ſive Pedibus: Aliquando unicam ſyllabam, ſic Verſus Hypermeter, qui unâ ſyllabâ abundat.

Quomodo Verſus differt à Carmine.

Metrum quid ſignificet.

Carmina nomen habent, vel à numero Pedum, ut, Hexametrum, Pentametrum, Dimetrum, Trimetrum, Senarium, Octonarium: vel à Materiâ; ut, Carmen Heroïcum, quòd eo res à ſummis viris geſtæ deſcribi ſolent: vel ab Inventoribus; ut, Aſclepiadeum, Glyconicum, Sapphicum, Phaleucium; vel à Pedibus frequentioribus; ut, Iambicum.

Carminibus unde Nomen.

Reperitur aliquando Spondæus etiam in quinto loco. Poni ſolet Spondæus in quinto loco, cum rei gravitas tarditatem poſtulat. Spondæus enim tardi-

Verſus Spondeicus.

tati, Dactylus celeritati designandæ convenit. Cum verò Spondæus quintum locum occupat, quartus Dactylum postulat, ne nimia Metri tarditas aures offendat. Quod tamen Virgilium ter, Ovidium semel neglexisse observatur. Notandum etiam Versum Spondæicum trisyllabâ, aut tetrasyllabâ dictione terminari solere.

Pentametrum. *Pentametrum è duplici constat Penthemimeri, &c.* Prima Penthemimeris Heroïca, secunda Dactylica vocatur. Pentametrum solitarium rarò reperitur, sed cum Hexametro alternatim conjungi

Elegiacum. solet, quod Elegiacum dicitur. Hoc genus Carminis funeribus natum, ad Amores postea, & Iocos, & omnia fere applicari cæpit, quod clarè docet Horatius in Arte:

Versibus impariter junctis querimonia primum;
Post etiam inclusa est voti sententia compos.

Iambicus. *Purus est versus Iambicus, qui è solis constat Iambis.* Aliquando in Senario, sed rariùs, Spondæus sextum locum occupat: sed tum quintus necessariò postulat Iambum. Hujusmodi versus, Scazon, vel Choliambus, i.e. claudus Iambus dicitur; ut, Persius in Prologo: *Nēc fontē labrā prōlŭi cāballīnō.*

Iambicus Versus in locis imparibus recipit tam Spondæum, quàm Iambum; & hinc est, quòd in jis locis habeat etiam Dactylum vel Anapæstum, qui sunt Pedes quatuor temporum, prout Spondæus: at in locis paribus, qui Iambo proprius, non admittit eos Pedes, sed Tribrachum tantùm, qui parium temporum cum Iambo. Horatius in Arte: ---- *Sed non ut sede secundâ Cederet, aut quartâ socialiter.*

Est & aliud Iambi genus, quod Tetrametrum, sive

ſive Octonarium dicitur, paſſim apud Comicos. Terent. Heauton. a. 4. ſc. 1.

Nil tam difficile eſt, quin quærendo inveſtigari poſsiet.

Hic ut ſcrupulus juniorum animis eximitur, quibus obſcurum fortaſſe videtur, eundem verſum dici Dimetrum, & Quaternarium, Trimetrum & Senarium, Tetrametrum & Octonarium, monendum putavi, duplicem eſſe ſcandendi rationem, alteram per *Monopodiam*, qua ſinguli ſimplices Pedes; alteram per *Dipodiam*, qua bini duplices unam dimenſionem conſtituunt. Prior Latinis in uſu, & hinc apud eos Verſus Pentametri, & Hexametri dicuntur, qui ex quinq; aut ſex Pedibus ſimplicibus conſtant. Poſteriorem vero à Græcis mutuati ſunt, idq; in Iambicis, & Trochaïcis tantùm. Hinc Verſus Dimetri, & Trimetri dicuntur, qui duabus, aut tribus Dipodiis, i. e. quatuor aut ſex pedibus conſtant. Et hinc idem Verſus reſpectu Latinæ Scanſionis dicitur Quaternarius, reſpectu Græcæ Dimeter. Per Monopodiam; ſic, *Suis ∪ - peri ∪ - bit ar ∪ - tibus ∪ -.* Per Dipodiam, ſic; *Suis peri ∪ - ∪ - bit artibus ∪ - ∪ -.*

Duplex Scandendi ratio, per Monopodiam & Dipodiam.

Carmina diverſorum generum ſæpe commiſcentur, & hinc à varietate, aliud dicitur Dicolon, aliud. Tricolon, i. e. conſtans ex duobus, aut tribus verſuum generibus. Et à numero Verſuum, à quo ad primum fit reditus, aliud Diſtrophon, aliud Triſtrophon, aliud Tetraſtrophon, i. e. cujus ſtropha ſeu verſura duobus, tribus, aut quatuor verſibus abſolvitur. Exemplum Dicoli, Diſtrophi, eſt Elegiarum, Dicoli Triſtrophi apud Horatium l. 3. od. 12. *Miſerarum eſt neq; amori dare ludum*, &c.

Carmina diverſorum generum commixta.

Dicoli Tetraſtrophi Sapphicum. Tricoli Tetraſtrophi apud Horatium l. 1. od. 9. *Vides ut altâ ſtet nive candidum, &c.* Quæ autem unius tantùm ſunt generis Monocola dicuntur, qualia ſunt Bucolica, Georgica, & Æneis Virgilii.

Duo verſus conjuncti dicuntur Diſtichon, quatuor Tetraſtichon, ſex Hexaſtiphon, &c.

Correlativi. A Diſpoſitione etiam dictionum in Verſu, quidam appellantur Correlativi, in quibus ſingulis Verbis ſimul poſitis ſui reſpondent caſus, qui & ſimul ponuntur, & ſuo etiam ordine ad Verba ſua referuntur, ut Virgilius;

Paſtor, arator, eques, pavi, colui, ſuperavi,
Capras, rus, hoſtes, fronde, ligone, manu.

Serpentini. Alii Serpentini, quorum initium ac finis eâdem dictione, aut ſententiâ terminatur, ita ut in ſe quaſi revolvi videantur. Vt Iuvenal; *Creſcit amor nummi, quantùm ipſa pecunia creſcit.* Martial. *Non amo te Sabidi, nec poſſum dicere quare,*
Hoc tantum poſſum dicere, non amo te.

Retrogradi. Alii Reciproci vel Retrogradi, qui & antrorſum, & retrorſum lecti metrum juſtis pedibus conſtans abſolvunt, idq; aut eodem ſenſu, Vt;

Præcipiti modo quod decurrit tramite flumen
Tempore conſumptum jam citò deficiet.
Deficiet citò jam conſumptum tempore flumen.
Tramite decurrit quod modò præcipiti.

Aut contrario, ut;

Laus tua, non tua fraus, virtus non copia rerum,
Scandere te fecit hoc decus eximium.
Eximium decus hoc fecit te ſcandere rerum
Copia, non virtus, fraus tua, non tua laus.

In his palmam præripiunt operoſi illi, qui per eadem

eadem elementa recurrentes, eaſdem dictiones, pedes, & ſenſum referunt, qui à nonnullis Diabolici appellantur, quòd (ut opinor) non putant eſſe humani ingenii: ut,

Signa te, ſigna, temere me tangis, & angis
Roma tibi ſubito motibus ibit amor.

CAP. III.

De Virtutibus, & Vitiis Carminum.

CLauditur eleganter Hexametrum dictione diſſyllabâ, vel triſyllabâ.

Ea eſt ſuaviſſima Pedum diſpoſitio, qua Pedes quàm pauciſſimi integrâ dictione conſtant; hinc enim fit ut diverſæ dictiones pedum vinculis conjunctæ, & quaſi concatenatæ, non ſolutâ, ſed ligatâ oratione incedere videantur: ut Virg. Æne. 2.

Infandum regina jubes renovare dolorem.

Summa adhibenda cura, ut tertius, aut quartus Pes Cæſuram habeat, quæ in his locis Hexametrum maximè ornat, alioqui Verſus invenuſtus redditur. Quòd ſe pedibus ſingulis ſingulæ dictiones claudantur, nulla ſtructura auribus ingratior ut: Ennius; *Romæ mœnia terruit impiger Hannibal armis.*

Vitioſus habetur verſus qui à colliſione incipit cum dictione Monoſyllabâ, aut cum eliſio in ultimum pedem incidit, licèt exempla habeantur apud Catullum Ad Ortalum, car. 66.

Dum adventu matris proſilit, excutitur, & Virg. ecl. 3.

Si

Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes.

) ini verſus. Fugiendi ſunt Verſus Leonini, cum viz. idem ſonus in medio, & fine Carminis iteratur: quales tamen nonnunquam reperies, apud principes Poëtas. Ovid. Epiſt. Hermiones ad Oreſtem:

Vir precor uxori, frater ſuccurre ſorori. Idem l. 1. de Arte:

Quot cælum ſtellas, tot habet tua Roma puellas.

Vitandæ ſunt dictiones nimis longæ, aut nimis curtæ, eliſiones nimis crebræ, aut aſperæ, ut;

Conturbabantur Conſtantinopolitani
Innumerabilibus ſollicitudinibus.

Tu in me ita es, hem! in te ut ego ſum, ac ſic me ibi ama, ut te ego amo hìc jam.

Curandum ut prima Penthemimeris dictionem finiat, contratium vitioſum, Cujus tamen generis non pauca apud Catullum. ut, car. 68.

Nec ſperaret linguam eſſe, nec auriculam.

Sed ſemper ſyllaba quæ ſupereſt cum ſequente dictione colliditur. Penthemimeris Sapphicum ſuavius & elegantius reddit.

Adonicum ſuaviſſimum videtur, quod duabus conſtet dictionibus, non unâ tantùm: ex quibus ſi altera ſit Subſtantivum, cujus Adjectivum in præcedentibus exprimetur, eo gratiùs, quod tota ſeries, velut unum corpus connectitur.

Aliquando prima ſyllaba Adonici cum fine præcedentis metri colliditur, aliquando ad illud pertinet ſine colliſione: ut Horat. l. 1. od. 2.

Labitur ripâ Iove non probante u-
xorius amnis.

Idem l. 2. od. 16. *Groſphe, nõ gemmis neq; purpurâ venale, nec auro.*

CAP.

CAP. IIII.

De Quantitate Syllabarum omnium.

OLim cujuſq; ſyllabæ quantitas vel ab indocto vulgo cognoſcebatur; alio enim modo, Vocalem longam, alio brevem pronunciabant: quod abunde teſtatur Cicero in Oratore. *In verſu quidem theatra tota reclamant, ſi fuit una ſyllaba brevior, aut longior. Nec verò multitudo Pedes novit, nec ullos numeros tenet, nec illud quod offendit, aut cur, aut in quo offendit, intelligit; & tamen omnium longitudinum, & brevitatum in ſonis, ſicut acutarum, graviumq; vocum judicium ipſa natura in auribus noſtris collocavit.* Et hinc, ut opinor, mos antiquiſſimis geminandi vocales naturâ longas: ut *ſtaamus, doceemus: audiimus.* nec, procul dubio, aliter ſcribebant, quam efferebant. Poſtea, ut ſcriptio eſſet expeditior, loco iſtius geminationis apicem apponebant; at id in quibuſdam tantùm, diſcretionis causâ. Nam ut Quintilianus l. 1. c. 12. *Longis ſyllabis omnibus apponere apicem ineptiſſimum eſt, quia plurimæ naturâ ipsâ verbi quod ſcribitur patent. Sed interim neceſſarium, cum eadem litera alium atq; alium intellectum, prout correpta, vel producta eſt, facit: ut malus, utrum arborem ſignificet, an hominem non bonum, apice diſtinguitur, &c.* Quantitas Syllabarum.

Syllaba producitur, aut corripitur naturâ, vel ſitu, quam Poſitionem vocant; Naturâ longa media in *amare, docere, audire,* & Dipthongi omnes, ut, *auge, euge*; item voces illæ quæ Græcè ſcribuntur per η vel ω; ut, *Tethys*, à Τηθὺς, *Bibliotheca*, à βιβλιοθήκη. *Hydrōpis*, ab ὕδρωψ. Eſt tamen ubi varian-

ant; ſic primam in *crepᵘaas* corripi nt, cum ſit ex Accuſativo κρηπῖδα: protulerunt, ſcilicet, ſicut ſuum, quaſi à *crepitu*. Poſitione longa eſt, quam duæ ſequuntur conſonæ, in eâdem dictione; ut, *ſerpo*, ubi *e* naturâ breve poſitione producitur, quippe quod ex ἕρπω. Naturâ brevis eſt prima, & ſecunda in *legere*, à λέγω, & quæ Græcè per ε vel α efferuntur; ut, *Thetis*, à θέτις. Poſitione brevis prima in *pius*, & *præuſtus*: ut Æneid. 7. *Stipitibus duris agitur, ſudibuſq; præuſtis*: ubi corripitur Poſitione, quod naturâ longum. Acutius illud, quod ex Cicerone obſervat Gellius l. 1. c. 17. Præpoſitiones *in*, & *con* produci, ſequentibus *f*, *aut ſ*; *ut infelix, inſanus, confecit, conſuevit, in cæteris corripi; ut, inclytus, indoctus, concrepuit, condonavit*. Quod non de Syllaba in Metro, ubi ſemper producuntur, ſed de ſolo vocalis ſono intelligendum.

Vocalis correpta ante duas Conſonantes.

Vocalis ante duas conſonantes, &c. Illud Martialis l. 5. ep. 11. Sardonychas, ſmaragdos, adamantas, jaſpidas uno, ſingulare eſt, &, ut videtur, ad imitationem Græcorum, qui interdum vocalem ante duas Mutas corripiunt. Homer. Odyſſ. δ. Κύπρον, Φοινίκην τε, καὶ Αἰγυπτίους ἐπαλήθεις.

Cyprum, Phœnicemq;, & Ægyptios oberrans.

Heſiodus de Scuto Herculis; Ἀλκμήνη θυγάτηρ λαοσσόου ἠλεκτρίωνος; *Alcmene filia populos ſervantis Electryonis*. Alii *d* in *ſmaragdos*, elidendum putant. Simile eſt illud Lucretii: *Sed communibus inter eos conflictatur utrinq;*

In compoſitis Numeralibus, conſona licèt ſit, & utrinq; vocalem habeat, vim tamen duplicis conſonæ ad producendam ſyllabam præcedentem non habet; ut Geor. 3.

Centum quadrijuges agitabo ad flumina currus: &

ibid.

ibid. *Martis equi bijuges, & magni currus Achillis.*

In compoſitis etiam à jacio, interdum j amittit vim conſonantis, quia alterum exteritur per Synæreſin: quam vide. Aliàs ſyllabam producit, ut, Virgil. Geor. 2.

Rejice ne maculis infuſcet vellera pullis.

Idem Æneid. 11. *Rejiciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt.* In illo Æneid. 5. *Ore rejectantem miſtoſq; in ſanguine dentes.* Quo modo legitur in omnibus, qui extant, codicibus, ſaltem quos vidi, præter emendatiſſimum illum doctiſſimi Farnabii, viri, de hoc & aliis Poëtis, bene meriti: legendum *ejectantem*, ut rectè Farnabius, & Macrobius Saturnal. l. 4. c. 1.

Quod ſi Conſonans priorem dictionem ſlaudat, &c. Antiquiſſimi in *s* deſinentia, vel ſequente conſonâ, corripuerunt: ut Ennius apud Ciceronem de Senect. *Vicit olympia, nunc ſemo confectu quieſcit.* Idem. *Faxit, cur? volito viv' per ora virûm.* Idem apud Feſtum. *Virgines nam ſibi quiſq; domi Romanus habet ſas*, i. e. ſuas. Catullus ad Gellium car. ult. *At fixus noſtris tu dabis ſupplicium.* Nec hoc adeo mirum, cum *s* ſæpe pro Aſpiratione habuêre, nam quod Græcis μῶσα, nobis *muſa*, illis *muha*; ſic ab ὑς fit ſedes, ab ὕπερ, ſuper, ab ἥμισυ, ſemis, ab ἕξ, ſex, ab ἑπτὰ, ſeptem: quæ oſtendunt, interſibilum, & aſpirationem nonnihil eſſe affinitatis. *Deſinentia in s, ſequente conſonâ, correpta antiquis.*

Præceptum illud Grammaticorum, *Si prior dictio in vocalem brevem exeat, ſequente à duabus conſonantibus incipiente, interdum, ſed rarius, producitur*: ideo omiſi, quòd non imitandum: quæ enim afferuntur exempla, ad Cæſuram fere pertinent omnia; ut, Juvenal. Satyr. 8. *Duæ conſonæ in poſteriore dictione non producunt vocalem finalem dictionis præcedentis.*

Occulta ſpolia, & plures de pace triumphos. *Martial. l. 6. ep. 66. Vt digna ſpeculo ſiat imago tua.* *Virg. ecl. 4. Terraſq; tractuſq; maris, cælumq; profundum.*

Æneid. 10. *Bronteſq;, Steropeſq;, & nudus membra Pyrachmon.* Et ne hæc putes produci beneficio ſequentium conſonantium, hæc capias exempla. Virg. Æneid. 3.

Dona dehinc auro gravia, ſectoq; elephanto.

Ibid. *Liminaq;, lauruſq; Dei, totuſq; moveri.*

Æneid. 12. *Cloreaq;, Sybarimque, Daretaque, Therſilochumque.* Vnicum eſt apud Virgilium, quod cum iſtâ regulâ facere videatur. Æneid. 9. *Ferte citi ferrum, date tela, ſcandite muros.* Aliud apud Martial. l. 5. ep. 70. *Quid gladium demens Romana ſtringis in ora?* Apud Catullum quidem non pauca, quem ob hanc cauſam reprehendit Scaliger. Apud Ovidium, Propertium, Lucanum, ne unum quidem extra Cæſuram, at corripiunt paſſim. Nec iis aſſentiri poſſum, qui docent vocalem brevem in fine dictionis produci, quoties in principio ſequentis occurrit ſc, ſp, aut ſt. Pauca enim admodum ſunt teſtimonia, quibus hoc confirmetur, at multa quibus infirmatur. Æneid. 11. *Ponit ſpes ſibi quiſque, ſed hæc anguſta videtis.* Horat. l. 1. ſat. 5. *Linquimus, inſani ridentes præmia ſcribæ,* & ſat. 3. *Ignoſcent, ſi quid peccaverõ ſtultus, amici.* Idem in Arte: *Sæpẽ ſtylum vertas, iterum quæ digna legi ſunt Scripturus.* Propertius. l. 4. el. 5. *Conſuluitque ſtryges noſtro de ſanguine, & in mo.* Quod ad teſtimonia illa ex Virgilio, & Martiali, referri poſſunt ad Diaſtolen, quam alii vocant Cæſuram Spondaïcam: quemadmodum illud Ovidii Heroid. 21.

Molle

Molle meum levibus cor eſt violabile telis:
& Metam. 10. *In quem recidimus quicquid mortale creamur.* Imitatione Lucretii l. 5.

Recidere, aſsiduò quoniam fluere omnia conſtat.

Liquida, l, vel r, poſt mutum in eâdem ſyllabâ ſumpta, vocalem brevem præcedentem, communem reddit. In hac regulâ tria requiruntur. 1. ut vocalis illa ante Mutam, & liquidam ſit naturâ brevis. 2. ut liquida ſequatur Mutam. 3. ut in eâdem ſit ſyllabâ, nam in diverſis non tenet: ut, *obruo, obligo*, &c. In multis ex Nominativo cognoſcitur, an vocalis illa ante Mutam, & liquidam ſit longa, vel brevis: hinc enim *matrem, fratrem, Octobrem*, vocales habere naturâ longas deprehendimus, quia, *mater, frater, October*, eaſdem producunt. *Patrem* verò, *volucrem, agrum*, habere primam brevem, quia *pater volucer, ager*, eandem habent brevem: in aliis tutiſſimum erit nihil hic audere ſine autoritate claſſici autoris. *Liquida poſt Mutam.*

M. & *N.* rarò liqueſcunt, idq; in Græcis dictionibus tantùm: ut, *Cycnus, Progne, Tecmeſſa, Ichneumon*, Horat. l. 4. od. 3. *Donatura Cycni ſi libeat ſonum.* Ovid. Metam. 6. *Admandata Prŏgnes, & agit ſua vota ſub illis.* Horat. l. 2. od. 4. *Movit Ajacem Telamone natum*

Forma captivæ dominum Tĕcmeſſæ.

Martial. l. 7. ep. 86. *Delectat Marium ſi pernicioſus ĕchneumon.* M & N. *rarò liqueſcunt.*

Aliquando vocalis ante duas Liquidas ad imitationem Græcorum corripitur. Ovid. Metam. 13. *Vadit ad artificem diræ Polymneſtora cædis.* Silius l. 8. *Ecce inter primos Therămnæo à ſanguine Clauſi.* Lucretius, *Cŭ ſemel ex ŏmnibus membris ablata receſsit.*

Vocalis brevis ante ſolam Mutam, non producitur Latinis.

Volunt Grammatici vocalem naturâ brevem ante ſolam Liquidam, interdum ad imitationem Græcorum produci; ut in Prologo Perſii,

Pegaſeïum credas cantare mẽlos. Scazon.

Apud Græcos id interdum fieri certum. Ita enim Homerus in Hymno εἰς Ἑρμῆν. Ἰμερόεν κονάβησε, θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄειδε; *Suaviter ſonuit, Deus autem melos cecinit:* &, Iliad. χ. Πολλὰ λισσόμενοι οὐδ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθον, *Multùm precantes, neque Hectori animum flectebant.* Sed in illo Perſii alii legunt pro *melos* * *nectar*, alii duplicant l.

* Politianus Miſcell. c. 44. & Voſſius de Arte Gramm. l. 2. c. 16.

Omnis Dipthongus apud Latinos longa eſt. Illud Ovidii Triſt. l. 3. el. 12. *Longior antiquis viſa Mæotis hyems*, ſingulare eſt; ab aliis enim producitur: Propertius l. 3. car. 10.

Mæotis Danaûm Penthesilea rates.

Syllaba contracta.

Syllaba ex duabus contracta, naturâ longa eſt: In Simplicibus, ſcilicet, & etiam in Compoſitis, modò altera earum ſit naturâ longa, vel utraque ad eandem Compoſiti partem ſpectat. Iuvenal. *Nil ibi per ludum ſimulabitur, omnia fient.* Virg. Æneid. 9. *Dum trepidant, it haſta Tago per tempus utrumque.* Horat. l. 1. ſat. 9. *Difficiles aditus primos habet, haud mihi deero.* Lucretius; *Aut nullo inter ſe duo ſunt ex omnibus eadem.* In Compoſitis autem, ſi utræque breves, & ad diverſas Compoſiti partes ſpectant, ſua retinetur quantitas. Virgil. Æneid. 8. *Semihominis Caci, facies quem dira tegebat.* Æneid. 4. *Semianimemque ſinu germanam amplexa fovebat.* Æneid. 6. *Inde ubi venere ad fauces graveolentis Averni.*

Satyr. 6.

CAP.

CAP. V.

De Primis & Mediis Syllabis.

Genitivi in ius.

Excipias Genitivos hoſce in ius, unius, illius, ullius, nullius, ipſius, &c. Hæc in Prosâ producuntur omnia, præter *alterius*, quod ideo fortaſſe penultimam corripit, quod duabus ſyllabis Nominativum ſuperet. Penultima autem in Genitivo *alius* in Metro producitur, quia ponitur per Craſin pro *aliius*. In hujuſmodi enim omnibus Genitivus Nominativum ſuperat; ut, *unus, unius, totus, totius, ille, illius, &c.* Penultima in *ſolius, utrius, neutrius*, vix legitur correpta; tutius eſt ergo eam producere. *Totius* corripit Lucretius. *Mutat enim mundi naturam totius ætas.* Aſt alii producunt; Virgil. Geor. 4. *Magnanimoſque duces, totiuſque ordine gentis.*

Genitivi & Dativi quintæ Declinationis.

Excipiendi ſunt etiam Genitivi, & Dativi quintæ Declinationis, &c. Ideo opinor producuntur, quia per *i* geminatum ſcribi ſolent: ut, *facieii, dieii*: Imo, & *rei, ſpei, fidei*, à Priſcis producta leguntur; quia eodem modo olim ſcribebantur. Lucretius l. 1. ---- *Neq; ullæ*

Præterea rēi quæ corpora mittere poſsit.

Idem l. 5. ---- *Via qua munita fidēi.*

Genitivus antiquus in ai.

Genitivi etiam iſti antiqui primæ Declinationis in *aï* producuntur: Virg. Æneid. 9.

Dives equûm, dives pictaï veſtis, & auri.

Idē Æneid. 3. *Aulaï in medio libabant pocula Bacchi.*

Æneid. 6. *Aetherium ſenſū, atq; auraï ſimplicis ignem.*

Diph-

Dipthongus ipſa, ejus diſſolutio, & productio ad imitationem Græcorum.

Vocativi Propriorum.

Vocativi etiam Propriorum, &c. Quia hi Vocativi olim ſcripti per duplicem *i. Caii, Pompeii.* Quæ ſcribendi formula licèt ſit amiſſa, ſyllabæ tamen quantitas remanet.

Compoſita variantia à Quantitate Simplicium.

Compoſita ſimplicium quantitatem ſequuntur. Hæc regula intelligenda eſt de iis Compoſitis, in quibus prior Compoſiti pars integra manet; ſi enim corrupta fuerit, & in *i* deſierit, iſtud *i* corripitur: ut, *Frugĭfer, ſemĭvir, arcĭtenens, cornĭpes, bĭpes, trĭpes, tubĭcen, &c.* Præter *biduum, triduum, quotidie, in quibus i* commune; &, *ſcĭlicet, ĭllicet, merĭdies, prĭdie, poſtrĭdie; trĭceni, trĭceſimus*, quæ *i* producunt: Hæc verò, *Tībicen, bīgæ, quadrīgæ*, contracta à *tibiicen, bijugæ, quadrijugæ*, producuntur per Craſin; quæ verò in *e* deſinunt, tam integra, quàm corrupta *e* brevem habent: ut, *Nĕfas, trĕdecim, valĕdico, madĕfacio, tremĕfacio*; Præter *Sēderim, nēquam, nēquitia, nēquaquam, venēficus*, producta. Invenies etiam *e* in compoſitis cū *facio* productum. Ovid. Matam. 7.

Thura liquēfaciunt, inductaq; cornibus aurum.

Virgilius ſemper corripit. Geor. 4.

Cogit hyems, eademq; calor liquĕfacta remittit.

Æneid. 2. *Laxat clauſtra Sinon: illos patĕfactus ad auras.* Et l. 4. *Multa gemens, magnoq; animum labĕfactus amore.* Et l. 9. *Sanguine ſingultantem, atro patĕfacta cruore.* Ibid. *Annuit, & totum nutu tremĕfecit Olympum.*

Si prior Compoſiti pars in *u* deſinit, corripitur; ut *Dŭcenti, quadrŭpes.*

Nihilum.

Nihilum mediam corripit: Horat. l. 2. ſat. 3.

Stul-

Stultitiâne erret, nihilum distabit, an irâ.

Cum tamen prior in *hilum* producitur. Lucilius:

------ *Non proficis hilum.*

Lucretius l. 3. ---- *Nec desit ponderis hilum.*

Ambitus Participium penultimam producit, *Nomen corripit*: Ita Priscianus l. 9. nec deest autoritas. Ovid. Metam. 1. *Iussit & ambitæ circundare littora terræ.* *Ambitus.*

Lucan. ----- *Lethalisque ambitus urbi.*

CAP. VI.

De Primis Syllabis.

Præpositio in compositione suam retinet quantitatem, &c. Et hinc *aperio*, & *operio*, ex *ab*, & *ob* compositа, & *omitto* ex *ob* & *mitto*, extrito *b*, primam corripiunt, quæ alioqui longa esset Positione. *Præpositio* re *corripitur*. *Refert* positum pro *utile est*, quod primam producit, non componitur à Præpositione *re*, sed à Nomine *res*. Si in aliis producitur, fit in illis tantùm, in quibus consona sequens possit geminari, licèt fortasse non geminetur; ut, *relligio, rettulit, repperit.* *Præpositio in Compositione.* *Re.*

Ex istis, quæ *pro* in compositione corripiunt, pleraque vel ab Adverbio *procul*, vel πρὸ Græco componi videntur. Si quando *pro* in deductis à Græcis producitur, fit sequendo quantitatem *pro* Præpositionis Latinæ; ut in *propino*. Martial. l. 12. ep. 75. *Pro.*

Hoc quoq; nonnihil est, quod propinabis in istis.

Omne Præteritum, & Supinum dissyllabum, priorem Scidi.

habet longam: Abſcīdit interdum penultimam producit, ut Lucan. l. 4.

Abſcīdit noſtræ multum ſors invida laudi.

Et l. 6. *Illa comam lævâ morienti abſcidit ephebo.*

Martial. l. 3. ep. 65. *Abſcīdit vultus enſis uterq; ſacros.*

At in his videtur componi potius ab *abs* & *cædo*, ut *abſcondo* ab *abs* & *condo*. Reperitur enim ſæpius breve. Virg. Æneid. 3.

Heſperium Siculo latus abſcĭdit, arvaq; & urbes.

Horat. l. 1. od. 3. Nequicquam Deus abſcĭdit. Glyconicum.

Lucan. *Abſcĭdit impulſu ventorum adjuta vetuſtas.*

Ibid. *Aut ſcĭdit, & medias fecit ſibi littora terras.*

Lavi. In iſto Æneid. 3. *Luminis effoſsi fluidum lavit inde cruorem. Lavit* non eſt Præteriti, ſed *Præſentis*, à *lavo, lavis* 3æ; de quo in notis ad primam Conjugationem.

CAP. VII.

De mediis Syllabis & ultimis.

Syllabæ. Rimus, & ritis. SYllabæ *rimus*, & *ritis* in futuro Subjunctivi, communes habentur. Catullus ad Lesbiam.

Productæ car. 5. *Dēin cūm mīllĕ mūltă fĕcĕrīmŭs.* Phaleuc. Ennius apud Ciceronem Offic. 1.

Nec mî aurum poſco, nec mî pretium dederītis.

Ovid. de Ponto. l. 4. el. 5. *Et maris Ionii tranſierītis aquas.*

Et Metam. 6. *Vitam dederītis in undis.*

Correptæ. Lucret. l. 1. *Quas ob res ubi viderĭmus nil poſſe creari.*

Ovid Meta. 2. *Viderĭtis ſtellas illic ubi circulus axem.*

Idem.

Idem. *Hæc ubi dixeritis, ſervet ſua dona rogata.*

De Præterito etiam non minor controverſia, Diomedes l. 1. de Modis Verborum, quem multi ſequuntur, corripit. At Valerius Probus producit, cenſetq; illud Æneid. 6.

Namq; ut ſupremam falſa inter gaudia noctem
Egerimus noſti, & nimium meminiſſe neceſſe eſt.

fieri per Metaplaſmum: & Servius ad locum ita *ri* metri neceſſitate corripuit.

A finita producuntur. An *Putà*, Adverbium ultimam corripiat, non ſatis liquet. Servius ad Æneid. 2. aſſerit Ennium & Pacuvium corripuiſſe. At non occurrit idoneum teſtimonium, niſi fortè illud Perſii ſat. 4. *Hoc putà non juſtum eſt, illud malè, rectius iſtud*, quo modo veteres legiſſe teſtatur Priſcianus l. 15. At libri jam penè omnes habent *puto*. A. *Ad illud Virgilij Nos contrà effuſi lacrymis.*

Præter Vocativos in a, a Græcis in as. Vocativus iſte *Daucia* apud Virgilium Æneid. 10. *Præter Vocativos in a.*

Vos etiam gemini Rutulis recidiſtis in arvis.
Daucia Laride, Thymberq; ſimillima proles; *Daucia.*

eſt à Recto Daucia, non Daucias. Priſcian. l. 6. *Græca Nomina tam Fluviorum, quàm aliorum in as apud illos deſinentia, quæ in e faciunt Genitivum Græcum, noſtri abſq; s ſolent plerunq; proferre*: & Quintil. l. 1. c. 9. *Nec in a quidem atq; s literas exire temere Maſculina Græca nomina recto caſu patiebantur, &c.*

In c deſinentia producuntur. Lac producitur. Serenus. c. 63. C.

Lac aſinæ, placidæq; bovis prodeſſe loquuntur: *Lac.*

correptum nuſquam invenio.

Fac producitur. Ovid. 1. de Arte. *Fac productum.*

Hos fac Armenios, hæc eſt Danaëia Perſis.

Corripitur. Idem. Faſt. 1. *Iane fac æternos, pacem pa-* *Correptum.*

ciſq; miniſtros. Sed in hoc, & omnibus aliis locis, quibus corripitur, alii legunt *face*, & *fac* ſemper produci volunt. Voſſius de Arte Grammat. l. 2. c. 20.

E. *E finita brevia ſunt.* Ablativus *fame* producitur, quod olim quintæ Declinationis fuit: Gellius l. 9. c. 14.

Fame. Ovid. Metam. 5. *Exſtimulata famē mugitibus armentorum.*

Metam. 8. *Iamque famē patrias, altique voragine ventris.*

Metam. 11. *Qui quanquam ſævit pariter rabieque, famēque.*

Et Faſt. 6. *Poſſe famē vinci ſpes excidit hoſte repulſo.*

Virg. Geor. 4. *Amiſsis, ut fama, apibus morboque, famēque.*

Et ſecundæ item Perſonæ ſingulares Imperativorum Activorum 2æ conjug.

Cape Corr ptum. *Cave*, ultimam nonnunquam corripit, ab antiquo *cavo* tertiæ. Horat. l. 1. epiſt. 13. *Vade, vale, cavē ne titubes, mandataq; frangas.*

Idem l. 2. ſat. 3. *Me capite in flumen: dexter ſtetit, & cavē faxis.*

Ovid. Triſt. l. 1. el. 1. *Tu cavē defendas quamvis mordebere dictis.*

Productum. Produci etiam ſolet à *caveo* ſecundæ. Horat. l. 1. epiſt. 6.

Lucum ligna, cavē ne portus occupet alter.

Idem Epod. 6. *Cavē, cavē, namq; in malos aſperrimus.* Iambus.

Ovid. Metam. 2. *Nata, cavē; dum reſque ſinit, tua corrige vota.*

Idem

Idem Trist. l. 1. el. 1. *Ergo cavē liber, & timidâ circumspice mente.*

Claudian. de 4. Consul. Honorii. ----- *Si longa moretur.*

Obsidio, tum vota cavē secura remittas.

Sic interdum *vide, salve, responde*, ultimam corripiunt. Persius sat. 1. *Auriculas? vidē sis ne majorum tibi fortè.* *Vide, salve, responde.*

Valerius Flaccus l. 5. *Incumbens Odrussa mero, vidē lata comantem.*

Martial. l. 11. ep. ult. *Lector salvē, taces, dissimulasque, vale.*

Idem l. 3. ep. 4. *Si, quando veniet? dicet, respondē Poeta.*

I finita longa sunt. Priscianus l. 13. putat *cui* esse Monosyllabon, quòd in hoc genere Declinationis Dativus sit minor Genitivo unâ syllabâ: ut, *unius, uni, solius, soli.* Item quòd plerique Poëtarum id metris comprobent. Virgil. Æneid. 4. 1. *Cui.*

Cuiq; loci leges dedimus connubia nostra.

Horat. in Arte: *Tu seu donâris, seu quid donare velis cui.*

Idem sentit Scaliger de caus. L. L. l. 1. cap. 10. & 12. Sed ostendit Poëtarum usus esse dissyllabon, & fere corripi. Iuvenal. sat. 3.

Quis nunc diligitur, nisi conscius, & cūi fervens.

Martial. l. 1. ep. 105. *Sed nôrunt cūi serviant leones.* Phaleucium.

Idem l. 2. epig. 49. *Et cedit cūi, Postumilla dives.*

Et l. 11. ep. 73. Prudentius produxit l. 11. contra Symmachum.

-- -- Nec digna perenni
Largitore, cūi propria est opulentia.

Albinus Rerum Roman. 10. apud Priſcianum.

Ille cũ ternis capitolia celſa triumphis.
Spante Deum patnere, cũ ſrena nulla repoſtos
Abſcondere ſinus, non tutæ mœnibus urbes.

Manilius l. 4. *Sic erit & ſeges fugienda petenda cuique.*

Dativi & Vocativi Græcorum. *Cujus etiam ſortis ſunt Dativi & Vocativi Græcorum. Vocativi* quidem ſemper corripiuntur, at Dativi interdum ſequentes formam Latinorum, ſicut Latini, producuntur. Ovid. Heroid. 13.

Vt rapiat Paridi, quam Paris ante ſibi.

R. *Producuntur autem far, lar, nar, ver, fur, cur, & par*
Par. *cum compoſitis. Par* cum compoſitis ſemper produxere melioris ævi Poëtæ, at ſequioris non item. Petrarcha l. 7. Africæ.

Iſt aliam vimuſſe fur eſt ab origine rerum.

Martianus Capella l. 6. *Omnia compar habet paribus ſub legibus ordo.* Prudentius in Hamartigeniâ: *Cor.* *Liber utriq; animus, ſed diſpar utriq; voluntas. Cor* ſemper breve. In illo Ovidii, epiſt. Sapphûs,

Molle meum levibus cor eſt violabile telis.

Al. aliqui legunt, *Molle meum, levibuſq; cor eſt violabile telis.*

Anas. *Anas* ultimam corripit. Petronius: Et *pictis anas enovata pennis.*

Is. Præter, *is*, & *quis* Nominatiuos, & *bis*. *Bis* pro-
Bis. ducit Claudianus in Gigomantiâ: *Bis æther, bis terra dedit.*

Sed alii corripiunt: Ovid. Faſt. 1. *Conſtituit menſes quinq; bis eſſe ſuo.*

Idem Metam. 14. *Tum bis ad occaſus, bis ſe convertit ad ortus.*

Martial. l. 1. ep. 45. *Et bis idem facimus, nimium ſi, Stella, videtur.*

Pro-

Propertius l. 3. el. 1. *Troja bis Oetæi numine capta Dei.*

Futura Subjunctivi in *ris* ſunt communia. Immo potiùs corripiuntur, non enim reperio producta niſi in Cæſurâ. Horat. l. 2. ſat. 2. *Futura Subjunctivi in ris.*

Miſceueris elixa ſimul conchylia turdis.

Idem. l. 4. od. 7. *Cuncta manus avidas fugient hæredis, amico.*

Quæ dederis animo.

at correpta paſſim. Idem in Arte.

Dixeris egregiè notum ſi callida verbum, Reddiderit.

Idem l. 1. ſat. 4. ----- *Neq; enim concludere verſum.*

Dixeris eſſe ſatis, neq; ſi quis ſcribat uti nos.

Et l. 2. ſat. 2. ---- *Nam fruſtra vitium vitaveris illud*

Si te aliò pravum detorſeris, Avidienus.

Et ſat. 3. *Tune iuſanus eris ſi acceperis, an magis excors?*

Ibid. *Integer eſt animi, ne dixeris, ergo ubi parva.*

Ibid. *Vngere ſi caules oleo meliore, caputq;*

Cæperis impexum.

Et ſat. 6. *Dixeris, experiar; ſi vis, potes, addit, & inſtat.*

Iuvenal. ſat. 3. *Græculus eſuriens in cœlũ, juſſeris, ibit.*

Ibid. *Accipit Endromyden; ſi dixeris, æſtuo, ſudat.*

Martial. l. 7. ep. 307. ---- *Quid ſi fera monſtra duorum*

Iunxeris, alterius fiet uterq; timor.

Et epig. 50. *Et cum, jam ſatis eſt, dixeris, ille leget.*

Et l 9. ep. 39. *Si peccare velis, cum feceris omnia, falli*

Non potes.

Et epig. 55. *Videris immenſo cum conclamata querelis.*

Virg. Æneid. 6. *Quas gentes Italûm, aut quas oraveris urbes.*

Lucan.

Lucan. l. 1. *Aetheris immenſi partem ſi preſſeris unam.*

us. *Excipiuntur producentia penultimam Genitivi creſcentis :* at *palus* apud Horatium in Arte corripitur.

Palus.

Regis opus, ſteriliſq; diu palūs, aptaq; remis.

Puto, quia *s* priſci elidere ſolent, & *u*, ſequente vocali, corripere ad imitationem Græcorum; ſed hoc non imitandum.

Longæ ſunt etiam omnes voces quartæ inflexionis in *us :* Ratio eſt, quia fiunt ab antiquis in *jus*, & *ves*, contractis in *us* ; ut, à *manuis*, & *manues*, *manus*.

Oedipus, Polypus. *Præter Oedipus, & Polypus, quæ ſecundæ Declinationis corripiuntur* ; a Dorico πώλυπος, vel Attico πούλυπος pro πολύπους. Et hinc etiam prima producitur : Horat. l. 1. ſat. 3.

Delectant : veluti Balbynum pōlypūs agnæ.

Et epod. 12. *Pōlypūs an gravis hirſutis cubet hircus in alis.*

Theognis. Πωλύπε ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου, ὅς ποτὶ πέτρῃ
τῇ προσομιλήσει, τοίου ἰδεῖν ἐφάνη.

Polypi ingenium obtine verſipellis, qui petræ
Cui adhæſerit, talis viſu apparet.

2. *Fadu.* U finita producuntur. Antiquum *indu* pro *in* corripitur.

Ennius Annal. 7. *Indū mari magno fluctus extollere certant.*

Lucil. *Indū pavimento, atq; emblemate vermiculato.*

Et *nenu* pro *non* : Lucret. l. 4.

Nenū queunt rapidi contra conſtare leones.

Quæ in y terminantur, corripiuntur. Ovid. Met. l. 14.

Moly vocant ſuperi : nigrâ radice tenetur.

Idem Triſt. l. 4. el. 3. *Ars tua Tiphy jacet, ſi non ſit in æquore fluctus.*

CAP.

CAP. VIII.

De Tono, ſive Accentu.

Accentus.

Tonus eſt nota, qua ſyllaba in dictione elevatur, vel deprimitur. Eſtq; triplex, *Acutus*, *Gravis*, *Circumflexus*.

Acutus eſt virgula obliqua deſcendens in dexteram, ſic, ´.

Gravis eſt virgula obliqua deſcendens in dexteram, ſic, `.

Circumflexus eſt quiddam ex utriſq; conflatum, hac figurâ, ^.

Acutus ſyllabam elevat, *Gravis* deprimit; *Circumflexus* elevat ſimul & deprimit, *Acutum*, & *Gravem* tam naturâ, quàm figurâ referens.

Nullus Tonus excedit tertiam à fine ſyllabam: nec eſt ulla ſyllaba ſine Tono, licèt una dictio unius tantùm toni capax.

Acutus, locum habet in ultimâ, penultimâ, & antepenultimâ; ut, *páx*, *térra*, *dóminus*. *Gravis* in ultimâ tantùm ſignatur, ſed in omni ſyllabâ intelligitur, in qua nullus eſt accentus. *Circumflexus* locum habet in ultimâ, & penultimâ; ut, *flôs*, *lûna*.

Latini in ponendis accentibus reſpiciunt quantitatem penultimæ.

Apoſtrophus.

Etſi Apoſtrophum ex numero Accentuum removemus, non tamen id ideo facimus, quòd Latinis in uſu non ſit. Conſtat enim adhiberi, idq; non ſolùm ſequente vocali, ut, Æneid. 1.

----- *Men' incepto deſiſtere victam?*

Verumetiam Conſonâ, ut, Æneid. 3.

Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſervas?

Et Æneid. 10. ------ *Tantôn' me crimine dignum*
Dupiſti?

Sed quòd non eſt Accentus.

Tonorum regulæ.

Monoſyllaba dictio, brevis, aut Poſitione ſolùm longa, acuitur; ut, *mél, fél, fáx:* Sed Naturâ, vel Poſitione ſimul, & Naturâ longa circumflectitur; ut, *flôs, ſôl, thûs, rûs, lûx, pâx.* Quantitas autem naturalis Nominativi fere patet ex Genitivo; ut, *fáx facis, lûx lucis.*

In Diſſyllabâ dictione, ſi prior longa fuerit Naturâ, poſterior brevis, prior circumflectitur; ut, *lûna*; In cæteris acuitur; ut, *cítus, látus, ſólers, ſátur.*

Dictio Polyſyllaba, ſi penultimam habet longã Naturâ, vel Poſitione & Naturâ, & ultimã brevẽ, circumflectit penultimam, ut *Amícus, inſtîgat, arâtrum:* In cæteris acuit, ut *Penátes, victóres*; Sin brevem habet penultimam, acuit antepenultimam, ut, *Dóminus, póntifex.*

Excipiuntur Compoſita à *facio*, & *fio*, ut *benefácis, malefácis, calefácit, frigefácit, malefit, calefit, benefit, ſatisfit.* Quæ retinent Tonum ſimplicium.

Quibus ſyllabis apponi jam ſolet Accentus.

Veteres Accentum omnino neglexerunt; at hodie, ſecundùm præcepta Grammaticorum, apponi ſolet in ſyllabis Contractis; ut *Deûm*, pro *Deorum*; *amârunt* pro *amaverunt*, & in Ambiguis Differentiæ causâ; ut, *occido, occîdo, párere, parêre, oblitus, oblîtus, doctè*, ut diſtinguatur à docte Adjectivo, & ante dictiones Encliticas; ut, Virg.

Spiculáq;, clypeíq;, ereptáq; roſtra carinis.

Cum

Cum dictiones per Syncopen, aut Apocopen, caſtrantur, tonum retinent integræ dictionis; ut, *Tugúri, pecúli*; et hinc in Vocativis Propriorum in *ius* penultima acui ſolet; ut, *Virgíli, Valéri, Mercúri*; quia veteres integrè dixerunt, *Virgilie, Valerie, Mercurie*. Sic quædam Syncopata circumflectunt ultimam; ut, *Arpinâs, Ravennâs, noſtrâs*, ab *Arpinatis, Ravennatis, noſtratis*. *Dictiones per Syncopen, aut Apocopen caſtratæ.*

Idioma, hoc eſt, linguæ proprietas, Tonum variat, adeo ut ſi dictiones Græcæ integræ ad nos veniant, ſervent tonum ſuum; ut, *Paralipoménôn*, à Græco παραλειπομένων. Quæ autem prorſus Latina fiunt, Latinum quoq; Tonum ſervant; ut, *idôlum* à Græco εἴδωλον. *Idioma.*

Syllabæ in Carmine communes, in Prosâ oratione ſemper corripiuntur; ut, *célebris, cáthedra, mediocris*: Præter Genitivos illos, in *ius, unius, illius, iſtius, &c.* quæ producuntur: at in Carmine Accentus ſequitur Quantitatem. Utrumq; palam facit hoc Quintiliani l. 1. c. 9. *Evenit ut Metri quoque conditio mutet accentum; ut, ----- Pecudes, pictæq; volucres. Nam volúcres mediâ acutâ legam, quia etſi naturâ brevis, tamen poſitione longa eſt, ne faciat Iambum, quem non recipit verſus Heroicus.*

CAP. IX.

De Figuris Orthographiæ.

Proſtheſis eſt appoſitio literæ, &c. Appoſitio literæ, Proſtheſis. Proſtheſis; appoſitio ſyllabæ à nonnullis Anadiploſis dicitur. Quæ, quando apud Latinos con- *Proſtheſis.*

tingit, fit ad imitationem Præteritorum Græcorum: quale eſt illud Terentii And.a.4.ſc.5.

Nam pol, ſi id ſciſſem, nunquam huc tetuliſſem pedem, pro tuliſſem.

Epenthesis. *Epenthesis eſt interpoſitio literæ, &c.* Vocalis interpoſitio, qua dictio ſyllabis non augetur, Parentheſis à quibuſdam dicitur: Lucretius. ----- *Via qua munita fidei*, pro *fidei*. Veteribus enim mos erat porrectas ſyllabas geminis vocalibus ſcribere, cum unâ tantùm ſyllabâ enunciarentur; ut, *feelix* pro *felix*. Conſonantis interpoſitio abſq; augmento ſyllabarum, Διπλασιασμὸς, Duplicatio: Æneid.1.

Trôas relliquias Danaûm, atq; immitis Achilli,
pro *reliquias*. Syllabæ verò interpoſitio Epentheſis, ſive Epectaſis; Virg. Æneid.8.

Alituum pecudumq; genus ſopor altus habebat,
pro *alitum*. Horatius in Arte,

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis,
pro *cinctis*. Figura veteribus crebro in uſu.

Syncope. *Syncope eſt ablatio literæ, &c.* Syncope locum habet in Genitivis pluralibus omnium Declinationum, niſi Quintæ: in Primâ Syncopen patiuntur *Patronymica*, & Compoſita à *gigno*, & *colo*; ut, *Dardanidûm, terrigenûm, cælicolûm*, pro *Dardaniarum, terrigenarum, cælicolarum*. In Secunda, frequens; ut, *equûm, fabrûm, liberûm, deûm, magnanimûm*; pro *equorum, fabrorum, liberorum, &c.* At in Neutris rariſſimè, quia dubium foret utrum eſſet Nominativus ſingularis, an Genitivus pluralis. Eſt tamen *verbûm* pro *verborum* apud Plautum Bacchid. a. 4. ſc. 8. ------ *Cæterùm verbûm ſat eſt.*
Idem Truculent.a.2.ſc.8. -----*Sequere me hàc, verbûm ſat eſt.*

In

In Numeralibus, & quæ menſuram, vel rem nummariam ſignificant, uſitatiſſimè; ut, *quinûm, ſenûm, ſeptenûm, denûm, modiûm, medimnûm, nummûm, ſeſtertiûm*, pro, *quinorum, ſenorum, &c.* In Tertiâ, *cædûm, veprûm, cæleſtûm, potèntûm, amantûm, ſerpentûm, pro cædium, veprium, cæleſtium, &c.* In Quartâ, *nurûm, paſsûm, currûm*, pro *nuruum, paſſuum, curruum.* Sed hìc rarò, & apud Poetas tantùm.

Locum etiam habet Syncope in plurimis Verborum Præteritis; ut, *amâſti, amâſtis, amârunt, amâram, amârim, amâſſem, amâro, amâſſe*, pro *amaviſti, amaviſtis, &c.* In Præteritis in *ivi* frequentiſſimum; ut, *Petii, petieram, petierim, petiiſſem, petiiſſe*, pro *petivi, petiveram, &c. Sic compleſti, impleſti, implerunt, impleſſe*, pro *compleviſti, impleviſti, impleverunt, impleviſſe.* Et *Nôſti, nôſtis, nôrunt, nôram, nôrim, nôſſe*, pro *noviſti, noviſtis, &c.*

Sed hìc in conſilium adhibendus optimus ille loquendi magiſter, bonorum Autorum uſus. In multis enim, Oratores, Syncopatis potiùs gaudent, quàm plenis; ut *amâſti, amâſtis*, potiùs quàm *amaviſti, amaviſtis.* Item *petii, perii*, potiùs quàm *petivi, perivi.* In plurimis verò plenis, potiùs quàm Syncopatis; ut, *munivi*, potiùs quàm *munii*; *audivi*, quàm *audii*, In nonnullis, utriſque; ut, *nôſſe*, vel *noviſſe, indicâſſe*, vel *indicaviſſe.* Hæc verò *dixti*, pro *dixiſti, amiſti*, pro *amiſiſti, promiſti*, pro *promiſiſti, torſti*, pro *torſiſti, evâſti*, pro *evaſiſti, proſpexti*, pro *proſpexiſti, luxti*, pro *luxiſti, ſurpuerat*, pro *ſurripuerat, vixet*, pro *vixiſſet, extinxem*, pro *extinxiſſem, ſurrexe*, pro *ſurrexiſſe, promiſſe*, pro *promiſiſſe, diviſſe*, pro *diviſiſſe*, Poëtarum ſunt, nõ Oratorum. Syncope in Præteritis eorum Verborum locum

non habet, quibus eſt *v* in primâ perſonâ Præſentis; ut *laveo, faveo, moveo, ſolvo, volvo,* nam *lâſti, fâſti, môſti, ſolſti, volſti,* non patitur Latini ſermonis mundities; Priſcian. l. 10. At in Modo Subjunctivo, quædam Verba hujus generis aliquando Syncopen admittunt, licèt duriuſculè. Horat. l. 1. ſat. 9. ----- *Diſpeream ni*

Summôſſes omnes, pro *Summoviſſes.*

Idem l. 2. ſat. 1. *Qui me commôrit, melius non tangere, clamo,* pro *commoverit.* Interdum etiam in Pluſquamperfecto Indicativi. Idem l. 2. ſat. 1.

Quin ubi ſe à vulgo, & ſcena, in ſecreta remôrant, pro *removerant.*

Præſens Subjunctivi Verbi *ſum* fere Syncopen patitur; ut, *ſim, ſis, ſit,* pro *ſiem, ſies, ſiet.* Eſt enim *ſiet* plenum, *ſit* imminutum, ut docet Cicero in Oratore.

Antiſtoichon. *Antiſtoichon eſt, literæ pro literâ poſitio.* Exempla hujus Figuræ ad Archaiſmum referri poſſunt. Dixerunt enim antiquiſſimi, *Mageſter, Menerva, quaſe, niſe, ſibe, here,* pro *magiſter, Minerva, quaſi, niſi, ſibi, heri.* Sic apud eos *hemona,* pro *humana, hemonem, huminem, homonem,* pro *hominem, fretu, peccatu,* pro *freto peccato, fruus, Acheruns,* pro *frons, Acherons,* Vide Scaligerum de cauſ. L. L. l. 1. c. 21. Docet etiam Priſcianus apud vetuſtiſſimos *o* ſæpe poni pro *u,* & *u* pro *o* quod Thuſci, & Umbri non habebant *o,* & *u* multis in uſu non fuit; qui autem *o* non habebant, pro eo ponebant *u*: quibus verò *u* non in uſu, pro eo uſurpabant *o.* Quomodo & locutum Ciceronem contendit Gellius l. 13. c. 19. Qui aurem ſecutus in Verrem 2. *peccatu* potiùs dixit, quàm *peccato*: & in Verrem 5: *fretu* potiùs quàm

quàm *freto*, quod ei mollius, teretiuſq; viſum eſt. ut ait ille.

Ex Figuris Orthographiæ, Syncope ſola, & in ſolutâ, & numeris devinctâ oratione frequenti in uſu. Reliquæ Poëtis tantùm conceduntur, qui Metri neceſſitate illis aliquoties uti coguntur.

CAP. X.

De Figuris Etymologiæ.

Enallage in Etymologia eſt, &c. Enallage figura eſt tum Etymologiæ, tum Syntaxeως: Etymologiæ, cum vel ipſæ Partes Orationis inter ſe permutantur, quæ privatim Antimeria dicitur; vel ea Partium Accidentia, quibus legitimæ ſtructuræ leges non violantur. *Enallage.*

Locum habet hæc Figura in omnibus Partibus Orationis, exceptâ Interjectione, & in omnibus pene earum Accidentibus.

Enallage Nominis. *Enallage Nominis.*

Pro Pronomine: Cicero l. 6. ep. 10. *Vt intelligant omnia Ciceronis patere Trebatio,* pro *mea tibi.*

Pro Participio: Æneid. 1. *Hinc populum latè regem, belloque ſuperbum,*
pro *regnantem,* Æneid. 2.
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora,
pro *ſibilantia,*

Pro Adverbio: Iuvenal. ſat. 2.
Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt.
pro Bacchanaliter, ſi ſic loqui liceret, i.e. *Bacchanalium ritu.* Adjectiva Neutra pro Adverbiis ponuntur tam in Plurali, quàm Singulari. Horat. l. 2. od. 12. *Lucidùm fulgentes oculos,* pro *lucidè.* Æneid. 6.

Torvà

------ *Torvâ furentem*
Lenibat dictis animum, pro torvè.

Adjectiva Temporis apud Poëtas, etiam in genere maſculino: Æneid. 8. *Nec minùs Aeneas ſe matutinus agebat*, pro *manè*. Idem Geor. 3. *Nec gregibus nocturnus obambulat*, pro *noctu*. Quomodo & Græci: Heſiodus;

Ὥρῃ δὲ γυναῖκα πὸν ποτὶ δῖκον ἀγεῖσθαι:

Tempeſtivus ducas in domum uxorem tuam. Homer. Iliad. 6.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,

Non decet conſiliarium virum dormire nocturnum, i.e. per totam noctem.

Pro Interjectione: Terent. Eun. a. 4. ſc. 7. *Quî malùm alii?*

Enallage Pronominis. Enallage Pronominis.

Pro Nomine: Æneid. 1. ----- *Sunt hìc etiam ſua præmia laudi*, pro *propria*.

Pro Adverbio, Virg. ecl. 3.

Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes, pro *cur* laudes.

Pro Conjunctione: Cicero ad Quint. Frat. l. 3. ep. 1. *Ita omnia conveſtit hederâ, quà baſim villæ, quà intercolumnia ambulationis*, pro *tum baſim, tum intercolumnia*. Idem ad Altic. l. 9. ep. 14. *Quà itineris, quà navigationis, quà congreſſus, ſermonisq; cum Cæſare.*

Enallage Verbi. Enallage Verbi.

Pro Nomine: Perſius ſat. 1.

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter, pro *ſcientia tua*.

Pro Conjunctione: Martial. l. 8. ep. 21.

Iam Cæſar vel nocte veni; ſint aſtra licebit,
Non deerit populo, te veniente, dies,
pro *quamvis ſint*.

Enallage

Enallage Participii. *Enallage Participii.*

Pro Nomine : Saluſt. Catil. *Alieni appetens, ſui profuſus,* pro appetitor, profuſor. Horat. l. 3. od. 8.

Docte ſermones utriuſq; linguæ, pro *perite.*

Pro Verbo. Saluſt. Catilin. *Priuſquam incipias, conſulto, & ubi conſulueris, maturè facto opus eſt,* pro *conſuli, fieri.* Terent. Hecyr. a. 3. ſc. 4. *In arcem tranſcurſo opus eſt :* pro *tranſcurrere.*

Pro Adverbio. Senec. Agamemn. a. 5. ſc. 3. *Aggrediar & te Oreſta furabor libens,* pro *libenter.*

Enallage Adverbii. *Enallage Adverbii.*

Pro Nomine : Cicero, 2. de Orat. *Sed eorum partim in pompâ, partim in acie illuſtres eſſe voluerunt :* pro *pars.* Cato apud Gellium l. 10. c. 13. *Surrectavit eo convivio cum partim illorum,* pro *parte,* Perſius ſat. 5.

Iam cras heſternum conſumpſimus, ecce aliud cras.

Pro Pronomine. Terent. Eun. a. 1. ſc. 2.

Mercator hoc addebat, è prædonibus
Vnde emerat, ſe audiſſe ereptam è Sunio : pro *à quibus.*

Et quidem Adverbia loci ſæpe ponuntur pro Relativis. Terent. Eun. a. 2. ſc. 3. *Sive adeo digna res eſt, ubi tu nervos intendas tuos :* pro *in quâ.*

Pro Conjunctione. Quintil. in Proœmio. *Simul ut pleniore obſequio demererer amantiſſimos mei, ſimul ne vulgarem viam ingreſſus alienis demum veſtigiis inſiſterem :* pro *tum* Conjunctione Copulativâ.

Enallage Conjunctionis. *Enallage Conjunctionis.*

Pro Nomine. Æneid. 6. ----- *Illius ergò Venimus :* pro *causâ.*

Pro Adverbio. Plaut. Caſin. a. 3. ſc. 5. *Habet gladium, ſed duos,* pro *imo.*

Enallage Præpositionis.

Enallage Præpositionis.

Pro Nomine. Æneid. 3.

O mihi sola mei super Astyanactis imago: pro *superstes.*

Pro Adverbio. Salust. Iugurth. *Hyemem atq; æstatem juxta pati:* pro *æquè.*

Enallage Substantivi pro Adjectivo.

Enallage Accidentium Partium Orationis.

Substantivum pro Adjectivo. Cicero de Senect. *Nec tamen omnes possunt esse Scipiones, & Maximi.* i. e. *fortissimi.*

Adjectivum pro Substantivo. Seneca. Oedip. a. 4. Chor.

-- -- *Ede quid portas novi?* i. e. *novæ rei.*

Cardinalis pro Ordinali.

Cardinale pro Ordinali. Cicero de Senect. *Qui uno & octogesimo anno scribens mortuus est:* pro *primo.* quod tamen vix aliter legas.

Ordinale pro Cardinali. Iuvenal. sat. 1.

------ *Sextâ cervice feratur:* pro *sex cervicibus.*

Et *pro illis quibus significatur multiplicatio.* Plin. l. 10. c. 16.

Nascitur qualicunque solo cum centesimo grano: pro *centuplo.*

Distributivi pro Cardinali.

Distributivum pro Cardinali. Æneid. 2.

Bis quinos silet ille dies: pro *bis quinque.*

Plin. l. 10. c. 63. *Vivunt Laconici annis denis, fœmina duodenis:* pro *decem, duodecim.*

Partitivi pro Cardinali & pro Ordinali.

Partitivum pro Cardinali. Cicero ad Attic. l. 7. ep. 8. *Quid enim est tantum in uno aut altero die,* i. e. *duobus diebus.* Pro Ordinali. Idem l. 12. epist. 25. *Altero & vigesimo die,* i. e. *secundo.*

Reciproci pro Relativo.

Reciprocum pro Relativo. Martial. l. 6. ep. 53.

Sis licet inde sibi tellus placata, leviscque, pro *ei.* Ovid. Heroid. 1. *Respice Laerten, ut jam sua lumina condas,* pro *ejus.*

Pro

Pro Poſſeſſivo Æneid. 3.

Vivite felices quibus eſt fortuna peracta
Iam ſua, pro *veſtra*.

Poſſeſſivum pro Primitivo: Terent. Phorm. a. 5. ſc. 8. *Poſſeſſivi pro Primitivo.*

Nam neque negligentiâ tuâ, neque id odio fecit tuo, pro *tui*.

Poſitivus pro Comparativo. Terent. Heaut. a. 1. ſc. 2. *Poſitivi pro Comparativo.*

---- *Paulo qui eſt homo tolerabilis*, pro *tolerabilior*.

Comparativus pro Poſitivo: Cæſar. l. 2. bel. Gal. *Superioribus prælüs exercitati*, pro *antecedentibus*. *Comparativi pro Poſitivo.*

Pro Superlativo: Curtius l. 9. *Duo majora navigia ſubmerſa ſunt*, pro *maxima*. *Pro Superlativo.*

Superlativus pro Poſitivo: Terent. Eun. a. 1. ſc. 2. *Superlativi pro Poſitivo.*

Tute ſcis poſt illa quàm intimum habeam te, pro *charum*.

Pro Comparativo: Columel. l. 9. c. 14. *Ab æquinoctio primo*, pro *priore*. *Pro Comparativo.*

Singularis numerus pro Plurali: Æneid. 2. *Singularis Numeri pro Plurali.*

Hoſtis habet muros, pro *hoſtes habent*.

Pluralis pro Singulari: Terent. Eun. a. 5. ſc. 9. *Pluralis pro Singulari.*

Cur ergo in his te ego conſpicor regionibus? pro *in hac regione*.

Activum pro Paſſivo: Æneid. 5. *Tum verò ingemiat clamor*, pro *ingeminatur*. *Activi pro Paſſivo.*

Paſſivum pro Activo: Æneid. 11. *Paſſivi pro Activo.*

Exſpoliantur eos, & corpora nuda relinquunt, pro *exſpoliant*.

Neutrum pro Activo: Terent. Eun. a. 3. ſc. 5.

---- *Foras ſimul omnes prorumpunt ſe*.

Futurum Indicativi, item Præſens & Futurum Subjunctivi ſæpe ponuntur pro Imperativo, Cicero. l. 15. ep. 18. *Valebis igitur, meque, ut à puero feciſti, amabis*, pro *vale, ama*. Idem ad Attic. l. 16. ep. 7. *Dicas plu-* *Futuri Indicativi, Præſentis & Futuri Subjunctivi pro Imperativo.*

rimam ſalutem & ſuaviſsimæ Atticæ, pro *dicito*. Idem ad Quint. Frat. l. 1. ep. 1. *Si quis eſt in quo jam offenderis, de quo aliquid ſenſeris, huic nihil crediderîs, nullam partem exiſtimationis tuæ commiſeris*, pro *crede, committe*. In Præſenti autem fortaſſe Ellipſis τοῦ *fac*, vel *facito*: quod ſæpe etiam exprimitur. Terent. Adelph. a. 3. ſc. 6.

Bono animo fac ſis Soſtrata, & iſtam quod potes
Fac conſolere.

Et a. 5. ſc. 3. *Quæſo facito hæc tecum cogites*. Cicero. l. 9. ep. 14. *Fac ut diligentiſsimè teipſum, mi Dolobella, cuſtodias*.

Imperativus pro Futuro Indicativi: Virg. ecl. 7.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu
Si fœtura gregem ſuppleverit, aureus eſto, pro *eris*.

Subjunctivi pro Indicativo. *Subjunctivus non rarò ponitur pro Indicativo, præcipuè in Futuro, aliquando in Præterito*: Quintil. l. 10. c. 1. *Nam Ciceronem cuicunq; eorum fortiter oppoſuerim*, pro *opponam*, & paulò infra. *Et fortaſſe Epilogos illi mos civitatis abſtulerit, ſed & nobis illa, quæ Attici mirantur, diverſa Latini ſermonis ratio minùs permiſerit*, pro *abſtulit, permittit*. Cicero. 2. Acad. quæſt. *Age, reſtitero Peripateticis qui ſibi cognationem eſſe, &c.* pro *reſiſtam*; & mox, *Suſtinuero Epicuros, & meos familiores, &c.* pro *ſuſtinebo*. Terent. And. a. 2. ſc. 3.

Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris, pro *facies*. & a. 4. ſc. 1.

----- *Atq; aliquis dicat, nihil promoveris.*
Multum moleſtus certè ei fuero, atq; animo morem geſſero; pro *promovebis, ero, geram*, Et id genus alia propè infinita. Et hinc nonnulli ex Veteribus, quod hujuſmodi exempla ad nullum ex ſex Modis commodè

modè referre potuerunt, plures ſtatuerunt eſſe Modos. Quod innuit Quintilianus l. 1. c. 9. *In eo* (hoc eſt, Verbo) *fiunt Solœciſmi per Genera, Tempora, Perſonas, Modos, ſive cui ſtatus eos dici, ſeu qualitates placet, vel ſex, vel ut alii dicunt octo.* Et Diomedes l. 1. apertè docet quoſdam ſex, alios ſeptem, nonnullos octo, quoſdam novem, alios denique decem ſtatuiſſe.

Infinitivus ſæpe in narrationibus ponitur pro Imperfecto Indicativi. Æneid. 2. *Infinitivi pro Imperfecto Indicativi.*

----- *Ex ille fluere, ac retro ſublapſa referri*
Spes Danaûm, pro *fluebat, referebatur.*

Hanc Figuram Servius Hiſtoricam vocat, quod Hiſtoricis ſit frequens. Uſurpatur tamen aliquando ab Oratoribus. Cicero l. 1. de Orat. *Galba autem alludens variè & copiosè, multas ſimilitudines afferre, multaq; pro æquitate contra jus dicere*, pro *afferebat, dicebat.* At in his alii malunt eſſe Ellipſin Verbi *cœpit*, Priſcianus l. 18. & Quintil. l. 9. c. 3. *Synecdoche, cum ſubtractum Verbum aliquod ſatis ex cæteris intelligitur: ut Cælius in Antonium: Stupere gaudio Græcus, Simul enim auditur, cœpit.*

Præſens Tempus pro Imperfecto: Æneid. 2. *Præſentis pro Imperfecto.*

Hoc Ithacus velit, hoc magno mercentur Achivi,
pro *mercarentur.* Maximè verò hoc fit poſt haſce Particulas, *ſi, ni, niſi.* Terent. And. a. 2. ſc. 1.
Tu ſi hìc ſis, aliter ſentias, pro *eſſes, ſentires.*
Æneid. 1. *Ni faciant, maria, ac terras, cœlumq; profundum.*

Quippe ferant rapidi ſecum, verrantque per auras.
pro *facerent, ferrent, verrerent.*

Præſens pro Præterito: cum rem quaſi geri, & ante oculos poni volumus: unde *Energia* à Grammatici *Præſentis pro Præterito.*

cis dicitur. Æneid. 3. ------ *Omnis humo fumat Neptunia Troja.*

Pro *fumavit.* Terent. And. a. 1. sc. 1. ------ *Accedo ad pedissequas. Quæ sit rogo, sororem esse aiunt Chrisidis:* pro *accessi, rogavi, dixerunt.*

Præsentis pro Futuro.

Præsens pro Futuro. Æneid. 1.

Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci
Audierat. Pro *ductum iri,* vel *ducendam esse.*

Imperfecti pro Plusquamperfecto.

Imperfectum pro Plusquamperfecto. Terent. Adelph. a. 1. sc. 2.

Nam si esset, unde id ficret, faceremus: pro *fuisset, fecissemus.*

Perfecti pro Præsenti.

Perfectum pro Præsenti. Seneca in præfat. Controver. *Alioquin potuissem eum audisse in illo atriolo:* pro *audire.* Æneid. 6.

------ *Magnum si pectore posset*
Excussisse Deum

pro *excutere.* Cicero de Attic. l. 1. epist. 6. *Tibi me permisisse memini.* At hoc Verbum ideo sæpe jungitur Præterito, quod naturam induit Præsentis.

Perfecti pro Plusquamperfecto.

Perfectum pro Plusquamperfecto. Æneid. 2.

----- *Et ni mea cura resistat,*
Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis: pro *tulissent, hausisset.*

Perfecti pro Futuro.

Perfectum pro Futuro: ad certitudinem eventus significandam. Quintil. Declam. 3. *Si tales milites omnes habemus, Mari vicimus:* pro *vincemus.* Livius. l. 1. dec. 3. *Si quem animum in alienæ sortis exemplo paulo ante habuistis, eundem mox in æstimandâ fortunâ vestrâ habueritis, vicimus milites,* i. e. certa erit victoria. Hoc in Perfecto Subjunctivi sæpe accidit. Cicero Tuscul. 5. *Macte virtute, ego ipse cum eodem ipso non invitus erraverim,* pro *errravero.* Terent. And. a. 1. sc. 2.

Verbe-

Verberibus cæſum te in piſtrinum dedam, uſque ad necem,

Eâ lege, atq; omine, ut ſi te inde exemerim, ego pro te molam, pro *exemero*: & a. 3. ſc. 2. ----- *Certe ſi reſciverim*: pro *reſcivero*: & Eun. a. 5. ſc. 2. ----- *Si id fecerim*, pro *fecero*. Plaut. Pſeud. a. 1. ſc. 1. *Quis igitur drachmam reddet, ſi dederim tibi*, pro *dedero*. Livius. l. 7. dec. 1. *Injuſſu tuo, inquit, Imperator extra ordinem nunquam pugnaverim*: pro *pugnavero*.

Pluſquamperfectum pro Imperfecto. Cæſar. 1. bel. Gal. *Nonnulli etiam Cæſari nunciabant, cum caſtra moveri, aut ſigna ferri juſſiſſet, non fore dicto audientes milites,* pro *juberet*. *Pluſquamperfecti pro Imperfecto.*

Participium Futuri Temporis cum Verbo ejuſdem Temporis nonnunquam pro ſimplici Futuro ponitur. Ovid. l. 2. de Arte. *Tu procul abſenti cura futurus eris*. Cicero ad Attic. l. 12. ep. 4. *Quoad Sicam venturus ero*, pro *veniam*. Ovid. 2. de Remed.

Huic pater ante oculos durus habendus erit, pro *habebitur*.

Secunda Perſona ſæpe ponitur pro qualibet. Terent. Phorm. a. 2. ſc. 1. *Ecce autem ſimilia omnia, omnes congruunt*. *Secundæ Perſonæ pro quâlibet*

vnum cognôris, omnes nôris, i.e. Si quis *unum cognorit*, omnes norit. Idem. Adelph. a. 2. ſc. 1.

----- *Quando eum quæſtum occeperis*
Accipiunda, & muſſitanda injuria adoleſcentium eſt,
i.e. Quando quis occeperit.

CAP.

CAP. XI.

De Figurâ Syntaxeos, ſive Conſtructionis.

Solœciſmus. Conſtructionis vitium *Solœciſmus* dicitur, veteribus *Imparilitas*, & *Stribiligo*. Gellius l. 5. c. 20. *Solœciſtes.* Et qui hoc vitio peccat *Solœciſtes*: quod ſpeciem habet *Solœciſmi Solœcophanes*. Eſt enim *Solœciſmus*, quod nec loquendi uſu, nec ratione defendi poteſt: ut *labor magna*; *Solœcophanes* autem, quod *Solœcophanes.* ratione aliquâ excuſari poteſt. Differt *Solœciſmus* à *Barbariſmo*, quòd hic fit in Dictione, ille in Oratione. Poteſt quidem *Solœciſmus* in unâ eſſe dictione, at non in ſolâ: Eſt enim vi ium in συνθέσει. *Solœciſmus* refertur ad vitia; *Solœcophanes* ad πάθη Grammatica.

Vſus Autorum optimus Canon. Si quid igitur legeris apud Ciceronem, Cæſarem, Virgilium, Ovidium, aliumve, qui erudito illo ſæculo eloquentiæ laude floruit, quod in Grammaticorum leges peccare videtur, cave putes eos σολοικίζειν. Non enim ad præcepta Grammatices orationem illi formabant ſuam, ſed è contrà Grammatici ad horum uſum ſuas regulas: quæ tum demum probandæ, cum eorum ſuffulciantur autoritate. Doctiſſimorum enim virorum uſus pluris faciendus, quàm omnes omnium Grammaticorum canones.

Figuræ Conſtructionis ſunt tredecim, &c. Appoſitionem, & Evocationem veteres inter Figuras non numerant, & ex recentioribus non pauci, iiq; melioris

melioris notæ. Synecdoche verò, ut rectè Linacer l. 6. de Emendatâ Structurâ, *est Tropi species, non lexeos Figura*: Vel certè ad Ellipsin pertinet, subintellecto, scilicet, *rarè*.

Zeugma est cum Verbum aut Adjectivum, &c. In Zeugmate Verbum sequi debet vicinius Suppositum in Personâ; Adjectivum vicinius Genere, & Numero. Cicero in Somnio Scipionis: *Ego illum de suo regno, ille me de nostrâ Repub. percontatus est.* Idem ad Quint. Frat. l. 2. ep. 9. *Et penè ille timore, ego risu corrui.* Virg. Æneid. 1. ------ *Sociis, & rege recepto.* Zeugma.

Terent. And. a. 3. sc. 1. *Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.*

Substantivum autem ejus erat casûs, quem dictio proximè præcedens postulat, non quem prior. Terent. Adelph. a. 1. sc. 2.

----- *Verùm si augeam,*
Aut etiam adjutor sim ejus iracundiæ.

At quando est Comparatio vel similitudo, Verbum vel Adjectivum cum remotiore convenire solet. Cicero ad Attic. l. 8. ep. 17. *Nunc cum hoc tempore nihilo magis ego, quam vos subsidio Domitio ire possum.* Item ubi *nisi* clausulam subjungit: Terent. Heaut. a. 5. sc. 3. *Talem filium nulla, nisi tu, pareret.*

Licèt Poëtæ aliter loqui soleant. Ovid. l. 2. de Remed. Amor.

Quid, nisi secretæ læserunt Phyllida sylvæ?

Virg. ecl. 8. ----- *Nihil hic, nisi carmina desunt.*

Nec Poëtæ soli, nam Ciceronis est Philip. 4. *Quis igitur illum consulem, nisi latrones putant?*

Tam in Syllepsi, & Zeugmate, quàm in Ellipsi

eſt defectus, ſed in Syllepſi & Zeugmate, id quod in oratione deeſt, ἀπὸ κοινοῦ repetendum, in Ellipſi verò prorſus deſideratur. In omnibus vox ſupplenda, ſed in illis variato *numero*, *genere*, aut *perſonâ*.

Prolepſis. His addi ſolet Prolepſis, cum *toti*, ſcilicet, ſubjiciuntur *partes*, Verbumq; cum *toto* convenit, non cum *partibus*: ut, Virg. ecl. 7.

Compulerantq; greges Corydon & Thyrſis in unum:
Thyrſis oves, Corydon diſtentas lacte capellas.

Synth:ſis. *Compoſitio*; *melius* σύνεσις, *Intelligentia, ad intellectum enim refertur Conſtructio.* *Syntheſis eſt oratio congrua ſenſui, non voci.* Fit Syntheſis nunc in Genere tantùm, cum videlicet Adjectivum eſt diverſi Generis à ſuo Subſtantivo, idque quatuor modis. 1. *Sexûs diſcernendi causâ.* Plaut. Stich. a. 1. ſc. 3.

Audivi ſæpe hoc vulgò dictum dicier
Solere; elephantum gravidam perpetuos decem eſſe annos.

2. *Cum Speciale Generalioris Genus ſequitur.* Æneid. 5.

Centauro invehitur magnâ, i. e. nave.

Terent. Eun. prol. ----- *Eas ſe non negat*
Perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam, i. e. fabulam.

3. *Cum Abſtractum ponitur pro Concreto.* Terent. And. a. 3. ſc. 5.

Vbi illic ſcelus eſt, qui me perdidit, i. e. ſceleſtus.

4. *Ratione Collectivi, vel Numeralis.* Æneid. 7.

----- *Pars arduus altis*
Pulverulentus equis furit.

Curtius l. 4. *Duo millia, in quibus occidendi defecerat rabies, cruciibus affixi per ingens littoris ſpatium pependerunt.* Quibus & quintum genus addas, *cum vox Metaphoricè ponitur pro Proprio.* Livius l. 10. *Capita*

pitu conjurationis virgis cæsi, i. e. principes, aut duces.

Nunc in Numero tantum, cum, scilicet, Collectivo, vel Partitivo singulari subjicitur Verbum, vel Adjectivum plurale. Ovid. Metam. 4. *Pars volucres factæ.*

Idem l. 2. de Remed. Amor.

Vtraq; formosæ Paridi potuere videri.

Livius l. 2. *Missi confestim honoratissimus quisq; ex patribus.*

Huc pertinet cùm Partitivo singulari subjicitur Relativum plurale: Terent. Eun. prol.

Si quisquam est, qui placere se studeat bonis
Quam plurimis, & minimè multos lædere:
In his Poeta hic nomen profitetur suum.

Cui respondet elegantissimum illud Sophoclis:

Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνῳ δοκεῖ,
ἢ γλῶτταν, ἣν οὐκ ἄλλῳ, ἢ ψυχὴν ἔχειν:
Οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.

Quicunq; enim se vel sapere solùm existimat,
Vel linguam, animumve, qualè nemo alius, habere;
Hi patefacti vacui conspecti sunt.

Nunc verò in *Genere*, & *Numero* simul; hoc autem in Collectivis tantùm. Æneid. *Pars mersi tenuere ratem.* Virgil.

Et Æneid. 6. *Hæc manus ob patriam pugnando vulnera passi.* Statius Thebaid. 7. ------ *Subeunt Tegeæa juventus Auxilio tardi.*

Livius l. 1. *Maxima pars ab equitibus in flumen acti.*

Interdum etiam *Numero*, & *Personâ*. Æneid. 6.

Quisq; suos patimur manes.

Cicero. 3. de Finib. *Quod cum accidisset, ut alter alterum*

terum nec opinatò viderimus, ſurrexit ſtatim. Saluſt. in Catil.

Alius alium cunctantes expectatis. Terent. Adel. a. 4. ſc. 4.

------ *Aperite aliquis actutum oſtium.*

Collectivorum, ut vides, ſingularis eſt ratio, quæ ſola in omni Syntheſεως genere locum habet.

Eſt autem Syntaxis tripliciter congrua, vel voce tantùm; ut, *Turba ruit*; vel ſenſu tantùm; ut, *Turba ruunt*; vel voce, & ſenſu; ut, *Proci ruunt*:

Eſt autem hæc Figura Poëtis valde familiaris, qua utuntur etiam Hiſtorici, ſed Oratores parcè admodum.

Enallage. Nominativi vel Accuſativi pro Genitivo.

Enallage in Syntaxi eſt Accidentium quorundam contra uſitatæ Conſtructionis leges permutatio: Nominativi vel Accuſativi pro Genitivo: Cicero in Verrem. 4. *Hominem id ætatis quàm tumultuoſiſsimè adoriuntur,* pro *ejus ætatis.* Idem ad Attic. l. 16. ep. 7. *Non audet hominem id ætatis monere.* Horat. l. 2. ſat. 6.

-------- *Et cui concredere nugas*
Hoc genus, pro *hujus generis.*

Nominativi pro Accuſativo.

Niſi in his malis Ellipſin eſſe Præpoſitionis, *circa. Nominativi pro Accuſativo:* Lucan. l. 9.

------ *Tutumq; putavit*
Iam bonus eſſe ſocer, pro *bonum ſocerum.*

Nominativi pro Vocativo.

Nominativi pro Vocativo. Æneid. 6.

Projice tela manu ſanguis meus, pro *mi.*

Pro Ablativo.

Pro Ablativo. Horat. l. 1. ſat. 5.

Occurrunt animæ, quales neq; candidiores
Terra tulit, pro *qualibus.*

Dativi pro Nominativo, vel Accuſativo.

Dativi pro Nominativo vel Accuſativo: Æneid. 1.

At puer Aſcanius cui nunc cognomen Iulo, pro *Iulus.* Livius l. 1. *Fauſtulo fuiſſe nomen ferunt,* pro *Fauſtulum.*

Pro

Pro Genitivo. Æneid. 10. -----*Cervix cui lactea crines* *Pro Genitivo.*
Accepit, pro *cujus.*

Pro Accuſativo cum Præpoſitione : Æneid. 1. *Pro Accuſativo.*
It clamor cælo, pro *ad cælum.*

Accuſativi pro Ablativo : Terent. Eun. a. 2. ſc. 2. *Accuſativi in pro Ablativo.*
Ille ubi miſer famelicus videt me eſſe in tantum honorem, pro *in tanto honore.*

Vocativi pro Nominativo : Æneid. 2. *Vocativi pro Nominativo.*
----- *Quibus Hector ab oris*
Expectate venis, pro *expectatus.*

Ablativi pro Dativo : Æneid. 10. *Ablativi pro Dativo.*
------ *Hæret pede pes, denſuſque viro vir*,
pro *pedi.*
In illis Terent. Andr. prol.
Populo ut placerent quas feciſſet fabulas.
Plaut. Curcul. a. 3. ſc. 1.
Vt ei detur quam iſtic emiſti virginem.
& in ejuſmodi, nulla eſt Antiptoſis, ſed deſideratur tantùm Subſtantivum, quod poſt Relativum eſt adhibitum ; ut *Fabulæ populo placerent, quas fabulas feciſſet* ; &, *ut virgo ei detur, quam virginem iſtic emiſti.* Quo modo locutus eſt etiam Quintilian. Declam. 4. *Ne quos porrexerim cibos venena fiant.* i.e. Ne cibi, quos cibos porrexeram, fiant venena. Livius l. 9. d. 4. *Quem ceperant exules montem, herbidus aquoſuſq; eſt.* Similis ſtructura apud Græcos. Æſchines contra Timarch. Οὐκ ἔστιν ὅντινα πώποτε οὐκ ἦρξεν ἀρχήν. *Nullus eſt magiſtratus quem non geſſerit.* Nec durum videri debet Subſtantivum Relativo ſuo apponi, cum id crebrum optimis Autoribus, idq; cum Subſtantivum prius fuit expreſſum. Cicero ad Quint. Frat. l. 3. ep. 3. *Diem ſcito eſſe nullum, quo die non dico pro reo.* Idem pro Rabirio perduel.

duel. reo. *Sed tu cauſam ſuſcepiſti antiquiorem memoriâ tuâ, quæ cauſa ante mortua eſt, quam tu natus eſſes.* Plura hujus generis vide in notis ad tertiam Convenientiam. Hunc in modum loqui ſolent Oratores, at Poëtæ Subſtantivum aliquando Relativo anteponunt. Æneid. 1.

Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt: ſubducite naves.

Terent. Eun. a. 4. ſc. 3.

Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit?

Plaut. Amphit. a. 4. ſc. 1.

Naucratem quem convenire volui, in navi non erat.

Quod loquendi genus, quia in eo invertitur juſtus verborum ordo, paulò durius. Integra autem ſunt, Ea urbs, quam urbem ſtatuo, veſtra eſt. Iſte Eunuchus, quem Eunuchum dediſti nobis, quas turbas dedit? &c.

Numeri Singularis pro Plurali. *Numeri Singularis pro Plurali:* Terent. Eun. a. 2. ſc. 1.

..... Adeón' homines immutarier

Ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe, pro eoſdem.

Ellipſis. *Ellipſis eſt dictionis ad legitimam conſtructionem neceſſariæ in ſenſu defectus.* Quæ tamen dictio ſatis ex cæteris, quæ exprimuntur, intelligatur: nec enim venuſtè reticetur, ſi ejus abſentia obſcuritatem pariat. Hæc Figura brevitatis maximè gratiâ petitur; utpote quæ vel *rei geſtæ celeritati*, vel *Emphaſi patheticæ* exprimendæ optimè inſervit. Terent. Eunuch. a. 1. ſc. 2.

Quid hic ſtabas? cur non rectâ introibas?

ſcilicet, viâ: quod expreſſit Cicero. Catil. 1. *Rectâ viâ perge in exilium.* Idem ad Attic. l. 6. ep. 1. *Statua, quæ ad Opis aperte poſita, in excelſo eſt*; ſcilicet, ad ædem Opis. Integrè dixit Idem. Philip. 2. *Qui maximo*

maximo te ære alieno ad ædem Opis liberâsti. Virg. Æneid. 1.

Implentur veteris Bacchi, pinguisq; ferinæ,
scilicet, carnis: quod appositum Salustius, *Numidæ plerunq; lacte, & ferinâ carne vescebantur.* Cicero Philip. 2. *Nec solvendo eras.* Livius l. 2. *Ut divites conferrent, qui oneri ferendo essent.* Plin. l. 21. c. 16. *Scolymi radix vescendo est decocta.* In quibus Ellipsis Adjectivi *idoneus, accommodatus*, aut simile quid, quod aliquando exprimitur: Columel. l. 1. c. 9. *Dummodo perpetiendo oneri sit idoneus.* Celsus l. 5. c. 19. *Puri movendo aliud non est melius.* Apuleius Metam. 7. *Oneri ferendo non inhabiles.* Æneid. 6.

----- *Maria aspera juro*, scil. per maria.
ut in eodem libro. ----- *Per sydera juro.*
Plaut. Menæch. a. 5. sc. 1.

Quin vidua vivam, quàm tuos mores perferam.
Tacitus de moribus Germanorum. *Cedere loco, dummodo rursus instes, consilii, quàm formidinis, arbitrantur.* In utrisque deest, *potiùs.* Ita Homerus. Iliad. α. Βέλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, *Volo ego populum salvum esse, quàm perire.*

In illis *decies sestertiûm, vicies sestertiûm*, &c. Ellipsis est τῶν centena millia, Cicero Philip. 2. *Syngrapha sestertiûm centies facta.* Interdum *sestertiûm* etiam omittitur, maximè apud Poëtas. Martial. l. 5. ep. 38.

Ducenties accepit, & tamen vivit.
Idem l. 12. ep. 10. *Habet Aphricanus millies, & tamen captat.* Pro ducenties, & millies centena millia sestertiûm. Livius l. 38. *Quod cum bis millies in ærarium intulisset, quadragies ratio abs se poscceretur*, i. e. bis millies centena millia sestertiûm, & quadragies

gies centenorum millium ſeſtertiûm.

Hæc Figura in omni penè ſtructurâ locum habet, at in Ablativis dominatur maximè, quod in Regulis ipſis jam oſtendimus. Nec tamen iis aſſentire poſſum, qui nullum Genitivum regi volunt, aut ab Adjectivo, aut à Verbo, ſed à Subſtantivo ſolo: et ita in omnibus Genitivis poſt Adjectiva, & Verba alterum intelligunt Subſtantivum. Immo nec Dativũ admittunt ſine Ellipſi, niſi in illo, quem vocant, Acquiſitionis. Qua ratione Syntaxin nobis conficiunt ſatis quidem curtam, at ſimul ſatis obſcuram, & impeditam. Ucunq; enim in multis rectè ſentiant, in aliquibus tamen ad conjecturas neſcio quas confugere coguntur, in aliis ad incitas planè rediguntur. Nobis ſatius eſt viſum, optimorum autorum uſum, certiſſimum loquendi magiſtrum, aſſiduâ lectione obſervare, eumq; imitandum proponere.

Quintil. l. 9. c. 3. Hanc figuram Synecdochen vocat, *cum*, ut ipſe ait, *ſubtractum Verbum aliquod ſatis ex cæteris intelligitur: ut Cælius in Antonium, Stupere gaudio Græcus, ſimul enim auditur Cæpit.* Ellipſin verò inter vitia numerat. l. 1. c. 9. & l. 8. c. 6. *Cum, ſcilicet, aliquid neceſſarium orationi detrahitur; ut, Veni Aegypto.*

Aſyndeton. *Conjunctionis abſentia Aſyndeton dicitur.* Hoc genus βραχυλογίαν vocant: Quale illud Cæſaris; *Veni, vidi, vici.* Ellipſis Conjunctionum, *ut, &, ne,* frequens: Terent. And. a. 5. ſc. 3. ----- *Attamen dicat ſine.*

Ibid. *Sine me expurgem, atq; illum huc coràm adducam.*

Ibid. -----*Sine te hoc exorem.*

Idem

Idem Adelph.a.3.ſc.5. *Cave dixeris.* Idem And.a. 3.ſc.3. ------ *Cave te eſſe triſtem ſentiat.* Quod interdum exprimitur, licèt ſunt qui negent *ne* addi poſt Verba Prohibendi, niſi cum quid affirmatur: & in his Servius Grammaticus ille celebris. At ita Cicero 2. de Divinat. *Dicamus, ſi placet, monitum ab eo Craſſum, cavere ne iret, non fuiſſe perituru, ſi omini paruiſſet:* & Horat.l.1. ep.13.

Vade, vale, cave ne titubes, mandataq; frangas.

Pleonaſmus eſt, cum una, pluresve dictiones in Oratione redundant: at non otiosè, ſed cum Emphaſi quadam, ita ut inde ſententia manifestè augeatur. Si enim ſupervacaneâ oneretur adjectione, vitium eſt. Dativi *mihi, tibi,* & *ſibi* eleganter redundant ad imitationem Græcorum: Terent. Phorm. a.5.ſc.9. *Qui mî ubi ad uxores ventum eſt, tum fiunt ſenes.* Cicero. Catilin. 2. *Tongillum mihi eduxit.* Idem: *Ecce tibi ſtatus noſter.* Terent. Adelph. a. 5. ſc. 8. Pleonaſmus.

Suo ſibi hunc gladio jugulo. Demoſt. Τούτῳ μοι προσέχετε τὸν νοῦν, *Huc mihi mentem advertite.* Sed quia hæc quibuſdam videntur non πλεονάζειν, alia dabimus exempla in quibus manifeſtior Plecnaſmus. Plaut. Aulul.a.3.ſc.6.

------ *Qui mihi omnes angulos*
Furum impleviſti in ædibus miſero mihi.

Idem Menæch.a.4. ſc.3.

Imo ædepol pullam illã amabo te, quam tibi dudũ dedi,
Mihi eam redde.

Idem Amphit.a.3.ſc.3.

Iam hi ambo, & ſervus, & hera, fruſtra ſunt duo.

Idem Mercat.a.4.ſc.4.

Nam mihi nihil reliqui quicquã aliud jã eſſe intelligo.

Terent. And. a. 1. sc. 1. ------- *Comperiebam nihil ad Pamphilum*
Quidquam attinere.

Idem. Adelph. a. 2. sc. 2. ----- *Verum ego nunquam adeo astutus fui*
Quin quicquid possem, mallem auferre potiùs in præsentia.

Cato Ciceroni. Cicero l. 15. ep. 5. *Et idcirco casum potiùs, quàm te laudasi mavis.*

Idem in Verrem: *Tamen eos defendes, qui se ab omnibus desertos potiùs, quàm abs te defensos esse mabunt.*

Hendiadis. *Hendiadis est cum unum per duo exprimitur.* Hendiadis nihil aliud est, nisi Enallage Poëtica, cum, scilicet, duo Substantiva, intercedente copulâ, in eodem casu ponuntur: quorum posterius in Genitivo, aut Adjectivè efferri debeat: ut in illo Virgilii. Geor. 2.

-- --- *Pateris libamus, & auro,* i. e. *pateris aureis.*

Sic & Græci, Homer. Iliad.

Ἡμέων δ' ὁπποτέρῳ δὴ κῆρ καὶ μοῖρα τέτυκται;

Nostrum autem utri mors & fatum paratum est?

Pro, ἢ θανάτου μοῖρα. Græci id vocant nunc ἓν διὰ δυοῖν, δύο δι' ἑνός.

Hendiadis, Hypallage, Hysteron proteron, & Synchysis apud Poëtas tantùm, idque rariùs, occurrunt,

Hellenismus. *Hellenismus est cum dictio non ei casui jungitur, quem Latina proprietas exigit, sed quem Græca.* Verba Desistendi, & Abstinendi aliquando Græco more junguntur Genitivo: Horat. l. 2. od. 19. *Desine mollium tandem querelarum*, pro *à mollibus querelis.* Virg. Æneid. 10.

Tempus

------ Tempus deſiſtere pugnæ, pro *à pugnâ.*

Horat. l. 3. od. 27. ------ Abſtineto,

Dixit, irarum calidæq; rixæ, *pro ab irâ calidaq; rixâ.*

Iſocrates Εἰ λήγοις τῶν πόνων, ἔτι ποιεῖν δυνάμενος, *Si deſinas laborare, dum adhuc laborare valeas.* Herodian, τῆς ὀργῆς ἐπαύσατο, *Iram depoſuit.* Pythagoræ Symbolum, Κυάμων ἀπέχεσθαι, *Abſtinere à fabis.*

Verba Certandi, Dativo. Virg. ecl. 5.

Montibus in noſtris ſolus tibi certat Amyntas, pro *tecum.*

Idem Geor. 2. ----- *Cui nec certaverit ulla.*

Ovid. in epiſt. Helenes.

Dum novus eſt, cæpto potiùs pugnemus amori.

Laertius in Pittaco, Μὴ ἔριζε γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγῃς, *Ne contendas cum parentibus, etiamſi juſta dicas:* Cleobulus. Γυναικὶ μὴ μάχου μηδὲ φιλοφρόνου, ἀλλοτρίων παρόντων, *Cum uxore ne contendas, neq; eam amplectaris præſentibus aliis.*

Ad eundem modum Verba Diſtandi, diſſentiendi, Differendi, Arcendi, Propulſandi, Sequendi & Comitandi junguntur Dativo; Horat. l. 4. od. 9.

Parum ſepultæ diſtat inertiæ
Celata virtus.

Idem l. 3. od. 5. *Hoc caverat mens provida Reguli*
Diſſentientis conditionibus fœdis.

Idem l. 2. od. 2. *Diſſidens plebi numero beatorum*
Eximit virtus.

Idem l. 1. ſat. 4. *Scire velim quantùm ſimplex, hilariſq; nepoti*
Diſcrepet.

Idem in Arte; *Nec ſic enitar Tragico differre colori.*

Ibid. *Differt ſermoni ſermo merus.*

Virg. ecl. 7. *Solſtitiũ pecori defendite: jã venit æſtas.*

Idem Geor. 3. *Arcebis gravido pecori.*

Perſius ſat. 1. *Nilne pudet capiti non poſſe pericula cano Pellere?*

Plaut. Amphit. a. 2. ſc. 2.

Ita diis placitum *voluptati ut mœror comes coniſequatur.*

Cicero Tuſc. 5. *Cætera quæ comitantur hunc vitæ.*

Ariſtot. Ethic. 1. Τῷ ψεύδει τηχὺ διαφωνῆι τ' ἀληθές. *A falſo verum ſtatim diſſentit.* Plato de Repub. l. 1. Ἔστω, ἵνα σοι μὴ διαφέρωμαι, *Eſto, ne à te diſcrepem.* Euripides.

----- Παιδὶ τ' οὐ διυναίμεθα

Θάνατον ἀρῖξαι.

Non puero poſſumus Mortem defendere.

Theognis. ----- Πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ,

Divitias potentia & gloria ſequuntur.

Xenophon Ἕπεται τῇ ἀχαριςίᾳ ἡ ἀναιδυντία, *Ingratitudinem ſequitur impudentia.*

Sunt & alia non pauca, quæ non nativam, ſed tranſmarinam ſequuntur ſtructuram: Horat. l. 3. od. 30.

----- *Agreſtium*

Regnavit populorum.

Iſocrates ad Nicoclem. Ὁποσοῦν ζῆν ἡγοῦνται λυσιτελεῖν μᾶλλον, ἢ μετὰ τοιούτων συμφορῶν ἁπάσης τῆς Ἀσίας βασιλεύειν, *Quocunque modo vivere præſtare putant, quàm cum ejuſmodi calamitatibus univerſæ Aſiæ dominari.*

Plaut. Epid. a. 2. ſc. 2.

--- *Nec ſatis exaudiebam, nec ſermonis fallebar tamen.*

Iſocrates. τῆς ἐλπίδος πολλοὶ ἐψεύδησαν, *Multi ſpe ſuâ falſi ſunt.* Horat. l. 2. ſat. 6. ---- *Neq; illi*

Sepoſiti ciceris, nec longæ invidit avenæ.

Plutarchus, in Cæſare. Ὦ Κάτων, φθονῶ σοι τοῦ θανάτου, καὶ γὰρ ἐμοὶ σὺ τῆς σαυτοῦ σωτηρίας ἐφθόνησας, O Cato, *invido*

deo tibi mortem, nam tu etiam mihi tuam ſalutem invidiſti. Virg. Æneid. 11. ----- *Quas illi læta laborum*
Ipſa ſuis manibus quondam Sidonia Dido
Fecerat.

Seneca Thebaid. a. 1. ſc. 1. *Regni Laius rapti furit.*

Ovid. Metam. 2. ----- *Succeſſorumq; Minervæ*
Indoluit.

In quibus omnibus eſt Ellipſis Græca τοῦ causâ. Euripides in Aulide; Ἑλλάδος μᾶλις' ἔγωγε τῆς παλαιπάρυ ςένω, pro, ἕνεκα Ἑλλάδος, *Græciæ miſeræ causâ maximè gemo.* Xenophon. Τοῦτον ὁ Κῦρ ἐμάθυις τῆς πραότητ, pro, ἕνεκα τῆς πραότητ.

In illo Virgilii Æneid. 11.

Iuſtitiæne priùs mirer, bellive laborum?

Aut *causâ* ἐλλείπ: vel more Græcorum *mirer* conſtruitur cum Genitivo. Iſocrates. Θαυμάζω τῶν παύτην τὴν γνώμην ἐχόντων, *Miror illos qui tali mente ſunt.* Plaut. Ciſtel. a. 1. ſc. 3. *Paternum ſervum ſui participiat conſilii.*

Xenophon. Κύρε παιδ. C. τοιῦτοι δὲ ὄντες, ἐν μὲν τ πατείδι οὐ μετέχετε τῶν ἴσων ἡμῖν *Cum tales eſſetis, æqualium nobis in patriâ non fuiſtis participes.*

Archaïſmus eſt ſtructuræ ratio veteribus in uſu, quæ jam exolevit. Plaut. Aulul. a. 1. ſc. 4. Archaïſmus.

Abiit, neq; me certiorem fecit, faſtidit mei.

Lucil. l. 7. *Triſtes difficiles ſumus, faſtidimus bonorum.*

Plaut. Trucul. a. 1. ſc. 2. ----- *Alienis rebus curas:* Et ſæpe ita ille. Quem imitatur Apuleius in Apologiâ. *Quoniam adeo rebus meis curat:* & Macrob. l. 5. c. 17. *Stabulo* regio curantes. Plaut. Aulul. a. 4. ſc. 10.

Scena. Quis homo hic loquitur.

----- *Quid tibi ergo meam, me invito, tactio eſt?*

Idem Rudent.a.2.ſc.6.

Quid mihi ſceleſto tibi erat auſcultatio?

Idem Moſtell.a.4.ſc.1.

Hoc die craſtini cum herus reſciverit,
Mane caſtigabit eos bubulis exuviis.

Idem Menæch.ſc.ult. ----- *Die ſeptimi*, pro craſtino, ſeptimo. Niſi cum Gellio pro Adverbiis copulatè dictis ſumi malis. Sic apud veteres, *Die quinte*, vel quinti, die noni, & id genus alia. Vide Gellium. l. 10. c. 24. Quæ tantùm abeſt ut improbet, ut recepto loquendi mori præferre videatur. Additq; *Die quarto*, de præterito dici, *Die quarti*, *aut quarte* de futuro.

Idem etiam aſſerit Macrob. Saturn. l. 1. c. 4. Alii autem eos hæc promiſcuè protuliſſe volunt, tam de præterito, & præſenti, quàm de futuro, ob affinitatem literarum. *e. i.* & *o.*

Illud Plauti Epid.a.4.ſc.2.

Si invenio *exitiabilem ego illi faciã hunc ut fiat diem.*

ſc. Fidei cenſebam.

Et Aulul.a.4.ſc.6. ----- *Corvum ad me veniat velim.*

Confuſa prorſus, & mixta oratio, qua crebro utitur Plautus, & alii interdum Comici. Fit autem ex his duabus. Exitiabilem ego illi faciam hunc fieri diem: &, Exitiabilis ego illi faciam hic ut fiat dies. Vel eſt Enallage Accuſativi pro Nominativo.

Plaut. Caſin.a.3.ſc.5. ----- *Per omnes deos, & deas*
Dejuravit, occiſurum eum hac nocte, quicum cubaret,

Pro occiſuram; nam Caſinam ancillam intelligit: & ibid. de eâdem.

----- *Sed etiamne habet & nunc Caſina*
Gladium? Pa. *Habet, ſed duos.* St *Quid duos?*
Pa. *Altero te occiſurum ait,*

Altero

Altere villicum hodie.

Hujuſmodi veteres pro Infinitis, non Participiis habebant. Nec pro ratione eorum quibus adjuncta variare ſoliti. Sed omnibus numeris, generibuſq; ſine diſcrimine attribuere, Quod multis exemplis confirmat Gellius. l. 1. c. 7. & Priſcianus l. 9. Huc pertinent innumera alia, ut *Primo luci, luce claro, noſtras ædis, capiundas crines, quiſnam ea eſt, ſagax naſum : delirantis homines, ambo anguis, ante ſolem occaſum*, condono te, & id genus ἅπαξ λόγις apud Plautum, alioſq; veteres. *Queatur*, pro *queat, quitus ſum* pro *quivi, poteſtur* pro *poteſt* : ſed non niſi cum Infinito Paſſivo. Lucret. l. 1. *Dum veniant aliæ, ac ſuppleri ſumma queatur.* *Inſtar pulveris innumera.*

Terent. Hecyr. a. 4. ſc. 1. ------ *Forma in tenebris noſci non quita eſt.*

Lucret. l. 3. *Quod tamen expleri nullâ ratione poteſtur*, Enallage, Elliſis, Pleonaſmus, Helleniſmus omnibus Partibus Orationis conveniunt, reliquæ certis quibuſdam.

CAP. XII.

De Figuris Proſodiæ.

Synalœpha eſt eliſio quædam Vocalis, aut Diphthongi in fine dictionis, dictione ſequente à Vocali incipiente. Synaloepha & Ecthliſis non ſolum in eodem Verſu, ſed in diverſis locum habent; cum ſcilicet redundet in fine verſus ſyllaba in *vocali* vel in *m* deſinens, quæ primæ ſequentis Verſus dictioni adjungenda, & elidenda. Unde dicitur Verſus Synalœpha.

Hyper-

Hypermeter, ſive potiùs Hypercatalectus: ut Virg. Geor. 2.

Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida
Et ſteriles platani.

Qui Verſus dicitur etiam Dactylicus, quod habeat Dactylum in ſexto loco. Æneid. 7.

Iamq; iter emenſi, turres, ac tecta Latinorum
Ardua cernebant.

Synalœphæ omiſſio. Synalœpha nonnunquam more Græcorum omittitur, maximè in Vocalibus longis, & Diphthongis, quas tum corripuint, tum producunt, Vocales autem breves ſemper corripunitur.

Vocales longæ correptæ. Virg. ecl. 2. *Te Coridon ô Alexi, trahit ſua quemque voluptas.*

Idem ecl. 3. *Et longum formoſe vale, vale inquit Iola.*

Et ecl. 8. *Credimus, an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt.*

Diphthongi correptæ. Æneid. 3. *Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celæno.*

Idem Geor. 4. *Implerunt montes, flerunt Rhodopeiæ arces.*

Vocales longæ productæ. Idem ecl. 2. *Amphion Dircæus in Actæo Aracintho.*

Et ecl. 3. *Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.*

Ovid. Metam. 5. *Fonte Meduſæo, & Hyantea Aganippe.*

Virg. ecl. 7. *Stant & juniperi, & caſtaneæ hirſutæ.*

Diphthongi productæ. Idem. Geor. 1. *Ante tibi Eoæ Atlantites abſcondantur.*

Ovid. Metam. 3. *Nubibus eſſe ſolent, aut purpureæ auroræ.*

Vocales breves. Virg. Æneid. 1. *Et vera inceſſu patuit dea, ille ubi matrem.*

Ovid. Metam. 5. *Et bis io Arethuſa, io vocavit.*

Hoc tamen intereſt, quod Latini vocalem eliſam ſcribunt

scribunt, Græci verò non elidunt, nisi priùs per Apostrophum expunctam : quæ enim vocales, vel diphthongi scribuntur,eæ etiam inter metiendum proferuntur; ut Homer. Iliad. α. Ὀυλομένην ἡ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε.

Idem. Iliad. γ. Ὦ γύναι ἦ μάλα τοῦτο ἔπος νημερτὲς ἔειπες.

At heu, ô, ah, io, nunquam intercipiuntur, quia per se sola (excepto io) dictionem absolvunt : unâ ergo literâ elisâ nihil restaret, cum affectuum notas manifestas esse oportet.

Ecthlipsis est quoties m *cum sua vocali perimitur proximâ dictione à vocali exorsâ*. Ecthlipsis ratò admodum omittitur : sed cùm hoc fit, *m* corripitur. Lucret. l. 2. Ecthlipsis. Ecthlipsis omissa.

Corporum augebit numerum, summamq; sequetur.

Idem : *Sed dum abest, quod avemus, id exuperare videtur.*

Ovid. Heroid. 5. *Digna sum, & cupio fieri matrona potentis.*

Horat. l. 1. sat. 9. *Circumagi, quendam volo visere non tibi notum.*

In illo Ovidii. Amor. l. 2. el. 1.

In manibusq; Iovem, & cum Iove fulmen habebat,

producitur Cæsurâ.

Omissio Synalœphæ, & Ecthlipsis, Hiatus dicitur, Græcis χασμωδία, i.e. hiatûs carminis.

Veteribus mos erat elidere etiam consonantem, s. Lucret. l. 4. *Nonne vides igitur quàm puncto temporis ſolet. imago.* *S* Antiquis elidi

Idem. *Est e lævibus atq; rotundis adnixa volare.*

Æneid. 12. *Inter se coiisse viros, & decernere bello.*

Synæresis est duarum syllabarum in unam contractio. E, & i, per Synæresin sæpe absorbentur. Virg. ecl. 8. Synæresis. Dicitur etiam Συνίζησις, i. Συνεκφώνησις *Vnò* Επισυναλοιφή.

Vno eodemq; igni: ſic noſtro Daphnis amore.

Æneid. 10. *Vnâ eâdemq; viâ, ſanguiſque animuſque ſequuntur.*

Æneid. 1. *Atria, dependent lychni laquearibus aureis.*

Accidit nonnunquam etiam in Compoſitis à *jacio*. Virg. ecl. 3.

Tityre paſcentes e flumine reice capellas, po rejice. Martial. l. 4. ep. 54. *Nil adicit penſo Lacheſis, fuſoſq; ſororum*, pro adjicit. Iuvenal, ſat. 15.

Nunc abicit ſævâ dignum, verâq; Charybdi, pro abjicit.

Lucan. l 8. *Cur obicis Magno tumulum, maneſq; vagantes*, pro objicis.

Syſtole. *Syſtole eſt cum ſyllaba naturâ longa corripitur.* Sæpe accidit in penultimâ tertiæ perſonæ pluralis Præteriti Indicativi.

Virg. ec. 1. *Matri longa decĕ tulĕrunt faſtidia menſes.*

Æneid. 11. *Obſtupui, ſtetĕruntq; comæ, & vox faucibus hæſit.*

Martial. l. 12. ep. 42. *Nec tua defuĕrunt verba Thalaſſe mihi.*

Diaſtole. Cæſura. *Reperitur plerunque Diaſtole in fine dictionis poſt primum, ſecundum, tertium, aut quartum pedem abſolutum, in Cæſurâ, ſcilicet.*

Huc pertinent Præterita Syncopata, quæ ſæpe producuntur.

Ovid. Metam. 9. *Non adiit aptè, nec legit idonea credo*

Tempora, nec petiit horamq;, animamq; vacantem.

Et Metam. 14. *Mox ubi mens rediit, & contempſere ſequentem.*

Et Triſt. 3. *Et longâ periit arida facta ſiti.*

Nec enim iis aſſentiri poſſum qui Præterita Syncopata

copata produci poſſe aiunt. Agnoſco tamen in t deſinentia antiquiſſimis fuiſſe communia. Livius Andronicus in Odyſſea, apud Priſcianum. l. 8.

Cum ſocios noſtros mandiſſet impiu' Cyclops.

Ennius l. 1. *Omnis cura viris uter eſſet imperator.*

Et l. 14. *Inſit ô cives, quæ me fortuna ferox ſic.*

Et l. 17. *It equus, & plauſu cava concutit ungula terram.*

Sed purioris ævi Poëtæ iſtam licentiam non imitantur.

Pedes ejuſdem temporis proportionis, inter ſe mutuò aliquando permutantur. Duæ breves ſyllabæ, ejuſdem ſunt temporum proportionis cum unâ longâ, & una longa cum duabus brevibus. *Antipodia.*

Virg. Geor. 1. *Flŭvĭorum rex Eridanus campoſq; per omnes.*

Æneid. 2. *Cuſtodes ſufferre valent labat ārĭĕtĕ crebro.*

Ennius. *Căpĭtĭbu' nutantes platanos, rectaſq; cupreſſos.*

Æneid. 5. *Gĕnŭă lăbant, vaſtos quatit æger anhelitus artus.*

Sunt qui hæc ad Synæreſin referunt, *i*, ſcilicet, & *u* vocalibus in conſonas mutatis, ut *arjete* pro *ariete*, *genva* pro *gemma*. At quanto ſatius eſſet cum doctiſſimis tum veterum, tum recentiorum admittere hanc ἀντιποδίαν. Servius ad illud Æneid. 2.

Ædificant, ſectâq; intexunt abiete coſtas.

Solutio Spondæi nunc in Proceleuſmaticum, aliàs in Dactylum: aliàs in Anapæſtum: ut, Fluviorum rex Eridanus. Et huic nobili Grammatico ſuffragatur Scaliger Poetic. l. 2. c. 6. *Anapæſtus non ſolùm temporibus, ſed etiam ſyllabis Dactylo par eſt, ſitu verò contrarius: nihilominus tamen Dactylus in Anapæſtum ſubit, an vero in Dactylicos Anapæſtus? Rarò*

quidem, ut apud Homerum, Βορέης τε ζεφυρός τε. *& divinum Poëtam. Fluviorum rex Eridanus.* Et l. 4c. 46. *Anapæstus aptior ad luctum, movetur enim celeritate suâ in hostem, & inde conserto prælio perstat. Neque verò temere Proceleusmaticus admissus est ab eodem; nonne vides ictuum crebritatem atq; celeritatem?*

------ *Labat ariete crebro*
Ianua.

Item aliam celeritatem. Hærent parietibus scalæ.
Sunt enim verba quædam, quæ secum connatos habent pedes ad eas quantitates quæ sunt in re manifestæ. Hæc ille.

Quæ de Synæresi, Diæresi, Systole, Diastole, Antipodiâ diximus, notanda potiùs, quàm imitanda. Concedendæ enim sunt Poëtis aliquot in magno argumento licentiæ, quæ parcè in loco, & cum ratione adhibitæ, varietate gratæ suam habent venustatem: tantum abest ut carmen dehonestent. Versus, quibus nihil horum contigit, Illibati dicuntur. Monendi sunt autem, qui hæc, quæ de Figuris diximus, legerint, ne quicquid ab Autoribus usurpatim invenerint, statim id sibi licere putent. Imo quod passim legunt, securi imitentur; quod verò rarum & infrequens, ab autoribus, scilicet, vel necessitate aliquâ, vel humano lapsu semel aut iterum admissum, notent, non imitentur. Præclarè Quintilianus l. 9. c. 3. *Esset omne Schema vitium, si non peteretur, sed accideret; verum autoritate, vetustate, consuetudine plerunq; defenditur, sæpe etiam ratione quadam. Ideoque cum sit à simplici, recto q; loquendi genere deflexa, virtus est, si habet probabile aliquid quod sequatur. Vna tamen in re maximè utilis, ut quotidiani, & semper eodem modo formati*

sermonis

sermonis fastidium levet, & nos à vulgari dicendi genere defendat. Quo si quis parcè & cum res poscet utetur, velut aspersо quodam condimento jucundior erit. At qui nimium affectaverit, ipsam illam gratiam varietatis amittet. Et l. 1. c. 9. *Sed abolita, atque abrogata retinere, insolentiæ cujusdam est, & frivolæ in parvis jactantiæ.*

* * *
* * *

FINIS.

INDEX RERVM, ET VOCUM QUÆ IN HOC OPERE PRÆCIPVÆ.

A.

Ab, abs. 92.95.96
Ablativi in i, & in e, & i. 33
Ablativus Partis affectæ 192.214
Abſcondo 160
Abſente nobis 171
Abſolutum Verbum 54
Abſoluta Verba cum Accuſativo 209.210.211
Abſolvendi Verba 199
Abundo 212
Abydos 103
Accedo 205
Accentus 260
Accerſio 16
Accommodo 205
Accuſativi in im 32
Accuſativi in im & em 33
Accuſativus Pluralis in eis vel is 38
Accuſativus Singularis in a, & Pluralis, in as 40
Accuſandi Verba 199
Achilli in Genitivo 41
Aclita 99.124
Acquiſitivus Dativus 201
Acſi 232
Activorum conſtructio 208
Acus 109
Ad 88.95
Addor 205
Adeps 116.131
Adhæreo 205
Adhibeo 205
Adjectivorum terminationes. 44
Adjectivorum flexio antiqua 44
Adjectivorũ comparatio 45
Adjectiva Redundantia 151
Adjectiva quæ vulgò putantur Communis generis, cum ſint omnis 152
Adjectivum varians à genere Subſtantivi 170
Adjectivum varians à caſu Subſtantivi 171
Adjectivi convenientia cum indigniore & remotiore. 174
Adjectiva Verbalia cum caſu Verbi ſui 193
Adjicio 205
Adimo 161
Adjungo 205
Admoneo 200
Admoveo 205
Adoleſcens 104
Adonicum 248
Adria 108
Adverbiale 19
Adverbium 82
Adverbii conſtructio 229
Adverbii Enallage 266

Adversùs, adversùm. 89
Adversor 202
Adulo 55
Adulor 202
Aedes 137
Aĕdon 112
Aequalis 188
Adjectiva Aequalitatis 187
Aer 113
Aes 130
Aestimandi Verba 198
Aestiva 142
Aetatum nomina 133
Aevum 134
Affero 205
Affinis 104
Adjectiva affinitatis 188
Agnomen 15
Ago 199
Agragas 102
Genitivus antiquus in ai, & as 25
Aio 70
Ales 116
Alienus 189
Alius 45
Allium 134
Alo 162
Alpes 138
Alterco 55
Alvus 109. 132
Amatum iri 62
Ambages 138
Ambitus 254
Ambo pro ambos 27
Amicio 158
Amnis 118
Amplexo 58. Amplexor 57
Analogia 13
Anas 258
Anguis 127
Angustiæ 138
Animans 119
Annales 135
Anomala Verba 69
Anomalia 13
Antæ 137
Ante 89
Antecedo 205
Ante eo 205
Antennæ 138
Antequam 231
Anteverto 206
Antipodia 286
Antiptosis 275
Antistes 105
Antistoichon 264
Anxius 183
Anxur 103
Apage 70
Apiaria 143
Apinæ 137
Apiscor 164
Aplustra 143
Apostrophus 260
Appello 205
Applico 205
Appositio 179
Appositum 172
Appositi convenientia cum posteriore Suppositio loco prioris 174
Appropinquo 205
Adjectiva Aptitudinis 187. 188
Aptota 124

Apud 88
Apus 114
Aræ 138
Arbitria 143
Archaiſmus 282
Argos 103
Argutiæ 138
Arrhabo 119
Articulum Latini non habent 12
Artocreas 114
Artus 135
græca in As 24
Aſcribo 205
Aſpergo 222
Aſſentio 55. 202
Aſſentior 202
Aſtus 127
Aſyndeton 278
Atomus 110
Atriplex 115
Attendo 205
Audeo 163
Ave 70
Augur 106
Auguro 58. Auguror 57
Augmentativa Verba 64
Avia 142
Autor 104
Autumnus 131
Auxiliandi Verba 201

B.

Baccar 112
Balanus 111
Balneum 124
Barbæ 138
Barbariſmus 12
Barbitus 111
Benignus 182
Bidens 115
Bigæ 138
Bilis 132
Bis 258
Blanditiæ 138
Bombyx 115
Bona 142
Bos 104
Brevia 124
Bubo 119

C.

C quomodo pronunciari ſolet ante vocalem 7
Cæcus 183
Cæpi 71
Cæſtus 132
Cæſura 286
Caleo 168
Callidus 183
Calvor 167
Calx 115
Cambio 158
Canalis 116
Cancer 113
Cani 135
Canis 105
Capax 184
Capeſſo 156
Capiſtrum 123
Carbaſus 109
Carceres 131.135
Cardinalia 19.145
Careo 192.212.213
Carmen 244
Caſſis 114

Caſſus 165
Caſtra 142
Caſus 21
Cave 257
Caveo 224
Ablativus Cauſæ 190.216
Cedo 70
Cello 155
Cenchris 114
Cerno 166
Cete 143
Ceu 132
Chaos 110
Cibaria 143
Cinis 119
Circa, circiter 89
Cis, citra 89
Civis 104
Clam 238
Clavus 131
Clunis 117
Coagmento 142
Codicilli 135
Coelum 125
Cognomen 15
Cohorto 58
Colon 10
Colus 109.151
Comes 106
Comitia 142
Comito 55. Comitor 57
Comma 10
Committendi Verba 207
Adjectiva Cõmodi 187.188
Verba Commodi 201
Commoneo, Commonefacio 200
Commune Genus 21.103
Communis 188
Comparativorum Ablativus 36
An res Comparatæ poſſint eſſe diverſi generis? 186
Comparativus interdum ad plura refertur 186
Comparativa 184.190
Comparatio Adjectivorum. 45
Compedes 138
Compertus 183
Compoſita, quorum ſimplicia exoleverunt 63
Compos 187
Condono 207
Couduco 207
Confero 207
Conflicto 55. Conflictor 57
Verba primæ, & tertiæ Conjugationis 66
Verba primæ, & ſecundæ Conjugationis 67
Verba ſecundæ, & tertiæ Conjugationis 67
Verba tertiæ & quartæ Conjugationis 67
Deſinentia in eo, ſecundæ Conjugationis 68
Deſinentia in io, quartæ Cõjugationis 68
Conjugatio Priſca 72
Conjunctio 85
Conjunctionis Enallage 267
Conjunctionis conſtructio. 233
Conjux 105
Conquiniſco 157

Conſcius 184
Ablativus Cõſequentiæ 216
Conſolo 58 Conſolor 57
Conſona quid 4
Conſonæ quæ, & cur ita dictæ 5
Quæ Conſonæ medio dictionis conjungendæ 8
Conſors 187
Conſulo 199.223
Conſultus 183
Contagio 132
Contentus 192
Continuativa Verba 64
Contra 90
Contracta ſyllaba 253
Convenientia prima 169, ſecunda 170. tertia 171
Conviva 106
Copiæ 139
Adjectiva Copiæ 190
Verba Copiæ 212
Cor 258
Corbis 118
Cornus 151
Correlativi Verſus 246
Cortex 119
Crates 139
Crepo 153
Crimino 58. Criminor 57
Crinis 119
Cruor 131
Cubo 152
Cui 257
Culex 119
Culpa 132
Cum 96.231.236
Cumbo 154
Cupido 120
Cupidus 182
Adjectiva Curæ 182

D.

Dama 108
Damnandi Verba 199
Damnas 126
Dandi Verba 207
Dativus & Ablativus Pluralis in abus 75
Dativus antiquus quartæ Declinat. in i. 42
Dativus antiquus quintæ Declinat. in e 43
Dativus Acquiſitivus 201
Daucia 256
De 93
Decet 209
Decimæ 139
Declinatio 23
Declinatio prima 23
Declinatio ſecunda 25
Declinatio tertia 28
Declinatio quarta 42
Declinatio quinta 43
Genus Nominum primæ, & quintæ Declinationis 107 108
Genus Nominum ſecundæ, & quartæ, Declinationis 109.110.111
Decurro 159
Defectiva Verba 70
Deficio 212
Defit 70
Dejero 160

Deliciæ 139
Delicium 124
Demonſtrativa Pronomina 50
Denominativum 19
Denominativa Verba 66
Deponentium Præterita 163
Depſo 156
Derivativa Nomina 17.19
Derivativa Pronomina 50
Derivativa Verba 64
Deſiderativa Verba 65
Adjectiva Deſiderii 182
Deſpero 222
Devius 183
Deus 27
Diæreſeos nota 8
Diaria 143
Diaſtole 286
Dic 71
Dica 128
Dicis 126
Dicolon 245
Dies 107
Digno 58 Dignor 57
Dignus 192
Diminutivum Nomen 18
Diminutiva Verba 66
Dimidium 181
Diphthongus 8. 252
Dipodia 245
Diptota 127
Dis 97
Diſco 167
Diſſentio 212
Diſtributivum 19.145
Diſtrophon 245
Do 207 Ejus Compoſita 160
Doleo 203.168
Dominor 57.208
Domo 153
Domus 151
Donaria 142
Donec 232
Dono 222
Dor 71
Dubium genus 22
Dubius 183
Duc 71
Dum 232
Duo pro duos 27
Duplices Conſonæ 5
Dux 104

E.

E. ex 93.95.96
Græca in e 24
Ecthlipſis 285
Edo 69
Egeo 213
Elegiarum Carmen 244
Elementi & Literæ differentia 2
Eclipſis 277.169
Enallage Etymologica 265
Enallage Syntactica 275
Epentheſis 262
Epexegeſis 179
Epicænum genus 22.122
Epulæ 139. Epulum 124
Ergo 127.234
Erudio 211
Eryſipelas 114
Græca in es 24
Propria in es deducta a Græcis

cis in eus 41
Etiamsi 234
Etsi 234
Etymologia 12
Etymologicæ Figuræ 265
Verba Eventus 201
Græca in eus 27
Exclamationis nota 11
Excurro 159
Exors 187
Exosus 229
Expedit 203
Expergiscor 164
Extorris 192
Extra 90
Exulo 215
Exuo 222

F.

Fan Muta? 4
Fac 71.256
Facesso 156
Facetiæ 136
Adjectiva Facilitatis 187
Facio 209.223
Composita à Facio 161
Fœcundus 190
Fœmininum genus 21
Falæ 139
Fame 256
Fasces 135
Fateor 57
Fatiscor 165
Fauces 139
Favendi Verba 201
Fer 71
Ferveo 154
Fessus 182
Festorum nomina 38. 115
Ficus 109
Adjectiva Fidelitatis 187
Fidendi Verba 201.203
Fidens 184
Fido 166
Figura Literarum 2
Figura quid 13
Figuræ Orthographiæ 262
Figuræ Etymologicæ 265
Figuræ Syntacticæ 275
Figuræ Prosodicæ 284
Finis 116
Fio 70.166.215.223
Fior 70
Fluo 163
Fluviorum nomina Fœminina 101
For 71
Forem 70
Fores 139
Formido 224
Fors 128
Fortunæ 137
Frænum 123
Fraga 143
Frequentativa Verba 64
Fretus 192
Frico 153
Frigeo 167
Frons 129
Frugi 125
Frugi bonæ 204
Frumenta 230
Fruor 164.213
Frustro 55.58. Frustror 57
Frutico 55
Fuga 132

Fui 166
Fungor 213
Funis 120
Fur 106
Furfures 135
Furo 136
Futurum Subjunctivi 255
Futurus 213

G.

G quomodo pronuncietur 7
Gadir 103
Gaudeo 166
Gausape 125
Gaza 132
Gemini 135
Genæ 139
Genitalia 143
Genitivus antiquus primæ declinationis in as & ai 25
Genitivus in ium 37
Genitivus antiquus quartæ declinationis in uis, & i. 42
Genitivus antiquus quintæ declinationis in ui, e, es 43
Genitivus in ius 253
Genitivus in ai 253
Gentile 18
Gentilia Pronomina 51
Genus 21
Gerundia 75
Gerundiorū constructio 225
Gesa 143
Verba Gestus 196
Gingivæ 139
Gloria 132
Grammatica 1
Grates 136
Adjectiva Gratiæ 187
Grossus 111 Grossi 139
Grus 126
Gummi 135
Guttur 113

H.

An H litera, vel nota aspirationis? 6
H quibus præponatur 9
Hæreo 203
Hæres 105
Habenæ 140
Halec 112
Halcyon 112
Haurio 158.162
Hellenismus 280
Hendiadis 280
Herbæ 130
Hiberna 142
Hierosolyma 123
Hippo 102
Homo 106
Hortor 57
Hostis 105
Hystrix 120

I.

I vocalis 2. I Consona 3.4.6
Iaceo 168
Iader 101
Iambicus Versus 245
Ibam 73
Idioma 261
Idem pro simile cum Dativo 189

Iens 78
Ieſus 42
Ilia 143
Illabor 206
Illecebræ 140
Illudo 206
Imbrex 117
Imitativa Verba 66
Immineo 206
Immunis 190
Impavidus 184
Impendeo 207
Imperandi Verba 207
Imperativus 58
Impersonalia 54.74
Impertio 56.222
Implendi Verba 215
Impono 206.224
Impos 187
Impotens 187
Improvidus 183
In 95.96.238
Incautus 183
Inceptiva Verba 64 166
Inceſſo 156.222
Inchoativa Verba 64.166
Incido 167
Incitas 126
Includo 206
Incumbo 206
Incurioſus 183
Indicativus 58
Indigeo 213
Indignus 192
Indoles 132
Indu 159
Induciæ 136
Indulgeo 202.162
Induo 222
Ineptiæ 140
Infans 105
Inferi 136
Infigo 206
Infinitivus 61.225.170
Infit 70
Ingenium 134
Ingratiis 126
Inhio 207
Inimicitiæ 140
Innocens 183
Innoxius 183
Adjectiva Inopiæ 190
Verba Inopiæ 212
Inops 190
Inquam 71
Inſania 134
Inſervio 202
Inſideo 206
Inſidior 203
Inſilio 206
Inſons 183
Inſtar 125
Inſto 207
Ablativus Inſtrumenti 190
216
Inſularum nomina 218
Inſulto 206
Inter 90.96
Interdico 223
Intereſt 197
Interjectio 97.240
Interritus 184
Interrogationis nota 11
Inteſtina 143
Intra 90
Invado 206

Iovis 129
Ira 134
Iri 62
Græca in is 39
Iter 113
Iterativa Verba 64
Iubar 113
Iubeo 208
Iudex 105
Iuga 143
Iugalis 114
Iugerum 125
Inpiter 129
Ius 129
Iuvo 152
Iuxta 90

K.

K eadem cum c 3

L.

Labes 132
Lac 256
Laceſſo 156 Laceſſio 156
Lacio 157
Lacrymæ 55
Lacte 112
Lactes 136
Lactis 111
Lagopus 114
Lambo 167
Largus 182
Latebræ 140
Lateo 222
Laver 123
Lavi 255
Lavo 152.154.161
Laurus 151
Leo 154
Leonini verſus 247
Liber 190
Liberalis 182
Liberandi Verba 115
Liberi 134
Libero 200
Libet 203
Librorum nomina carentia ſingulari 145
Licet 203
Liceo 215
Licia 144
Limax 117
Lingo 167
Lino 155
Linquo 162
Linter 120
Liquet 203
Liquidæ 5.251
Litera 2.3.4.7
Literæ 137
Loculi 135
Ludo 223
Ludorum nomina carentia ſingulari 145
Lumina 144
Luo 167
Luſtra 141
Lux 120.133
Luxurio 55
Lynx 120

M.

Neutra in ma 40
Macte 127
Magalis 114
Magnitudinis menſura 189

Malo

Malo 69
Mane 125
Manifestus 183
Mare 130
Margo 130
Mapalia 142
Masculinum genus 21
Medeor. 202
Medico 56 Medicor 202.222
Mele 144
Mellaria 143
Memini 71.198
Menses 134
Mereo 56
Metalla 130
Metior 164
Meto 157
Metrum 244
Metuo 167.224
Metus 131
Mi in Vocativo 50
Miceo 152.167
Miles 105
Minæ 136
Minandi Verba 207
Minutiæ 140
Miro 56
Mis pro mei 50
Misereor 198
Misereſcit 200
Misereſco 198
Miseret 56.200
Modero 56. Moderor 222
Ablativus Modi 190.216
Modus Verbi 58
Modus Mandativus 60
Molaris 114
Moneo 211
Monocôlon 246
Monopodia 245
Monoptoton 126
Mors 132
Mulgeo 154
Multiplicativum 19
Mundus 132
Munero 56
Municeps 105
Munificus 182
Murmuro 56
Mutæ quot, & unde dictæ 4
Muta ante liquidam 251

N.

Næniæ 140
Nar 101
Narbo 102
Nares 140
Natalis 114
Natalitia 143
Ne 233
Neco 153
Nedum 233
Negativa duo 131
Negligo 161
Nemo 105
Nequeo 71
Neutrum genus 21
Neutralia Verba 54
Neutra quæ fiunt Deponentia 55
Neutra completæ actionis. 169
Nex 139
Neco 153.157
Ni 235
Nideo 166

Nihilum

Nihilum 254
Niſi 235
Nitor 164.213
Niveo 154
Noceo 168
De Nomine 13
Nomen proprium 15
Nominalia Verba 66
Nominis Enallage 266
Ellipſis Nominativi 169
Noſtras quomodo inflectitur 51
Noſtrum 185
Adjectiva Notitiæ 182
Novi 71
Nubo 203
Nudus 190
Numeralia 19.176
Numerus 13.21
Nunciandi Verba 207.208
Nundinũ 124 Nundinæ 139
Nuo 167

O.

Græca Fœminina in o 39
Ob 90.96
Obex 117
Oblivia 144
Obliviſcor 198
Obnoxius 187
Obſequendi Verba 202
Obtrecto 206
Occano 160 Occino 167
Occumbo 206
Occurſo 207
Ode 71
Oedipus 259
Oeta 107
Offuciæ 140
Oleaſter 103
Oleo 168.223 Ejus compoſita 159
Græca in on 27
Verba Onerandi 215
Onyx 118
Oportet 209
Opperior 164
Optimates 136
Opus 125.181
Orationis Partes 12
Orbus 190
Ordinale 10
Orthographia ſive Orthoepia 2
Orthographicæ figuræ 262
Græca in os 27
Os 130
Oſcito 56
Oſſa 107

P.

Pœnitet 209
Pago 154
Palam 237
Paleæ 140
Palearia 144
Palpo 56.202
Palumbes 118
Palus 259
Pampinus 111
Pandi 161
Pango 155
Papaver 113
Par 258
Parcæ 140
Parco 167
Parcus 184

Parens 104
Parentalia 145
Parentheſis 11
Pareo 168
Partes pro factione 140
Partes orationis 12
Particeps 187
Participium 77.80
Participiorũ conſtructio 228
Participiorum Enallage 266
Partio 56
Ablativus Partis affectæ 192
Partitivum 20.184
Paſcua 144
Paſſivorum conſtructio 196
215
Paſſus 165
Pateo 203
Pavidus 184
Pax 133
Pecto 157.163
Pecus 114
Pedes Metrici 241
Peditum 161
Pejero 160
Pelagus 134
Penes 90
Penſa 130
Pentametrum 244
Pentaptota 129
Penus 111
Per 90.95
Percurro 159
Perdix 117
Perduellis 114
Perfidia 134
Pergamus 123
Perinde 232
Periodus 10
Peritus 182
Permulctus 162
Peroſus 229
Perſona 113
Perſonale 54
Pertæſus 229
Peſſinus 102
Peſtis 133
Phœnix 115
Phaſelus 110
Piget 200
Pinaſter 103
Pinſio 156. Pinſo 156.162
Pinus 151
Placeo 168
Pleo 154
Pleonaſmus 279
Plico 153
Plodo 154
Pluo 223.157
Plus 127
Polenta 188
Polliceo 58 Pollicitor 57
Polypus 259
Pondo 125
Pono 237
Pontus 102
Populo 56
Poſitio 249
Poſſeſſivum 18
Poſſeſſiva Pronomina 51
Poſſum 69
Poſt 91
Poſtquam 231
Potens 187
Potio 56 Potior 213
Præ 95

Præcedo 204
Præcurro 159.204
Præditus 192
Præco 204
Prænomen 14
Præpositio 87
Præpositionum constructio 237
Præpositionũ quantitas 255
Præpositionũ Enallage 267
Præsepe 125
Præstigiæ 141
Præsto 204
Præstolor 222
Præter 91
Carentia Præterito 166
Præterita geminantia primam syllabam Præsentis 158
Præverto, Prævertor 204
Precis 129 Preces 141
Nomen Pretii 216
Primitiva Pronomina 51
Primitivum inclusum Possessivo 172
Primores 135
Priusquam 231
Pro 94.255
Proceres 135
Procul 87
Prodigus 182
Prolepsis 273
Promittendi Verba 207
Pronomen 49
Pronominis constructio 193
Enallage 266
Propinquo 203
Adjectiva Propinquitatis 187
Propior 188
Propria carentia Plurali 130
Propriorum Vocativi 254
Proprius 188
Propter 91
Prosper 187
Prosum 69
Prothesis 262
Proximus 188
Prudens 183
Pudet 200
Pulvis 121.131
Pumex 121
Puncta Sententiarum 10
Purgo 200
Purus 183
Pus 125

Q.

Quadrigæ 138
Quæso 70
Quam 230
Quamvis 235
Quando 236
Quandoquidem 236
Quanquam 234
Quantitatis syllabarum 248
Quasi 232
Quatio 157
Queo 72
Quercus 151
Qui, & Quis 51
Quibus particulis Qui proponitur 53
Quia 235
Quies 133
Quippe 236
Quirites 136

Quibus particulis Quis postponitur, & quibus præponitur 53
Quo 235
Quod 235
Quoniam 236

R.

Raſtrum 123
Raucio 158
Re 97.255
Recenſeo 161
Recido 167
Reciproca 51.191
Recordor 198
Reddendi Verba 207
Subſtantiva Redundantia. 145
Adjectiva Redundantia 151
Regionum nomina 218
Refertus 197
Relativa 50
Reliquiæ 137
Reminiſcor 198
Reor 164
Repugnandi Verba 202
Repungo 158
Reſponde 256
Reſto 160
Retes 141 Retis 112
Retrogradi Verſus 246
Reverto 47
Reus 183
Syllabæ Rimus & Ritis 255
Futura Subjunctivi in ris 258
Ringo 163 Ringor 166
Rivalis 114
Ros 131
Roſtra 142
Rubus 110
Rudens 115.121
Rudis 183
Rudo 167
Rumino 57
Rus 130

S.

S Monodicon 5
S antiquis eliſum 285
Deſinentia in S, ſequente conſona, correpta 250
Sacerdos 105
Sal 112
Salar 113
Salebræ 141
Sales 136
Salina 141
Salio 158
Salve 70.257
Sancio 158.163
Sandyx 115
Sapio 157
Sarcinæ 141
Sardonyx 118
Sas pro ſuas 50
Satago 198
Satias 127
Saturo 215
Scalæ 137
Scandendi ratio 245
Scateo 212
Scidi 255
Scio 71
Sciſcito 57
Scopæ 137
Scrobs 118

Scrutō 57
Se 97
Seco 152
Sector 57
Secundum 91
Securus 183
Secus 237
Semicolon 10
Semivocalis 5
Sententiarum Puncta 10
Sentis 114
Sepelio 162
Sepio 158
Sero 155
Serpens 116
Serpentini Verſus 246
Serta 144
Sexus 110
Si 235
Sido 166
Silex 117
Adjectiva Similitudinis 188
Simul 87
Simul ut, Simul ac, Simul atque 231
Sin 235
Sinapi 125
Duo Singularia pro Plurali 172
Singultio 161
Siquidem 235
Si quis 235
Sis pro ſuis 50
Siſer 123
Siſto 157.163
Situs 131
Soboles 133
Socors 183
Sol 131
Solœciſmus 272
Solœciſtes 272
Solœcophanes 272
Soleo 166
Solicitus 183
Solium 134
Solum 134
Solvendi Verba 207
Sono 153
Sorbeo 154
Sordes 141 Sordis 128
Sortes 141
Sos pro ſuos 50
Spatium loci 218
Species quid 12
Specio 157
Spectacula 144
Specus 111
Spinus 103
Spolia 144
Spondæicus Verſus 244
Spontis 128
Stativa 142
Stativæ 141
Stirps 115
Sto 163.213
Studeo 202
Sub 95.96
Subeo 206
Adjectiva Submiſſionis 187
Subſellia 144
Subſtantiva mobilia 16
Subſtantiva ambigua 16
Subſtantiva redundantia 145
Subſtantivorum rectio 178
Subſtantivi prioris Ellipſis 178.180

Substantiva Verbalia cũ casu Verbi sui 182
Verborum Substantivorum constructio 196
Subter 238
Suetus 165
Sulmo 102
Sum 69.197.203
Ellipsis Verbi Sum 169
Supellex 122
Super 239
Superi 136
Superlativus in limus 46
Superlativus 184 185
Superstes 188
Supina 77
Carentia Supinis 167
Supinorum constructio 227
Suppetiæ 128.141
Suppositum quid 172
Supra 92
Sus 105
Syllaba 8
Synæresis 285
Synalœpha 284
Syncope 262
Syntacticæ figuræ 272
Synthesis 273
Systole 286

T.

Tabo 127
Taceo 168
Tædet 200
Talio 133
Talpa 108
Tametsi 234
Tanquam 232
Tantundem 127
Pars Temporis 217
Tempora 144
Temporale 20
Tempus Verborum 62
Tenus 240
Tero 156
Terror 132
Testis 105
Tetraptota 129
Thus 103
Ti quomodo pronunciatur sequente vocali 7
Tibur 103
Timeo 222
Timidus 184
Timor 132
Adjectiva Timoris 182
Tis pro tui 50
Tondo 154.161
Tono 153.154
Torqueo 162
Torques 116
Trans 96
Transitivum Verbũ 54.208
Trepidus 184
Tricæ 137
Tricolon 245
Triplices 136
Triptota 128
Tristrophon 245
Tuber 113
Tueor 164
Tuli 166
Tundo 161
Tuor 164
Tussis 133

V.
V. consona 3.4
Desinentia in u, 126
Vaco 203
Vacuus 190
Vada 144
Vado 166
Vago 57
Valeo 168
Varix 118
Vas 124
Vates 104
Vbi 231
Dativus, & Ablativus Pluralis in ubus 42
Vda 130
Velifico 57
Vello 155
Venditus 165
Veneo 162.215
Vepris 114.121.136
Verbale 19
Verbera 144
Verbum 54
Varia Verborum constructio 212
Verbi Enallage 256
Veritas 134
Quomodo Versus differt a Carmine 244
Vescor 213
Vesper 128
Vestiendi Verba 212.215
Vestras quomodo inflectitur 51
Vestrum 185
Veto 153
Vicis 129
Vide 157
Vigiliæ 141
Vinacea 143
Vindex 105
Vires 141
Virtutes 133
Virus 110
Genitivus antiquus quartæ declinationis in uis 42
Viscera 144
Vita 133
Vitia 133
Vivaria 145
Vivo 213
Vlciscor 58
Vlysi in Genitivo 41
In um desinentia Neutra 99
Vnio 112
Vnus 45
Vocales 4
Vocalis correpta ante duas consonantes 249
Vocativus Nominum in ius & us 26
Vocativi Propriorum 254
Volucris 121
Adjectiva Voluptatis 187
Constructio Nominum Vrbium 219
Græca in us 28
Vsq; 87
Vsus cum Ablativo 181
Vt 232.236
Vtor 213
Vtpote 236
X.
X non litera sed literarum com-

compendium 4
X valet cs, non gs, 5
Post x ſ non ſolet ſcribi 9

Y.

Y Græcis tantùm dictionibus invenitur 6

Z.

Z non litera ſed literarum compendium 4
Z valet ds 5
Z invenitur tantùm in Græcis dictionibus 6
Zeugma 272

FINIS.

Lectori docto, eidemque benevolo,

εὖ πράττειν, καὶ εὖ χαίρειν.

Ecce tibi, Lector optime, Grammaticam novam, mole satis grandem, sensu & usu grandiorem, utpote quæ sit multijugâ juxtà & appositâ Lectione respersa, multâque autoritate roborata. In quam tamen Errata *aliquammulta, communi librorum fato, perperam irrepsisse animadvertas. Hæc verò, & alia quædam leviora παροράματα, tantùm non omnia, in meram Typothetarum incuriam, & præproperam istorum hominum festinationem (nec injuria) conferenda sunt. Quæ omnia per otium Eruditi facilè adverterint, Candidi lubentes emendaverint. Aliorum certè nihil morabimur, nedum verebimur, vel oscitantem Lectionem, vel Censuram edentulam.* Vale.

Tui, Boniq; Publici Studiosissimus,

Jo. Harmarus.

Errata, & illorum emendatio.

9.5. Dijambus, l. Diiambus, 12.10. Ajax, Troja, l. Aiax, Troia. 13.19, pi-rus, l. pirus. 18.2. et, l. ut. 22.26. manumissus, l. manumissis. 38.26. mutationem, l. imitationem, & 32. ἀλλ', l. ἄλλος. 85.17. sumque, l. cumque, 93.6. dulcesco à sylva, dele. 136.20. perfidus, l. perpulchra, perplacet: aliquando privationem significat: ut, perfidus. 200.26. quamvis, l. quavis, 222.7. tragicus, l. tragicus qui. 238. 32. volumus, l. nolumus. 256.32. τῷ avarus, l. opposita τῷ avarus. 262.26. cui inter nos fortior est, desunt. 270.18. non ego, l. non nego. 321.29. volunt gerundia in di in hoc loquendi genere esse pluralis numeri, desunt. 324.31. Nominativo, l. Nominum. 341.5. Synonymis, l. in cum Synonymis. 394.24. δυὸ, l. nunc δύο. 400.32. io, l. io Arethusa. Observandum est numerum priorem, Pagipara, posteriorem, Lineam denotare, & litteram l, pro, lege, poni.